BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
71
3 B
38

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-23.6.67.

30.4.10.

APOLOGIA
LIBRI DE REDITIBVS
ECCLESIASTICIS,
A Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro,

Super.c.vltimo XVI.*q.*I.*ſermone primùm Hiſpano compoſiti, & ab eodem poſtea latinitate donati: aduerſus.* N. *in nonnullis ei contradicentem.*

Eodē Doctore Martino ab Azpilcueta authore.

AD
PIVM. V. PONTIF. OPT. MAX.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, M. D. LXXI.
Apud Ioſephum de Angelis.

PIVS PP. V.

Dilecte fili, Salutem & Apoſtolicam Ben. &c. Dudum a fe: re: Paulo PP. III. Prædeceſſore noſtro, emanarunt litterę tenoris ſubſequētis; Dilecto filio Martino de Azpilcueta Decretorū Doctori, primariam cathedram Iuris canonici in uniuerſitate ſtudii Colimbrien. actu regenti, Paulus PP. III. Dilecte fili Salutem & Apoſtolicam Ben.&c. Cum (ſicut Nobis expoſi feciſti) tu, ut aliis iuxta traditum tibi a Deo talentum, prodeſſe poſſes; nonnullas lecturas ſuper uoluminibus Decreti & Decretalium, non ſine maximis laboribus & uigiliis ad laudem diuini nominis: cuius ope litterariæ rei, & Chriſtianæ Reipub. conſuluiſſe & profeciſſe credis, ſcribendo compoſueris & compilaueris; eaſque de proximo, tuis propriis expenſis, in lucem edere & imprimi facere intendas. Pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatū, ut tibi, ꝙ lecturæ huiuſmodi abſque tuo conſenſu imprimi non poſsint, ut tu tuarum uigiliarum effectu læteris, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, uolentes te ſpecialis gratiæ fauore proſequi; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi ꝙ ad ſeptemnium, a die quo tu lecturas prædictas imprimi

a 2 feceris,

feceris, computandum; nullus alius per uniuerſum orbem Chriſtianum conſtitutus, lecturas ipſas, uel earum aliquam partem imprimere aut imprimi facere; uel impreſſas in ſua domo aut alibi habere & tenere, nec illas uendere ſeu mutuo aut ex dono, uel alias donare poſsit; authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpeciali gratia indulgemus: Diſtrictius inhibentes in uirtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, eo ipſo ſi contra factum fuerit, incurrenda, omnibus & ſingulis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quauis etiã Apoſtolica authoritate aut facultate fungentibus, per uniuerſum orbem conſtitutis; nec lecturas huiuſmodi, uel earum aliquam partem, abſque tuo expreſſo conſenſu & licẽtia, ſeptemnio prædicto duntaxat durante, imprimere ſeu imprimi facere, aut uendere ſeu donare præſumant. Non obſtantib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac quarumcũque prouinciarum, & locorũ ſtatutis & cõſuetudinib. etiã iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis: necnõ priuilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis Prouinciis, & illarum perſonis ac Vniuerſitatibus & Collegiis, etiã per Nos & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcumq; tenoribus & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis

& de-

& decretis, etiam derogatoriarum derogato-
riis, & alias quomodolibet conceſsis, confir-
matis, & etiam iteratis uicibus innouatis. Qui-
bus omnibus, etiam ſi de illis eorumque totis
tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & in-
diuidua, ac de uerbo ad uerbum; non autem
per clauſulas generales id importantes, men-
tio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut ex
quiſita forma ad hoc ſeruanda foret: tenores
huiuſmodi, ac ſi de uerbo ad uerbum inſereren
tur, præſentibus pro expreſsis, & de uerbo ad
uerbum inſertis habentes; illis alias in ſuo
robore permanſuris, hac uice duntaxa, ſpe-
cialiter & expreſſe derogamus; cæteriſque cō-
trariis quibuſcumque. Dat. Romæ. Apud San-
ctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris. Die.
VIII. Iannuarii. M. D. XXXXIII. Pontifica-
tus Noſtri Anno nono. L. De Torres. Et de-
inde. Cum, ſicut Nobis nuper exponi feciſti,
tu, qui (ſicut aſſeris) rogeris a multis, ut opera
tua tam prius edita, q̃ nondum edita, quæ ſu
per Iure Pontificio, & ſuper pertinentibus ad
declarationem illius habes compoſita, typis ex
cudi faceres; idq; facere proponas (uita comi-
te, & Deo iuuante) impenſis tuis, & te præſen-
te, quò correctiora, auctiora, & pientiora pro-
deant. Nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut
in præmiſsis opportune prouidere de benigni-
tate Apoſtolica dignaremur: Nos te amplio-

ris gratiæ fauore proſequi uolentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica authoritate tenore præſentium: Declaramus, intentionem Noſtram eſſe, ut dicti Pauli Prædeceſſoris litteræ, quæ de lecturis loquuntur, habeant etiam locum in aliis Commentariis, libris, & tractatibus, quæ tu ediderls ſuper his quæ pertinent ad præfati Iuris Pontificii declarationem. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, quæ idem Paulus Prædeceſſor in dictis præinſertis litteris uoluit non obſtare. Dat. Romæ Apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris. Die xviii. Maii. M. D. LXXI. Pontificatus. Noſtri Anno Sexto.

P. Tarus.

B. De Caſtro.

PRIVILEGIO D'EL REY CATHOLICO.

P*O R quanto por parte de uos el Doctor Martin de Azpilcueta, Nauarro, Cathedratico* Iubilado *, nos fue fecha relacion, que uos auiades fecho un Libro, intitulado* Tractado de las Rentas Eccleſiaſticas, ſobre el Capitulo final.xvi.q.1. *el qual era muy util y prouechoſo: y nos ſupplicaſtes os deſſemos licentia y facultad, para que lo pudieſſedes imprimir y uender, mãdãdo que por el tiempo que nueſtra merced y uoluntad fueſſe, otra perſona alguna no lo pudieſſe imprimir ni uender, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual uiſto por los del nueſtro Conſeio, y como por ſu mãdado ſe hizieron las diligencias, que la Pragmatica por nos nueuamente fecha ſobre la* Impreſſion *de los Libros, diſpone: fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra Cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien.* Y *por la preſente uos damos licẽtia y facultad, para que por tiempo de ſeys annos primeros ſiguiẽtes, que corran y ſe cuenten des del dia de la fecha deſta nueſtra Cedula en adelante, uos o la perſona que uueſtro poder ouiere, podais* Imprimir *y uender el dicho Libro, que de ſuſo ſe haze mencion.* Y *mãdamos que durante el dicho tiẽpo, qualquier* Impreſſor *deſtos nueſtros Reynos y Sennorios que uos quieſieredes y ſennalaredes,* Imprima *el dicho Libro: y que otra perſona alguna no la pueda* Imprimir *ni*

uender, ſin nueſtra licētia. So pena que el que lo Imprimiere ò uēdiere, aya perdido y pierda todos y qualesquier Libros y moldes que del ouiere, imprimiere, o uēdere: cō que primiero que ſe uēda el dicho Libro, le ayais de traer y preſentar ante los del nueſtro Conſeio, iuntamēte cō el Original que en el ſe uio, que ua rubricando y firmado al cabo del de Pedro del Marmol nueſtro Scriuano de camera, de los que reſiden en el nueſtro Conſeio: para que ſe uea ſi la dicha Impreſſion eſta conforme al Original: y ſe os taſſe el precio que por cada uolumen ouieredes de auer. Y mandamos a los del nueſtro Conſeio, Preſidentes y Oydores de las nueſtras Audiencias: Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa y Corte y Chancillierias: y a todos los Corregidores, Aſſiſtentes, Gouernadore Alcaldes mayores y ordinarios: y otros Iuezes y Iuſticias quales quier de todas las Ciudades, Villas, y lugares de los nueſtros Reynos y Senorios, aſſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui a delante: QVE *uos guarden y cum plan eſta nueſtra Cedula y merced, que aſſi uos hazemos: y contra el tenor y forma della uos no uayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar: So pena de la nueſtra merced, y de diez mill marauedis para la nueſtre Camera. Fecha en el boſque de Segouia, a* XXIII. *dias del mes de Septiembre, de Mill y quimentos y ſeſenta y ſeys annos.*

Yo el Rey.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Pedro de Hoyo.

PRIVILEGE DV TRESCHRESTIEN Roy de France.

CHARLES *par la grace de Dieu, Roy* de France, Au Preuoſt de Paris, Bailly de Rouen, Seneſchaulx de Lyon, Tholoze, Bourdeaulx, Poictou, ou leurs Lieutenãs, & a tous noz Bailliz, Seneſchaulx, Preuotz, Iuges, ou leurs Lieutenans : & autres noz Bailliz, Seneſchaulx, Preuoſtz, Iuges, ou leurs Lieutenans : & autres noz Iuſticiers & Officiers quil appartiendra, Salut & dilection. Receue auons ll'humble Supplicacion a nous faicte de la part de noſtre treſcher & treſame bon frere le Roy Catholicque des Eſpaignes, en faueur de noſtre cher & bon amy le Docteur Martin de Azpilcueta Nauarro, Commãdeur de ll'ordre de Roncheſuaulx : Contenant que ledict Docteur a faict imprimer & mectre en lumiere un Liure intitule *Le Manual de Confeſſores y penitentes*

tentes, & un autre auſſi intitule. *Tractado de alabança y murmuration, ſobre el Capitulo, Inter uerba.* xi. *quæſt.* iii. & un autre auſſi intitule. *Tractado de las rentas Eccleſiaſticas, ſobre el cap. final.* xvi. *q.* i. en langue Caſtellana: & autres en langue Latine ſur le Decret, & quelques Commentaires *Sobre el titulo de Reſcriptis, de Reſtitutione ſpoliatorum, y de Præbendis. en las Decretales.* Et doubte que aucuns de nos ſubgectz, ou de la nation Eſpaignolle, uoulziſsét faire Imprimer leſdictz Liures en noſtre Royaume: & auſſi que les Imprimeurs dicelluy noſtredict Royaume, ou autres, uoulziſſent par maligne & mauuaiſe intention ſemer en ſeſdictz oeuures quelque mauuaiſe & reprouuee doctrine, ſil ne luy eſtoit par nous ſur ce pourueu. Nous a ces cauſes inclinans, & uoullans en ceſtendroict gratifier a la requeſte, ainſi que dicteſt, a nous faicte por ledict Docteur, auons inhibe & defendu: inhibons & defendons par ces preſentes, a tous Libraires & Imprimeurs de

de noſtredict Royaume, & autres noz ſubgectz, ſoit de la nation de France ou d, Eſpaigne, reſidens en ceſtuy noſtre Royaume : Que les deſſuſdictz Liures cy deſſus intitulez & declairez, ilz nayent durant le temps de dix ans prochainement uenant, enſuiuans, & conſecutifz a Imprimer, ne faire Imprimer, mectre ne expoſer en uente, ſans le ſceu, conge, & conſentement dudict Docteur. Sur peine de confiſcacion des Liures qui ſen trouueront imprimez, contre noſdictz preſentes deffenſes, & damende arbitraire. Si uous mandons, commandons, & expreſſament en oignons, & a ungchaſcun de uous, ſi comme a luy appartiendra. Que celles noz preſentes inhibitions & defences uous faictes lire, publier, & enregier. En procedant alencontre des tranſgreſſeurs & contreuenãs a icelles, ſi aucuns ſen trouuent, par les peynes y contenues, & autrement, ſelon lexigence des cas. Car tel eſt noſtre plaiſir. Non obſtant quel-

quelconques lettres, mandamens, ou defenſes a ce contraires. Et pource que de ces preſentes lon pourra auoir a faire en pluſieurs & diuers lieux: Nous uoulons que au Vidimus dicelles, deuement collatione, foy ſoit adiouſtee, comme au preſent Original. Donne a Sanict Maur des foſſez le XXVII. Iour de Iuing. Ll'an de grace Milcinq cens ſoixante ſix:& de noſtre Regne, le ſixieme.

Par le Roy, la Royne
ſa mere preſente.

De laubeſpine.

PIENTISSIMO

PIO. V. PONTIFICI

OPT. MAX. D. N. S.

MARTINVS AB AZPILCVETA
Doctor Nauarrus in iſta eius mira
pietate perſeuerantiam.

CVM, Beatiſſime Pater, ab extremis Hiſpaniarum finibus, nempe, Vliſſipone, ad proſequendam Illuſtriſſimi earũ Primatis Archipræſulis Toletani cauſæ defenſionem, iuſſu Regio ſuſceptam, in Vrbem appuliſſem; auſus fui dedicare S.V. quendam meum de reditibus eccleſiaſticis libellum: primùm quidem ſermone patrio (quò utilior

eſſet

eſſet orbi, cui ſcribebatur) compoſitum, ipſique Regi omnium ſæcularium Monarcharum catholicisſimo & potentisſimo dicatum. Deinde (cum ſui lectione pleriſq; eruditis & pijs uiris, ſe rem totius orbis Chriſtiani clero utilem fore perſuaſiſſet) latinitate donatum. Non, quòd non agnoſcerem authoris & operis humilitatem, obſcuritatem, & indignitatem; & Sanctitatis V. ſublimitatem, ſplendorem, & gloriam: non tantum eam, qua iſthæc in terris Monarchia omnes eam aſſequentes illuſtrat; ſed etiam illam, qua eandem uiciſſim iſta V. Beatitudinis noua ui-

ta,

ta, noui mores, nouiſſima & admirãda eius adminiſtratio, tam diu, & tot ætatibus inaudita & deſiderata; huicque noſtro ſæculo turbulẽto adeo neceſſaria, ornãt. Ac proinde non uiderẽ longe humilius & inferius eſſe, quàm ꝙ ſupremo Reip. Chriſtianæ Princi pi dedicandum eſſet. Sed partim, quòd non uidebatur alienum, ut quod Hiſpano ſcriptum ſermone, Hiſpanorum Regi, eidemque reditibus eccleſiaſticis quàm maxime ſecundum S.V. affluenti, dicatum fuerat: latino donatum, ſummo latinorum Regi, eidemque ſupremo omnium eccleſiaſticorum redituum admi-

niſtra-

niſtratori, dicaretur. Partim, quòd Vrbem ingreſſus, deſiderabam de exigua penu mea litteraria S. Veſtræ nonnihil offerre, & non erat id temporis aliud de potioribus aliquot, quæ ob inopiam otij ſub lituris habeo; ab eis exertum, & manu extrema dolatum. Partim uerò, quod non eſſem inſcius, multa in eo contineri, quæ cum V. Sanctitatis ardenti ad inueniendam in omnibus ucritatem amore, & emunctisſimo ad iudicãdum de inuentis iudicio, & animo beneficiariũ ſplendorem Eccleſiæ ſuæ reſtituendi cupientisſimo, cõueniunt. Neque dubitarem, beneficiarijs qui

ca

ea o͠ia accurate perpẽderẽt, complacitura. Licet enim per ea uiæ aliquot tortuoſæ diſponẽdi de reditibus ſuis obſtruãtur; aperiuntur tamen aliæ multæ directæ id faciendi, nullibi tam late, nec in tantum eorũ fauorẽ probatæ, ac explicatæ. Cum autẽ, Beatiſſime Pater, poſtea quidã uir, genere, litteris, et munere clarus, mihiq; iam inde a triginta annis, & amplius amicus (cuius nomen obſeruãtiæ cauſa taceo) obtulerit eidẽ Sanctitati. V. alium librum eodẽ titulo inſignitum cui ſanè Doctores duo, excellente ſanè doctrina præditi, qui ante triginta annos mei feruentiſſimi auditores eſſe cœperunt,

 runt,

rũt, multiſq́; annis poſtea fuerũt, pro ſua profunda eruditione, & egregia in me beneuolentia generoſaq́; gratitudine terſius quàm ego reſpondiſſẽt; niſi eos ipſe ab ea re iuſtis ex cauſis reuocaſſẽ: meq́; ipſum multa quæ taceo, ab hoc aliquot diebus retraxerũt, retraxiſſentq́; perpetuò, niſi me in id cõpuliſſent amor quarundã ueritatũ, quas ſarctas tectas perſtare plurimũ è Repub. Chriſt. eſſe arbitror; & obligatio conſeruandæ exiſtimationis, quam de aliquantulis donis apud me in proximorum utilitatem a Deo depoſitis, nonnulli habent; quam ni hoc facerem, labefactatũ iri iudicabãt: ex

ex quo noſtris, qualibus qualibus, ſcriptis & reſponſis decreſceret authoritas. Quæ profectò res me mouit, ut hanc Apologiã, quæ præfatum libellum defenderet, ſcriberem; & Sanctitati V. ueluti quandã illius appendicem, conſecrarem. Sperans certò fore, ut quæ ille ad obſcurãdam & impugnandã ueritatem, non ſine rei eccleſiaſticæ dãno, ſcripſit; per occaſionẽ, eã longe ſplendidiorem, & munitiorem reddant, iuxta illud Innocentij prædeceſſoris Beatitudinis Veſtræ Sanctiſſimi. Veritas ſæpius excogitata, magis reſplendet. Quare humillimus etiam atq; etiam ſupplico eidem*

* c. Graue. 35. q. 9.

S. Veſtræ, ut qua animi ſerenitate, ac frontis hilaritate illum ſuſcepit, ſuaq; benedictione dignatus fuit; eadem quoq; hanc ſuſcipere: & eò ampliore benedictione proſequi, quò eaſdem ueritates longè altius fundatas, & complures alias ſapientiæ canonicæ cognitioni apprimè neceſſarias, continet, non dedignetur. Chriſtum autem Redemptorem noſtrum Opt. Max. quàm obnixiſſimè rogo, ut te ſuum unicum, & Summum Vicarium, ſæculo noſtro adeò utilem & neceſſarium, quamdiutiſſimè ſeruet incolumem, Amen.

CAuſas ob quas, Chriſtiane lector, hanc Apologiam cõpoſuerim, ex epiſtola eius nuncupatoria facile colligas. Cauſa ue ro, ob quam in ea componenda non ſeruaui ordinem, quo meum libellum N. aduerſarius impugnauit, eſt; quòd mea ſententia, ſalua ſaniore, ipſe ſine congrua methodo & ordine illum impugnauit. Ideoq; conſultius duxi, eius ſerie omiſſa, ſequi eam quam in libello meo ſeruaui. Quod tamen citra tædium, & magnam cõfuſionem nequeo facere, niſi uel ſummatim admoneam ea, quæ in ipſo ſcripſeram. Quare, ita illa repetam (admonendo omnia, quæ præfatus N. opponit, & quæ ipſe reſpondeo) ut qui hanc Apologiam habuerit, dilucide, & ſine ulla confuſione ibi dicta, & hic addita intelligat, unà cum omnibus, quæ libellus aduer ſarius ad utriuſque argumentum pertinentia

nentia continet. Quàm breuiter autem & modeſte potero illi reſpondebo, defendendo mea uera, eiuſque falſa confutando. Salua, qua in eum ſum, ſemperque curabo eſſe, obſeruantia & pace; ſaluaq; in primis Summi Pontificis, ac deinde cuiuſq; alterius rectius ſentientis cenſura; in gloriam D. N. IESV CHRISTI; cuius de patrimonio in fauorem pauperum diſputamus; Optantes ei perplacere. Qui utinã Glorioſiſſima illa eius matre Virgine mediatrice, dignetur nos ſua luce illuſtrare: ſimul omnibus annuere, ut eius gratia ſemper ei grati uiuamus, & moriamur, eiuſdem gloria potituri æternum, Amen.

A nimia uero & inutili allegatione textuum, gloſſarum, dictorumque authorum agglomeratione abſtinebo. Tum, quia id remoratur & faſtidit lectorem, eruditioribuſque nauſeam parit. Tum, ne liber ultra modum Apologiæ excreſcat: & dum urceus inſtituitur, rota currente, amphora exeat.

Tum,

Tum, quòd Iuriſconſulti recentiores hoc nomine male apud eruditiſſimos grauiſſimoſq; uiros, præſertim Romanos, audimus. Tum, quòd longe ſatius duco, ſemperque duxi, paucis, eiſdemque firmis illuſtribus & antiquis, remotis infirmis, uulgaribus, & obſcuris fundare aſſerenda; quàm multis magna ex parte parum firmis & alienis, uel ad gloriã potius quàm perſuaſionem conflatis. Tum, quòd olim dedecori erat in conſeſſu Senatuum (quos Galli Parlamenta uocant) tacito textu, ſi ſuppeteret, citare gloſſam; & doctorem, tacita gloſſa; & recentiores ac obſcuriores, dum ſuppeterent antiquiores & illuſtriores. Tum denique, quòd aliquandó nocet allegare infirma, & obſcuros authores ad confirmandum id, quod probaueris textu expreſſo, uel efficaciter inducto; aut ratione irrefragabili: dum uideri potes lectori, non ſatis confidere illis premiſſis; conſideranti, te ad infirma confugere. Quamobrem enitar quoad eius

eius fieri poterit (præter morem eorũ, qui numero magis quàm ſententiarũ ponderi deferunt) confirmare quę dixero, textibus, gloſſis, claſſicis & receptioribus (quorum copia fere ubique eſt, & authoritas illuſtrior) authoribus, ad recentiorum accumulationes; cum argumenta utriuſque partis æque uel quaſi urgentia uidebuntur, & aliàs cum res poſtulauerit, debita cum obſeruantia recurrendo: præſertim
cum ab eis primum & ſpeciatim res ipſa recte
tangitur.

APOLOGIA, LIBRI DE REDITIBVS beneficiorum eccleſiaſticorum Martini ab Azpilcueta doctoris Nauarri.

Quo docetur quibus uſibus ſunt impendendi, & quibus perſonis dandi, aut relinquendi, ſuper.

Cap. Quicquid. 16. q. 1.

IN primis moneo, me in pręfato libro pro fundamento tractandorum, deſumpſiſſe uerba principii cap. ultimi 16. q. 1. cum tribus annotationibus ei additis, & tribus quæſtionibus propoſitis, in hanc quæ ſequitur formam.

Verba cap. fin. 16. q. 1.

Quoniã quicquid habent clerici, pauperum eſt, & domus illorum omnibus debent eſſe communes: ſuſce-

ptioni peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent; maximè curandum eſt illis, ut de decimis, & oblationibus, cœnobiis, & Xenodochiis, qualem uoluerint, & potuerint, ſuſtentationem impendant.

SVMMARIVM.

Author huius cap. an fuerit Hieronymus. nu. 1.
Bona clericorum, bona ſunt pauperum. num. 2.
Liberalitas CHRISTIANA *erga pauperes, maxima totius mundi nationum. num. 3.*
Corona clericorum & monachorum quid ſignificat. num. 4.

PRimò annoto, quòd licèt principium huius capituli, in quod comminiſcimur, Gratianus tribuat
1 Hieronymo ad Damaſum, in nulla tamen epiſtolarum illius ad Damaſum ſcriptum inuenitur, nec in ea quam ſcripſit ad Nepotianū, licèt aliquibus id uiſum fuerit eò, (ut nobis uidetur) quòd pagina penultima

hæc

hæc dicat. Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt, accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis uel cautum eſſe uelle, uel timidum, aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omniũ prędonum crudelitatem ſuperat. Sed illa & contenta in hoc cap. non ſunt eadem. At bona eccleſiaſtica eſſe pauperum habet gloſſa Hieronymi ſuper illud Eſa. 3. Rapina pauperum in domo ueſtra, Secundum Tho. 2. ſec. q. 185. ar. 7. arg. 2. qui tamen non ponit ea uerba, licet eorum ſententia inde colligatur. Idem etiam Tho. in eod. art. arg. 3. ait Beatum Hieronymum ad Damaſum Papam ſic ſcripſiſſe. Clericos illos conuenit ſtipendiis eccleſiæ ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum bona non ſuffragantur: qui autem bonis parentum & opibus propriis ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt arripiunt, ſacrilegium committunt, & incurrunt. Attamen in nulla epiſtolarum Hierony-

mi ad Damaſum, ea uerba inueniuntur. Quàmuis in. §. fin. huius cap. & in c. Clericos 1.q.2. inueniantur tributa Hieronymo à Gratiano. Innocentius etiam Papa iii. decidit unam quæſtionem in c. Cum apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. cap. aiens Hieronymum ſcribere ad Damaſum in hæc uerba, Si aliquando fuerunt à laicis malè detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in uſus trãſierunt monachorum, epiſcopo loci præbente cõſenſum, conſtabũt eis perpetua firmitate ſubnixa. Quæ tamen uerba in nulla epiſtolarum Hieronymi ad Damaſum inuenies, licèt ea poſuerit Gratianus in d. cap. §. 1. Quare oportet dicere Innocentium, & Thomam cum alia magna turba doctorum, authoritate Gratiani, nó uiſo archetypo & originali epiſtola, fuiſſe quoad prædicta tria ductos: uel certè deeſſe in epiſtolis Hieronymi, quæ nũc extant, aliquam maximi ponderis epiſtolam. Vtcumque tamẽ res habeat,

beat, ſatis eſt nobis ad cōminiſcendū in hoc capitulum, quod multis ſæculis iam inde a Gratiano ab omnibus canonum peritis ſit pro authentico habitū, iuxta ea quæ ſcripſit poſt alios Cardinal. Alexand. in rubr. & tit. 1. huius celeberrimi libri.

II. Annoto, hic probari, bona clericorum eſſe bona pauperum, concordat idem Hieronymus ſupra, relatus, & citatus à Thoma ubi ſupra ſuper Eſaiā cap. 3. & Auguſtinus in c. Quod autem 23. q. 7. ibi. Non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodam modo gerimus, & Ambroſius in c. Cōuenior. ead. cauſ. q. 8. ibi. Quamquā omnia, quæ in ea ſunt, ſint pauperum. Idem Auguſt. in c. fin. 12. q. 1. & Clemens ante eum lib. 2. cap. 9. & 39. de conſtit. apoſt. & alia ratione dicuntur clericorum, & alia pauperum, & alia Dei & D. N. IESV CHRISTI, ut dicetur infra ead. quæſt. Monit. 24. 2

III. Annoto, quòd ad declarandum

hoc capitulum cum notabili proximo, & nonnulla loca noſtri Manualis confeſſariorum ; & pœnitentium, & ad ſatisfaciendum multis aliis, extra contenta in illo quæſitis. In gloriam
3 itẽ miſericordię, liberalitatiſq; Chriſtianæ, omnes alias mundi nationum erga diuinum cultum,& pauperes excellentis: Simul & ad augẽdum amorem diuinum, deſideriumque cœleſtium & æternorũ, diminuendumque proprium, terrenorumq; atque tranſitoriorũ in animis noſtris, qui ad ſignificandum nos id procurare, coro-
4 nas capitibus alii aliis maiores geſtamus. c. Duo ſunt genera. 12. q. 1. & glo. ſolemn. clem. 2.de uit.& honeſt. clerico. uerb. Tonſuram, profundiùs quàm unquam tractabimus hoc elogium clariſſimi ſanctiſſimiq; doctoris Hieronymi per tres quæſtiones: quas frequenter, tum in cathedra, tum extra illã, in uariis uariorũ regnorũ academiis, primùm Tholoſę, & Cathurci in Galliis, Deinde Salmanticæ, &
Co-

Conymbricæ in Hiſpaniis, & aliis etiã locis decidimus quadraginta quinq; annis, a quibus interpretati ſumus canones ſacroſanctæ eccleſiæ Romanæ. Cuius cenſuræ quicquid dicetur ſubiicimus, ut iam priùs in epiſtola ad lectorem ſubmiſimus. Supplicantes item, ut ibidem ſatis ſupplicauimus, glorioſiſſimæ Virgini matri, ut nobis impetret lucem & gratiam à filio ſuo theoanthropo D. N. IESV CHRISTO, rerumq; eccleſiaſticarum uero domino, quò intelligamus, & faciamus de illis, quod eius diuina, & humana uolũtas requirit, & per ſuam ſanctam eccleſiam ordinauit: perq; præfatũ Hieronymum doctorem ſanctiſſimum, cui nos commendamus, in hoc capitulo ſignificauit.

QVAESTIO I.

An mortaliter peccent beneficiarii eccleſiaſtici ſuperfluè aut profanè reditus ſuorum beneficiorum impendentes?

QVAESTIO II.

An nō tantùm peccent, Sed etiam ad reſtituendum eos ſint obligati?

QVAESTIO III.

An poſſint de illis teſtari?

SVMMARIVM.

Verbum, reditus, ſcribendum cum ſimplici d. nu. 1.

SEcundò moneo, ꝙ præfatus. N. tum tacitè tum expreſſè (ueluti pręludens) multa, ut aliquibus uidetur, tacuit, aut dixit, rhetoricè, incautè, aut falsè, in duabus primis ſui libri partibus; antequam ad principalem diſputationem (quam in tertia parte aggreditur) perueniret. Primò quidem, quatenus tacitè uidetur impugnare orthographiam, qua utor in titulo mei libri, & per totum illum, ſcribendo uerbum, reditus, per
1 ſimplex. d. Quoniam ipſe in titulo ſui

ſui libri, & per totum illum ſcribit cũ duplici. A quo abſtinuiſſe conſultius fuiſſet. Tum, quia ipſemet ſub finẽ. 2. partis admonet orthographiã uerbi, reditus, doceri ab Andrea Tiraquel. in tract. de retract. conſanguinitatis, an ſit ſcribendum duplici, an ſimplici. d. ex Ouidio, & Martiali: & palam eſt, Tiraquellũ in loco ab eo citato probare, ſcribendum eſſe cum ſimplici. d. Tum quia non deeſt cui dederit occaſionem putandi, quòd id fecerit, ut libello meo etiam in tituli orthographia contradiceret. Qua enim alia de cauſa id feciſſe, aiunt, niſi fortè quòd donec ad eũ uſq; locum calcographus perueniſſet, putauit illud à uerbo, reddo, deriuari, ideoq; ſcribendum eſſe per duplex. dd. ut multi malè ſcribunt, & me ſcribentem ſimplici peiùs reprehenderunt. Et cum poſtea incidiſſet in Tiraquellum docentem contrariũ, maluit ut calcographi perſeuerarẽt in errore, quàm fateri ſe per ignorãtiam, uel incogitãtiam erraſſe:

prę-

præmonito in medio libri lectore, ſe ueram illius dictionis orthographiam non ignorare. Tum quia maius operæpretium feciſſet, ſi admonuiſſet lectorem uerbum, reditus, non à reddo, ſed à redeo deriuari, ideoq; primam ſyllabam breuiare, ut in illo Ouid. de Ponto. At reditus iam quiſque ſuos amat. &c. & in illo eiuſdem lib. 1. de art. amandi. Turpe thori reditu cenſus augere paternos. Reditumq;, ideo dici à redeo, quòd quotannis è fundo, uel prædio, ad eius domũ redeat.

SVMMARIVM.

Alternatiuam proferens, cuius altera pars eſt uera, non eſt carpendus. num. 1.

Elogium uerum quod probatur alicuius dictis, tribui poteſt etiam ſi non concipiatur ab eo eiſdem uerbis. num. 2.

Fide digni uiri dicto credens, non peccat. nu. 3.

III. Moneo, quòd præfatus N. rhetoricè quidem, ſed nõ rectè uidetur me pungere circa primam annotationem

primi

primi moniti, quatenus ait, nullatenus eſſe credẽdum, Sanctum Thomã, & tantam aliorum doctorum turbam authoritate Gratiani ductos, crediſſe præfatũ capitulum ultimum. 16. q.1. continere uerba Hieronymi ad Damaſum, ſi res ita non haberet. Quod ait me ſignificare. Tum quia ego id non aſſero ſimpliciter, ſed alternatiuè, eos authoritate Gratiani archetypo epiſtolæ Hieronymi ad Damaſum non uiſo ductos fuiſſe, uel aliquam epiſtolam non parui momenti Hieronymi ad Damaſum deſiderari in libris epiſtolarum Hieronymi quos nũc habemus. Quorum poſterius ipſe quoq; concedit. Et alternatiuam proferenti ſufficit, ut eius altera pars ſit uera. c. In alternatiuis de reg. iur. lib. 6. & l. Plerumque. ff. de iur. dot. Tum quia ueriſimilis eſt etiam pars prior præfatæ alternatiuæ. Quoniam frequentiſſimum eſt Gratiano ſanctorum dicta decerpenti, ſenſum eorum potiùs quàm uerba deſumere. Frequen-

quenter enim unum capitulum componit, ex multis locis eiuſdem authoris additis, detractis, uel mutatis aliquot uerbis, ut etiam diximus in. c. Cum miniſter. 23. q. 5: quod tribuitur Auguſtino ſuper exod. apud quē tamen neq; ſenſus eius inuenitur in eodem loco ſcriptus, neq; in diuerſis eiſdē omnino uerbis. Tum quia neq;
2 Thomę, neque aliis doctoribus uitio uerti debet, adſcribere Hieronymo aliquod elogium in ſe uerum, quod per eius ſcripta probatur, & à tanto authore, quantus eſt Gratianus, ei tribuitur, cum ſine ullo mendacio poſſit appellari eius, ſaltem putatiuè, eo quòd iuſtè putatur eſſe illius, & eius
3 dictis conſonans. Tum quia paſſim, ſine ullo uitio multa elogia tribuimus Platoni, Ariſtoteli, Innocētio & Azoni, & aliis authoribus humanis, imò & diuinis, etiam euangeliſtis, per alia uerba, uel eadem, aliter coniuncta, idē tamen ſignificantia, ut palam eſt. Tum quia non peccat, qui iuſto uiri fide digni

digni teſtimonio, putat aliquid eſſe, uel aliter ſe habere, quàm ſit, uel ſe habeat; iuxta gloſ. celeberrimam l. Titio fundus.ff.de cōdit. & demonſt. & ea quæ ſuper illa congerit Feli. in c. Cū cōtingat,de reſcript.in princip.

SVMMARIVM.

N. arte rhetorica captauit beneuolentiam falſa ſuggerendo. num. 1.

Conſuetudo teſtandi ad libitum de reditibus eccleſiaſticis, nullibi eſt, ſaltem ualida. num. 2.

IIII. Moneo, ꝙ præfatus. N. rhetoricè quidē,ſed parum candidè in epiſtola nuncupatoria, in qua ſummam rei de qua agitur proponit, ilico lectoris animum ſibi benignum, mihi uerò auerſum reddit, affirmando opinionem meam, quæ communis eſt, quamq́; pleriq; omnes probant, eſſe quidē ſaluberrimā, ſed ab omni uſu, & conſuetudine ſeiunctam, cuius cōtrarium nos in præfato libello. q. 1. nu. 76. & q. 2. nu. 25. & q. 3. nu. 14. mon-

monſtrauimus; probando id quod etiam infra ead. q. monit. 50. & q. 3. monit. 1. probabimus efficaciter, nullam talem cõſuetudinem eſſe, neq; ſi
2 eſſet, poſſe ualere. Quia quæ talis foret, eſſet contraria legi naturali, & diuinæ, & conſequenter inualida. c. Mala. c. Fruſtra. 8. diſt. & c. fin. de conſuet. talem autem cõſuetudinem eſſe contra legem naturalem in dicto præfato libello probauimus, & in hoc poſtea monſtrabimus infra ead. q. monit. 21. & 39.

SVMMARIVM.

Author Salmanticenſem cathedram canonum primariam regebat, cum nondum. N. eos audire cæpiſſet. n. 1.

Author putat non fuiſſe animum. N. minuendi nomen eius. num. 2.

Laus in debitum finem, relata ſanctè quæri poteſt. numero. 2.

Puteum quis iuſtè aperit in ſuo, cum aliena iactura non intenta. num. 3.

V. Moneo, quòd non deſunt qui ſu ſpi-

ſpicentur, eundem.N. rethoricè qui-
dem ſed parum candidè per ſui libri
editionem uoluiſſe nomen ſuum; cũ
mei iactura augere pugnãdo,& ſi poſ-
ſet uincendo me Romæ,quę totius or
bis Chriſtiani caput eſt,ſummo Chri-
ſti uicario agonotheta; me, inquam,
nũc circiter octogenarium,qui quan-
do in Salmanticenſi, cum primis om-
nium totius Europæ academiarum ca
tholica, frequenti & celebri, primæ
functionis canonum ſacrorum cathe-
dram, competitoribus magno certa- 1
mine ſuperatis,quæſitam,magna cum
laude regebam: nondum ipſe puer ſa
cram eorum & legum facultatem di-
ſcere cœpiſſet; quiq; nunquã poſtea
gratia Deo, ſtudia litterarum remiſi.
Quod eo argumẽto coniiciũt, quòd
nullam aliam uidẽt cauſam cur ſuum
librum, eodem titulo quo meus in
ſcriptus erat,inſcriptum,eidemq;, cui
meus dedicatus fuerat,dedicarit.Idq;
in eadem Vrbe me præſente,quem iu
re putabat cito abſuturum, & ideo
me

2 me abſente id potuiſſe facere. His tamen ipſe parum aſſentior. Tum, quòd licèt putem ſuam laudem in finem aliquem relatã uoluiſſe per hoc augere, quod ei licuit, ut etiã ego in cómentario de finibus humanorum actuum in. c. Cum miniſter. 23. q. 5. nuper poſtea quàm ille ſuum librum edidit, compoſui, latè trado, licèt forſitan per accidens, & per quandam conſequentiam id contingeret, quod non attenditur. l. Si quis nec cauſam, cum latè ibi à Neotericis citatis. ff. de reb. cred. Nullatenus tamen arbitror id eum in iacturam mei nominis uoluiſſe, quod non licuit arg. l. Fluminum, §. fin. & l. Proculus. ff. de damno infect. quatenus habent eum, qui puteum in ſuo fundo fodit, licèt per cō-
3 ſequẽtiam abſcindat uenas, per quas in puteum uicini aqua deriuabatur, quæ ob id fluere in illum deſinit, malè quidem facere, ſi malo animo, ut noceat uicino, fodit, non tamen ſi ſolo bono, ut ſibi profit.

SVM-

SVMMARIVM.

Authoritatem externis bonis augeri. num. 1.
Authori conſultum, ne nudus externis, cum ornato eiſdem in arenam deſcendat; & quibus ſe ornare poſſet. num. 2.
Bona externa uix eſſe noſtra. num. 3.
Authorem audiuit totum unum annum canones Emanuel Acoſta inſignis doctor, quem inſigniter laudat aduerſarius, cum gymnaſta magno ſalario ius ciuile interpretaretur. num. 4.
Author proteſtatur obſeruaturum ſe ſemper merito aduerſarium. num. 5.

VI. Moneo, quòd non deſunt, qui ſuſpicati fuerint eundem N. rethorice quidem, ſed parum amice ob prædictam cauſam de induſtria, ut facilius me triumpharet, deſcendiſſe in arenam omnibus ſuis titulis armatum, licet etiam ſine illis ſpectatoribus eſſet notiſſimus: me uero eiſdem parum notum fere nudũ eis propoſuiſſe. Quoniã tam ex ſacris litteris, quàm ethnicis probe nouit, plurimum ad perſuadendum ualere nobilitatem, digni- 1

tatem, & opes dicentis, iuxta illud Eccleſ.13. Diues loquutus eſt, & omnes tacuerunt: & uerbum illius uſque ad nubes perducent. Pauper loquutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum. Quo item tendit illud ſatyrici. Plurima ſunt, quę non audent homines pertuſa dicere lena. Quare aiunt me incōſulte acturum, & ex loco iniquo repugnaturum, ſi me defenſurus, ab illo Pauli exemplo. 2. Corint. cap. 11. mea cognomenta, gentis, & munerum, ut ille, non admonuero: cum in tota Celtiberia, Caſtella, & Luſitania, palam fit ornari me poſſe ex Illuſtriſſimæ Roncæuallis ordinis militia, quæ nūquàm ulli de ſanguine infecto prognato patuit: ex primarię item functionis, quas rexi Salmanticæ, & Conymbricæ cathedris: ex comitatus etiam dignitate, qui mihi ampliſſimo cum ſalario ad me uſq; inaudito, iam pridem rude donato, ſeu iubilato contigit, iuxta Regiæ Maieſtatis priuilegia. Necnō

ex.

ex utriuſq; parentis familia prognatã ex duobus palatiorũ Celtiberiæ ſiue Nauarræ, quæ ſolariega uocant, uidelicet Azpilcueta, & Iaureguizar ſuis Baztan: quæ licet diuitiis parũ ſplendeant, longe tamen ante Carolum Magnum in Nauarrorum Regni exordio in ſaltu Pyrenæi montis, quã parte Vaſcones Celtas diuidit a Celtiberis erecta in hunc diem, (gratiæ Deo) nulla ullius damnatæ ſectæ ſanguine contaminata, catholica perſeuerant. Quorum alterum alteri hoc ſolo nomine præſtat, quòd alterum eſt unum ex duodecim, quæ prędicto Regno naſcenti regendo fuere deſtinata. Alii autem de ipſius animi candore aliud ſenſerunt; quibus ipſe lubenter aſſentior. Tum quòd licet me cogno- 3
mentis externis (quæ ex philoſophia etiam ethnica ambo didicimus uix eſſe noſtra) nudarit, mihique prætulerit aliquos, qui me præceptore, licet indigno, in ſuis ſcriptis gloriantur, & in his unum, ſcilicet Emanue-

4 lem Acoſta uirum plane doctiſſimum,
qui me totum annum trigeſimum no-
num ſupra milleſimum quingenteſi-
mum, poſtea quàm primus omnium
Salmanticæ, centuriam paradoxorum
iuris Cæſarei defenderat, & poſtquàm
doctor eiuſdem iuris fuit effectus, ca-
thedramq; cum grandi ſalario obti-
nuit Conymbricæ audiuit; quotidie
in circulis mecũ perdocte ac perpla-
cide diſputando. Quàmuis enim, in-
quam, meis me nudet externis, poſt-
ponatq; meis diſcipulis: ueſtit me ta-
men internis longe profecto potiori-
bus, quàm mea nuditas meretur: ob
quod gratias plurimas ei ago, ſerua-
turus illam, quæ ante triginta annos
5 inter nos Salmãticę inita fuit, amici-
tiam: eumq; pro eius egregia pietate,
& eruditione, pro clariſſimo ſui gene-
ris cognomento, & munere, cui præ-
eſt, debita reuerentia ex animo uene-
rabor: ſalua in omnibus doctrinæ ue-
ritate, quæ inuicta ſemper, & uictrix
perſeueret. Amen.

SVMMARIVM.

Præcepta nõ poſſe ſeruari ab eo, qui conſilia mentaliter non ſeruat, dure dictum. num. 1.
Legem mentaliter ſeruare, quid? num. 2.
Obligatus ad uolendum facere, tenetur facere ſi poteſt. num. 3.
Conſilia ſeruare ſecundum præparationem animi, & ſeruare mentaliter longe differunt. num. 4.
Conſilia pro tempore, quo ad ſui obſeruantiam ligant, præcepta fiunt. num, 5.
Conſiliorum contraria uolens, ſine contemptu eorum, non peccat. num. 6.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VII. Moneo, quòd præfatus N. tangens ea, quæ de paupertate clericorum uoluntaria in annot. 3. prædicta inſinuaui, parum caute aliqua ſcripſit. Nam primo bis ait in prima parte cap. 1. nu. 3. teneri omnes Chriſtianos ad ſeruanda mentaliter IESV CHRISTI D. N. conſilia, ſemel quidem in principio, & iterum in medio, per illa uerba. Cõſiliis CHRISTI, adeo ſunt connexa præcepta, ut ſeruari nullo modo poſſint, niſi mentaliter ſeruentur conſilia. Quæ profecto 1

 concluſio,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

concluſio, ut uerba ſonant, falſa eſt.
Tum, quia ſeruare mentaliter legem,
eſt uelle facere quod illa dictat: ſicut
infingere legem mentaliter, eſt nol-
le facere id, quod illa dictat. arg. eo-
rum quæ habentur in. c. Qui bona.
17. q. 1. de propoſito, & uoto men-
tali: & quę tanguntur de ſimonia
mentali in. c. fin. de ſimon. At ne-
mo tenetur de lege communi ad uo-
3 lendum id, quod CHRISTI con-
ſilia conſulunt. Tum quia non tene-
tur quis plus ad uolendum facere ali-
quid, quàm ad faciendum; nec plus
ad uolendum uiuere uitam cælibem,
uel pauperem, uel ingredi religio-
nem, uel renunciare bonis tempora-
libus, & alia ſimilia facere, quàm ad
faciendum ea: cum exterioris actus
bonitas, uel malitia ex interiori ei
correſpondente pendeat: & bonitas,
& malitia interioris ex obiecto, &
proportione ipſius ad actum. arg. c.
Dixi. & c. Magna, de pænit. diſt. 1.
& tradit Thom. 1. ſec. q. 20. art. 1.
&

& 2.Nec prodeſt illi,quod dicit Tho-
mas ab eo citatus in. 2. ſec. q. 184.
art. 3. & q. 124. art. 1. ad. 3. quia
longe aliud eſt teneri quem ad ſer- 4
uanda præfata cõſilia ſecundum præ-
parationem animi, quod aiunt præ-
fatus Thom. & Auguſt. ab eo cita-
ti: & aliud teneri quem ad ſeruan-
da ea mentaliter; quod nunquàm il-
li dixerunt, & eſt falſum. Seruare ſi-
quidem conſilia ſecundum præpara-
tionem animi, eſt, eſſe paratum ad
ſeruandum ea occurrente caſu, in
quo neceſſarium eſt ad ſalutem ani-
mæ id facere, ut etiam ipſe ait: quod
ſine ullo actu mentali uolendi con-
tingit. Tum quia eo caſu non ſolum
conſilia, ſed etiam quodlibet aliud
de ſe indifferens, quod iuſte fieri poſ-
ſet, faciendum eſt: ad quod tamen
uolendum mentaliter, prius nemo
tenetur. Seruare autem illa mentali-
ter, eſt, uelle id quod ea conſulunt,
ad quod nemo tenetur, niſi præfata
neceſſitas accedat. Tum quia uelle

conſilia ſeruare quando de neceſſita-
5 te ſalutis animæ, oportet ea ſeruare; eſt, uelle ſeruare illa, quando, & pro tempore quo fiunt præcepta: & ita non eſt uelle ſeruare mentaliter conſilia, quatenus ſunt conſilia, ſed quatenus pręcepta. Tum quia nec S. Tho. quem ipſe citat in 2. ſec. q. 124. ar. 1. ad. 3. neq; ullus alius ait, peccare quẽ, non producendo mentalem uoluntatem ſubeundi martyrii: neq; qui ſine contemptu producit uoluntatem nõ ſubeundi illud quatenus eſt cõſilium. Abſit autem, ut putet lector, meæ intentionis eſſe, uirum egregia pietate inſignem, ullius impietatis notare: cum ex eis, quæ illam concluſionem præcedunt & cõſequuntur, appareat, eum catholicũ ſenſum habuiſſe. Solum enim uolui admonere, ne quis uerbis illius concluſionis concipiat,
6 peccare Chriſtianos, qui mentaliter nolunt eſſe religioſi, nec renunciare bonis, neq; ire ad loca, in quibus pii ab impiis ob pietatem occiduntur.

Imo neque eos, qui ſine conſiliorum contemptu, uolunt mentaliter contrarium eius, quod conſulunt: & nolunt eſſe religioſi, neq; pauperes, neque ad ſuum ſtatum decentem neceſſaria erogare pauperibus: nec alia ſimilia ſupererogationis bona facere.

SVMMARIVM.

Apoſtolos non habuiſſe dominium in ſpeciali, eſſe contrarium extrauag. Cum inter, incaute dixit aduerſarius. num. 1.

VIII. Moneo, quòd prefatus N. incaute ait circa prædictam paupertatem, in eod. cap. 1. nu. 4. quòd di- 1
cere; Apoſtolos non habuiſſe dominium in ſpeciali, & particulari, eſt cõtrarium extrauag. Cum inter nonnullos, Io. xxii. tit. de uerb. ſignif. quia per eam non damnatur dicens, Apoſtolos nõ habuiſſe dominium in particulari, ſed dicens, quòd Chriſtus, & Apoſtoli non habuerũt dominium in particulari, neque in cõmuni: quod non

non eſt cõtrarium, ut palam eſt. Neq; aliq̃d amplius habet extrauag. Quia quorundam, eiuſdem Io. xxii. eod. tit. quæ præfatæ extrauag. uerba repetit.

SVMMARIVM.

Apoſtoli ſi uouerunt omnia neceſſaria ad perfectum ſtatum, uouerunt & paupertatem, contra aduerſarium. num. 1.

Status perfectionis duplex, alter ad alios, alter ad ſe perficiendum. num. 2.

IX. Moneo, præfatum. N. etiam parum caute dicere circa eandem paupertatem; quòd præſuppoſito dictò Tho. in 2. ſec. q. 84. art. 4. ſ. Quòd
1 Apoſtoli uouerunt omnia, quę ad ſtatum perfectionis pertinent, non infertur, ꝙ uouerunt paupertatem. Tum quia ipſemet Tho. in eadem. 2. ſec. q. 186. art. 3. ait, Paupertatem eſſe neceſſariam ad ſtatum perfectionis, & in ead. q. art. 6. probat non ſufficere illam, per quam actu relinquuntur omnia bona temporalia, ſed oportere ut uoueatur, & cadat ſub obligationem, nunquam

nunquam illa ſibi quæſiturum. Si ergo Apoſtoli uouerũt illa, quæ pertinẽt ad ſtatum perfectionis, ut ipſe ait poſt Thom. in. 2. ſec. q.84.art.4. neceſſario ſequitur eos uouiſſe paupertatem. Nec prodeſt reſpondere, quòd duplex eſt ſtatus perfectionis. Alter, 2
eorum quo perficiunt, in quo ſunt Epiſcopi: alter perficiẽdorum, in quo ſunt religioſi, ut idem Thom. declarat poſt Dionyſium in eadem. 2. ſec. q. 184. art. 4. Tum quia cum primum delecti fuerunt a Chriſto Apoſtoli, & cum illi cœperunt eum ſequi, & reliquerunt ſua, non fuerunt facti epiſcopi, nec presbyteri. Tum quia ſtatus epiſcoporum non requirit paupertatem, nec bonorũ temporalium renunciationem, ut ipſemet Tho. probat, in ead. 2. ſec. q. 185. art. 6. per textũ in c. Epiſcopus. 12. q. 1. & ita Tho. cum in d. art. 4. q. 84. dixit Apoſtolos uouiſſe omnia, quæ pertinent ad ſtatum perfectionis, intelligendus eſt, de uotis neceſſariis ad ſtatum perfectionis

perficiendorum, in quem tunc aſſumpti fuerunt: & ita conſequenter, quòd paupertatem, continentiam & obedientiam uouerunt, quæ ſunt tria neceſſaria ad pfectionis ſtatũ, ut efficaci ratione, & authoritate irrefragabili pbat idẽ Tho. in.d.2. ſec.q.186.ar.6.

SVMMARIVM.

Votum ſolemne paupertatis tollit habilitatẽ quærendi dominium rerum temporalium, non autem adminiſtrandi ea. num. 1.

Religioſus habens beneficium eccleſiaſticum tam late poteſt impendere de ſuis reditibus, quàm ſæcularis de ſuis. num. 2.

X. Moneo, quòd præfatus N. etiam circa eandem paupertatem male infert, ex eo quòd Apoſtolis fuerũt aliqua donata, & ab eis pauperibus, uel aliis piis operibus erogata, non feciſſe illos uotum paupertatis. Quia uotum quàmlibet ſollemne paupertatis,
1 licet tollat capacitatem quærendi dominium temporalium ſibi in particulari. c. Non dicatis. 12. q. 1. c. Cùm ad

monaſterium

monaſterium de ſtat. monach. non tollit tamen capacitatem quærẽdi illud eccleſiæ uniuerſali, uel particulari, cui eſt præfectus uel adſtrictus. c. Cum olim de priuil. cũ ei annot. per Innoc. & c. In pręſentia, de probat. cum ei annot. per omnes: nec facultatem adminiſtrandi ea etiam per ſe, de iuſta eccleſię licentia, quam per titulos beneficiarios pręſtat, uel hominis. ſ. ſuperioris, quæ etiam tacita ſufficit: ut ait Card. Alex. in. d. c. Non dicatis, 12. q. 1. ut paſſim Abbates, Priores, & alii beneficiarii regulares adminiſtrant, iuxta. c. Monachi, de ſtat. monach. & clem. 2. de vit. & honeſt. cleric. ubi ſingulariter Card. cui nemo in hoc contradicit, ait: regularem clericum tam late poſſe diſponere de fructibus ſui beneficii regularis, quàm clericus ſęcularis de fructibus ſui beneficii ſæcularis: quod ſine ullo proprietatis uitio facit. Imo, ſaltem ante concilium nuperrimum Tridentinum, etiam monachus ſimplex

plex de licentia prælati, poterat tenere ac gubernare tota uita ſua bona omnia, quę ſecum ad monaſterium adduxit. c. Significante. qui cleri. uel uouen. & paſſim hodie monachi etiã ſimplices, & etiam extra clauſtra degentes tam cõtractibus, quàm ſucceſſionibus multorum bonorum, dominium ſuis quęrunt monaſteriis, multaq; de illis, uel illorum fructibus, iuſta cum licentia Papæ, uel prelatorum ſuorum, operibus impendunt piis, & in ſuos honeſtos uſus cõſumunt: non obſtante ſolemni, quod emiſerunt paupertatis uoto. Et ita nullatenus infertur, Apoſtolos non uouiſſe paupertatem, ex eo quòd bona quęſierunt eccleſię, & ea in pauperes & alia pia opera impenderunt.

SVMMARIVM.

Paupertatis a uoto, nec Apoſtoli per apoſtolatum, nec monachi per epiſcopatum abſoluuntur. num. 1.

Monachus factus Epiſcopus, non teſtatur. nu. 2.

Votum caſtitatis relaxari poſſe monacho, non autem

tem uotum paupertatis. num. 3.
Monachus incapax beneficiorum temporalium, non autem ſpiritualium. num. 4.

XI. Moneo, quòd præfatus N. falſe ait in eod. cap. 1. nu. 6. Apoſtolos etiam ſi paupertatem uouiſſent, cum adhuc eſſent diſcipuli, antequã fierent magiſtri, & epiſcopi, ſimul ac euaſerunt 1 magiſtri, & epiſcopi, fuerunt ab illõ uoto abſoluti: quod conſequitur à uoto paupertatis hodie illos monachos, qui fiunt epiſcopi, eſſe abſolutos. Quæ duo ambo ſunt neganda, & perneganda. Primo quidem, quòd ſunt nouitates periculoſę hoc ſæculo, quo adeo laxantur religiones, & à nullo catholico, quem ipſe legerim, affirmentur. Deinde, quòd ſatis reprobantur per illa uerba Innoc. iii. 2 in. c. Cum ad monaſterium. §. fin. de ſtatu monachor. Abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis, adeò eſt annexa regulæ monachali, ut contra eam, nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere. Tertio, quòd

Tho.

Tho. cui concordant alii, qui ante & poſt illum ſcripſerunt, determinat in 2. ſec. q. 185. ar. 8. Monachum, per aſſumptionem ad epiſcopatum, non abſolui a tribus uotis ſubſtantialibus ſuæ regulæ, pręſertim paupertatis, ac continentiæ.per.c. De monachis. 16.
1 q. 1. & reſpondet ad dictum. c. 18.q. 1. quatenus probat, monachum a ſuæ regulę iugo per epiſcopatum abſolui, non eſſe intelligendum de obligatione uotorum ſubſtantialium religionis, ſed de quibuſdam aliis ſtatui epiſcopatus repugnantibus, &c. Quarto, quòd alioqui ſequeretur monachum factum epiſcopum, poſſe teſtari de bonis quæſitis poſt epiſcopatus conſequutionem: quod eſt contra prędictum celebre. c.1. quod incipit,
2 Statutum. 18.q. 1. & alia multa capitula quæſtionis ſeq. quæ habent, bona per monachos poſt epiſcopatum quęſita, deberi eccleſiæ epiſcopali, & non eius hæredibus, nec monaſterio, unde aſſumptus fuit. Quinto, quòd nulla

nulla ratione id ſuaderi poteſt, cum monachus, licet non ſit capax domi-nii bonorum temporalium, eſt tamen capax adminiſtrationis eorum: quæ eſt ratio, qua pridē in rubrica de ſtatu monachorum in ſcriptis affirmauimus, poſſe quidem Papam aliquando ex iuſta cauſa diſpenſare cum monacho, ſuper uoto caſtitatis, iuxta glo. & commu. in. d. c. Cum ad monaſterium. §. fin. contra Tho. 2. ſec. q. 88. art. 11. & eius ſequaces, nunquàm autē ſuper uoto paupertatis: quia nulla poteſt ad id iuſta cauſa ſuccurrere; cū omni neceſſitati, cui poteſt proui deri per aliquorum bonorum dominii acquiſitionē, poſſit prouideri per adminiſtrationis eorū conceſſionem. 3

Non obſtat his argumentum, quod pridem nos publice diſputādo in doctiſſimorum uirorum theatro, his oppoſuimus; & manſit inſolutum, nempe, Quòd abbates & alii beneficiarii regulares habēt dominium, & poſſeſſionem beneficiorum ſuorum, & age-

re poſſunt,ut quotidie agunt nomine proprio ad uendicandum ſibi, & non Eccleſiæ,dominium eorum:& ad adipiſcendum, retinendum uel recuperandum eorum poſſeſſionem; in quorum litibus æque habent locum,tituli de cauſ. poſſ. & propriet. & de rei uendicat.ac in litibus clericorum ſæcularium ſuper beneficiis ſęcularibus: Imo ſimplex monachus uel monacha poteſt agere nomine proprio, & ſine licentia ſui ſuperioris, ſuper iure eligendi ſibi competenti,& iure alimentorum,& iure manendi in tali uel tali monaſterio, ſi exinde iniuſte eiiciatur.c. Cum dilecta. cum late ibi notatis,per Feli.col.13.uerſ. Monachus,de
4 reſcript.Non inquã,hoc obſtat: quoniam religioſi per uotum paupertatis non renunciant bonis ſpiritualibus, nec honoribus, qui pro eis debentur, qualia ſunt iura prædicta, ſed tantum temporalibus, ut eleganter, de more, ait Tho. in.2.ſec.q.186.art.7.ad.4.ubi Caiet. affirmat, per hoc poſſe monachos

chos petere gradum doctoratus, qui eſt honor ob ſpiritualia debitus: quod prius affirmauit idem Thom. in opuſculo. 19. contra impugnantes religionem. c. 2. col. 7.

SVMMARIVM,

Dominus ſuarum ueſtium an eſſet Petrus poſt apoſtolatum? non eſt uana quæſtio contra aduerſarium. num. 1.

Monachus & ſeruus in hoc pares. num. 2.

Petrus per apoſtolatum non fuit ſolutus a paupertate, num. 2.

XII. Moneo, quòd præfatus N. male arguit uanitatis in eodem cap. nu. 9. Aluarum Pelagium doctrina ſolida uirum, in hæc uerba. Ex his uana mihi uidetur illa quæſtio Pelagii, An ueſtes Petri, quibus indui eũ Angelus iuſſit, 1 eſſent Petri, quo ad dominiũ uel uſum tantum? Primo quidem, quia nullus unquàm doctorum arguit uanitatis, imo omnes laudauerunt glo. ſingularem. c. Non dicatis. 12. q. 1. quærentem, an ueſtis qua ſe quotidie ueſtit monachus, ſit eius? & decidentem nõ

C 2 eſſe,

eſſe, imo neq; poſſeſſionem eius habere, nec nomine ſuo poſſe agere ſuper illa, uel ſuper alia re temporali, uirtute ullius contractus uel delicti. Nec mirum quòd eam laudarint: quia uera, & rara eſt. probaturq; per l. Id ueſtimentum. ff. de pecul. quatenus habet, ſeruum nec eſſe dominum ueſtimenti quotidiani, neq; illud ſuo nomine poſſidere. Quia qui ab alio poſſidetur, nihil poſſidere poteſt. l. Quod ſeruus. ff. de acquir. poſſeſſ. & recepta eſt tam in praxi, quàm in theoria ſententia Innoc. in. c. Cum olim, de priuileg. quòd ſeruus, & monachus in
2 hac re coæquantur. Deinde, ideo malè arguit Pelagiũ uanitatis: quia fundamenta quibus in id mouetur, uana ſunt. Alterũ ſcilicet eſt, quòd apoſtoli nõ uouerunt paupertatem: quod ideo uanum eſt, quia contrarium eſſe uerum conſtat, ex Auguſtino. 7. lib. de ciuit. Dei. cap. 10. & ex aliis, quæ late citat Pelagius, lib. 2. de planctu Eccleſiæ, cap. 56. col. 7. Conſtat item ex

eo

eo, quod id neceſſario conſequitur, prǽſuppoſito quòd ipſemet N. prǽſupponit ex Thoma in. 2. ſec. q. 88. art. 4. eos uouiſſe omnia ad ſtatũ perfectionis pertinẽtia, ut ſupra efficaciter probauimus: in qua re certe ipſe confuſe & incõſtanter diuagatur. Alterum autem .ſ. quòd Petrus licet uouiſſet paupertatem cum ſolum eſſet diſcipulus, fuit tamen abſolutus ab illa, ſimul ac fuit factus Epiſcopus: quod ſupra monſtratum eſt eſſe falſum, & periculoſum. Quare non de uanitate arguendus Pelagius, ſed de ſoliditate eruditionis, ac ueritate laudandus, quatenus grauiter, conſtanter, & docte id diffinit, Petrum paupertatem uouiſſe; ideoq; non fuiſſe dominum ſuarum ueſtium, nec poſſidere quidem illas nomine proprio, ſed Eccleſiæ, cuius caput uicarium erat, cum Angelus eũ excitauit in carcere. Sicut uere dicimus S. D. N. Pium. V. eius ſucceſſorem (quæ gloria eius eſt) non eſſe dominum ullorum bonorum eccleſiaſti-

corum, nec ſuarum ueſtium quidem, obſtante iam uoto paupertatis ſolemni, quod pridē emiſit: eſſe tamen ſummum eorum omnium diſpenſatorem, & protectorem. Equidem concluſionem Pelagii prædictam, quę antea fuit gloſſæ prædictæ ſingularis, & omnium communis, non ſolum arbitror non eſſe uanam, ſed uerā, & ualde utilem. Vt agnoſcamus omnes religionem approbatam profeſſi, quòd nullius rei temporalis, nec ueſtium quidē, quas ueſtimus, domini ſumus, neq; eas nomine noſtro poſſidemus: quo eis eorūq; reditibus cōformius noſtris regulis utamur, & pauperibus aliiſq; pietatis operibus fuſius manus extēdamus.

SVMMARIVM.

Dominium bonorum temporalium, eſſe neceſſarium prælatis omnibus, falſum. num. 1.
Quia ſufficit adminiſtratio. num. 2.
Dominium immobilium rerum temporalium Eccleſiæ, penes prælatos eius eſſe, nullus catholicus, uſque ad aduerſarium dixit. num. 3.

Moneo,

XIII. Moneo, quòd præfatus N. in eo-
dem cap. nu. 13. & 14. falſe ait, circa 1
eandem paupertatem, quòd Epiſcopis
& aliis quibus eſt cura gregis cõmiſſa,
ſit neceſſarium habere bonorum tem-
poralium dominium. Quod profectò
falſum, inſolẽs, & inauditum eſt. Tum,
quòd prælatis omnibus habentibus
collegiatas eccleſias regulares uel ſæ-
culares, eſt cura gregis cõmiſſa. c. Cum
ab eccleſiarum prælatis. c. Quanto, de
officio ordin. quorum multi uidelicet
regulares, nec habẽt, nec habere poſ-
ſunt ullarum rerum temporalium do-
minium: quales ſunt prælati Domini-
cani, & Franciſcani, ac alii aliorum or
dinũ regularium ſuperiores. c. Nimis,
de exceſſib. prælator. c. Exiit, de uerb.
ſignif. lib. 6. Clement. Exiui, eod. tit.
Authen. Ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.
c. In præſentia, de probat. Tum, quia
Epiſcopi, & parochi ex monachis aſ-
ſumpti, nullatenus ſunt capaces rerũ
temporalium dominii, ſecundum om
nes. & probatur per. c. 2. de teſtam. &

Authent. Ingreſſi. C. de ſacorſ. eccleſ.
Tum, quia ſufficit epiſcopis, & aliis prę
2 latis curam gregum habentibus, habe
re adminiſtrationem rerũ eccleſiæ liberam, licet non habeant ullum earum, nec aliarum rerum dominium per ſupra dicta, monito IX. Tum quòd neq; decuriones, neq; alii adminiſtratores ciuitatis habent dominium rerum eius, & tamen ſufficienter prouidere poſſunt neceſſitati, & utilitati ciuitatis, per iuſtam illius bonorum adminiſtrationem: ſicut & tutores, & curatores ſufficienter prouident utilitati & neceſſitati pupillorum, & minorum, & eorum familiarium, etiam ſi ſint Reges ſine ullo dominio rerum eorum, uel Regni. c. Grãdi, de ſupplen. neglig. prælat. lib. 6. & per totũ tit. de tutor. & curat. & de rebus eorum. C. & ff. Tum deniq; quòd contra omnia iura, tam Pontificia quàm Cæſarea uidetur confundere dominium, cum poteſtate adminiſtrandi, & neceſſitatem habẽdi dominii, cum neceſſitate haben-

di

di adminiſtrationem: quod eſt contra iura, quæ ipſemet allegat. ſ. c. Videntes. c. Præcipimus. c. Expedit. 12. q. 1. & c. Quiſquis epiſcopus. 12. q. 2. Per quę, & alia multa ĩfra monito. XXIIII. citanda, conſtat ſolũ Chriſtum D. N. fuiſſe, & eſſe uerum omnium bonorum temporalium eccleſiaſticorũ dominum: & epiſcopos ſolum habere diſpenſationem, & adminiſtrationem eorum, non autem dominium. Nec 3
memini legere apud ullum doctum, & catholicum, præterquàm apud aduerſarium, prelatos eſſe dominos eorum, ſaltem ſtabilium, licet quo ad fructus, qui ex eis percipiuntur, res controuertatur: & ſint qui dominium earum pauperibus male tribuant; quos etiam ipſe efficaciter confutat, irreſolute tamen, & per parum pertinentia, rem confundendo, & dilatando.

SVMMARIVM.

Franciſcanos habere dominium rerum temporalium donatarum, ut illis ueſcantur & induantur, dicere eſt, quiddam inſolens. num. 1.

Seruus non eſt dominus eorum, quæ conſumit, & ueſtit: num. 2.

Monachus & ſeruus in hoc æquantur, & ut hic domino, ita ille quærit monaſterio. nu. 2.

XIIII. Moneo, quòd præfatus N. male
1 ait circa eandem materiam in d. capitulo, & eiſdem numeris, partim expreſſe, partim conſequenter, Religioſos omnes etiam Franciſcanos habere dominium panis, cum eum dentibus terunt, cum a fidelibus eis traditur, & cum in menſa eis apponitur: ueſtium item ad uitam neceſſariarum, cum eas deferunt. Quæ non uidentur dicenda, præſertim fere irridendo illos, qui cõtrarium aiunt, ut ipſe facit. Tum quia nullum cap. eſt in Decreto, Decretalibus, Sexto, nec Clementinis, quod hoc probet, nec ſignificet: nec ulla gloſſa, nec ullus claſſicus doctor, qui hoc afferat: & inſolentiæ, quoad eius fieri poteſt, cauendæ ſunt, iux. c. Cum conſuetudinis, de conſuetud. ubi gloſ. dixit, non eſſe nouitates ſine cauſa inducẽdas. arg. l. In rebus

bus.ff.de conſtit.princip. cui Io.And. addit illum Hipocrat. Aphoriſmum, Mutationes omnes periculoſæ. Tum, 2
quòd ipſemet fatetur,ſeruum non habere dominium ueſtium quotidianarum, nec aliarum rerum quas uſu cõſumit, ut neceſſarium eſt ei confiteri per. d.l. Id ueſtimentum. ff. de pecul. & l.Quod ſeruus.ff.de acquir.poſſeſſ. & certum eſt, neq; ipſe ſine religionũ chriſtianarum (quæ approbatæ ſunt) ruina negare poteſt,paupertatem,quã Chriſtus conſuluit,Mathęi.19. & quã omnes approbatarũ religionum profeſſores uouent,eſſe tantam in ſpeciali, quãta ęſt ſeruorum: imo maiorem, ut habet cõtextus cap. Exiit.§.Porrò, & §.Ad hęc,de uerb.ſig.& quòd quicquid acquirit & habet religioſus,perinde acquirit ſuo monaſterio, uel ordini ſuo,uel eccleſiæ cui præeſt,ac ſeruus domino ſuo. per c. Cum olim. & notata ibi per Innoc. ab omnibus receptum , de priuil. per c.1.18. q.1. & totam quæſt.2.Tum,ꝙ ratio diuerſita-

tis

tis, quam ipſe ſignificat eſſe inter monachum & ſeruum, nullum colorem habet, cum ait; Ideo ſeruos non eſſe dominos rerum, quas cōſumunt, quia illæ poſſunt eſſe dominorum ſuorum, & pro eis habere: religioſos tamen non habere prælatos, qui poſſunt eſſe plus domini quàm ipſi. Hæc enim ratio multa falſa, & periculoſa præſupponit. Primum, ſeruum eſſe pauperiorem religioſo in ſpeciali. Secundũ, religioſum nō habere ullum cui acquirat. Tertium, quod hæc cōſequitur, religioſum nulli acquirere, cum ſibi nō acquirat: nec ſecundum eum ſit alius, cui acquirat. Quartum, falſum eſſe illud, quod omnes catholici doctores docent, nempe, quòd quicquid acquirit monachus ordinis non mendicantis, ſuo acquirit monaſterio. c. In præſentia, cum ei annotatis, de probat. & ꝙ monachus in hoc non æquiparatur ſeruo: & alia multa, quę iſta conſequuntur, & quę religionibus approbatis incōmoda ſunt, & iniuria: quę bre

uitatis

uitatis gratia ſpeciatim non infero,& efficaciter cõfutant per ea quę legunt & notantur in. c. 2. de teſtam. & in.c. Cum olim,de priuil.& in.c. In pręſentia, de probat. & in Authent. Ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.& in.c.Non dicatis.12.q.1.& in. c. 1. 18.q.1.c. Quàm ſit & c. Abbates ead. cauſ. q.2. & nouiſſime in. d. c. Exiit. Vnde & Sotus, quem ipſe tantopere imitatur, exerte affirmat,Frãciſcanos nõ habere dominium rerũ quas comedũt, & ueſtiunt, lib.4. de Iuſt. & iur. q. 1. art.1. ſub finẽ, mõſtrans erudite ius & falcultatẽ utendi lõge generalius eſſe dominio.

SVMMARIVM.

Extrauagans Cum inter nonnullos. incaute ad hoc applicatur ab aduerſario. nu. 1.

Fratres minores de obſeruãtia ſoli,& Cappuccini hodie temporaliũ incapaces in cõmuni. nu. 2.

Vſum & facultatem utendi lege humana inuentam, aliud eſſe a lege & facultate utendi lege naturali. num. 3.

XV. Moneo,quòd pręfatus N. parum cautę inducit extrauag. Cũ inter nõnullos

nullos Io.XXII. de uerb.ſignifi. ad cõfirmanda prędicta. Tum, quia illa non damnat dicentem, Apoſtolos nihil habuiſſe poſt Apoſtolatũ in ſpeciali: ſed ſolum dicentẽ, ꝙ nec CHRISTVS, nec Apoſtoli habuerũt aliquid in ſpeciali, neq; in communi. Quę longiſſime differunt, cum ſemper licuerit religioſis ordinum non mendicantium habere bona in cõmuni, & non in ſpeciali. Imo hodie poſt cõciliũ Trident.
2 ſeſſ.25. cap.3. de regular. omnes religioſi etiam ordinum mendicantium, exceptis Franciſcanis, qui uulgo Capuccini, & de obſeruantia uocantur, poſſunt habere etiam immobilia in communi, non tamen in ſpeciali, ut in cap. 1. & 2. eiuſdem tit. cauetur. Et, ut illa extrauagans pro ipſo faceret, oportebat, ut damnaret etiam dicentem, ꝙ nihil habuerunt proprium in cõmuni, ut cuiuis erudito palam eſt. Tum, quia pręfata extrauag. non damnat dicentem, ꝙ Chriſtus, & Apoſtoli nõ habuerunt aliquid quo ad dominium,

nium,uel uſumfructū,prout hęc a iure humano accipiuntur : ſed dicerem ꝙ nullatenus habuerint, extendēdo uerbum,habere,etiam quo ad ſimplex factum naturale,iux.l. ſtipulatio iſta habere, licere. §.Hęc quoq; ff. de uerb. oblig.ibi,Habere dupliciter dicit̄,&c. quorum altero modo ſeruus dicitur habere peculium , ueſtimenta & alia, quę manibus tenet . Et religioſi etiam Franciſcani etiam ſingulatim dicūtur habere breuiaria, ueſtes , libros, & id genus alia.Imo & epiſtolas,& alias res alienas cuſtodiendas , uidendas , uel aliò exportandas : inuentas item , & habentes alias cum uoluntate domini , aut ſine illa, abſq; ullo dominio, uſufructu, uel iure utendi humana lege inuento , ſed per ſolam detentionem naturalem,quam aliqui aſininam 3
ſolent appellare, iuxta uerum intellectum. c. Exiit.§. Porro, de uerb. ſign. lib. 6.,& Clement. Exiui. §. Cupientes, eod. tit. & d. l. Stipulatio. §. Hęc quoq; ad quē reducēda eſt extrauag.

Quia

Quia quorumdã, Io. XXII. ut late demonſtrat Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Eccleſ. cap. 58. cui eo magis credẽdum eſt, ꝙ authori eius Io. XXII. fuit charior, & maioris habitus, meliuſq; nouit intentionem eius, quam teſtatur fuiſſe prędictam, & eam eſſe debuiſſe, efficaciſſime probat: ſubdẽs tamen ſuam ſententiam debitę cenſurę, ſicut & ego meam ſubmitto eidem.

SVMMARIVM.

Ridiculum eſſe dicere, Monachum non eſſe dominum eorum, quæ edit & ueſtit, male ait aduerſarius. num. 1.

XVI Moneo, ꝙ prę fatus N. non recte
1 ibidem ſignificat eſſe ridiculum dicere, ꝙ panis, quẽ monachus dẽtibus terit, nõ eſt eius, & ꝙ nõ habet in eo dominium: cum oporteat eum confiteri, panem quem dentibus terit ſeruus, non eſſe illius: nec hordeum, quod mandit equus, eſſe equi. Omitto hic alia quędam, quę non ſatis dolata tradit, confundendo uſum & ius utendi

:iure

iure humano inducta, cum uſu & facultate ac iure iuſte utendi naturali: quæ longe diſtant; cum palam ſit poſſe quem iuſte uti re aliena, & iuſte eã conſumere de uoluntate domini, ſine dominio & poſſeſſione, uſufructu & uſu iure humano inuentis: ſicut in ſtatu innocentię, ſi diu ille duraſſet, uſi fuiſſent homines iuſte iuſtitia naturali, ſine huiuſmodi iuribus iure humano inuentis. c. Quo iure. 8. diſt. c. Ius naturale. 1. diſt. l. 1. §. Ius naturale. ff. de iuſt. & iur. Quæ ſolidiſſime fundat præfatus Aluarus Pelagius, ubi ſupra lib. 2. cap. 56. 59. & 60.

SVMMARIVM.

Religioſo ab aliquo poſſe auferri uiolenter panes ei donatos, ſi non ſunt ſui, male infertur ab aduerſario. num. 1.

Bona, quæ nullius ſunt, poſſe occupari a quibuſuis, de quibus intelligendum eſt. num. 2.

XVII. Moneo, quòd præfatus N. in eod. cap. 1. partis 1. nu. 11. etiam circa eandem paupertatem, male infert,

poſſe quem uiolenter auferre a religioſo panes, quos in eleemoſynam a fidelibus datos portat ad monaſteriũ, ſi dicamus eum non eſſe dominum illorum, nec in eis habere uſumfructũ, neq; uſum: ea ratione motus, quòd ea, quæ in nullius bonis ſunt, occupantis fiunt. §. Singulorũ. Inſt. de rerum diuiſ. & l. 3. ff. de acquir. rerum dominio. Quæ illatio mala eſt, & ratio inepta. Nam datur inſtantia in ſeruo, qui nihil prædictorum iurium, nec etiã poſſeſſionem habet in rebus domini ſui, quas detinet. l. Quod ſeruus ff. de acquir. poſſeſſ. l. Id ueſtimentum. ff. de peculio. l. 1. §. Siquis uer. Quod ſeruus ff. de ui & ui armat. Qui tamen auferret eas ab eo uiolenter, eo quòd nec dominium, neq; uſumfructum, neque uſum, neq; poſſeſſionem in eis habeat ullã, male faceret, ut in d. uerſ. Quod ſeruus, probatur. Datur etiam inſtantia in depoſitario, qui nullum tale ius habet in re apud eum depoſita; tamen qui ab eo inuito eam auferret, male
faceret

faceret d.l.1.§. Quod autem. Et ſi replicetur, ſeruum nomine domini, poſſidere, & etiam depoſitarium nomine deponentis: reſponderi poteſt, etiam religioſum nomine ſui monaſterii, uel ordinis poſſidere, per c. Cum olim, & dicta Innoc. per omnes ibi recepta de priuil. Et ſi triplicetur, Verum eſſe præfatum dictum ſaltem in religioſo Franciſcano, Cappuccino, uel de obſeruantia, cuius ordo, & monaſterium ſunt incapacia bonorum etiam in cõmuni, per c. 3. de regular. concilii Trident. reſpondebitur, eum poſſidere illam nomine S. Sedis Apoſtol. cui huiuſmodi religioſi acquirunt, iuxta decret. Exiit, de uerb. ſignif. lib. 6. §. Porro. Vel ſi teneamus illam decretalem ſublatam eſſe quo ad hoc per extrauag. Quia quorundam, Io. XXII. de uerb. ſignif. reſpondebitur, quòd ſecundum illam extrauag. ordo S. Franciſci & monaſteria eius fuerunt capacia bonorum in communi, ſicut per concil. Trident. facti ſunt capaces om-

nes ordines,quàmlibet mendicantes, exceptis Frãciſcanis prędictis,per prę-fatum cap. 3. de regular. At ſi quis urgeat,ordinem & monaſteria prę fatorũ Franciſcanorum nunc non eſſe capacia: & ita nunc ſaltem quo ad prędictos Franciſcanos dicendum; eſſe uerum id quod ipſe ait, nempe illa, quę dantur eis in eleemoſynam, non fieri eorum quibus dantur,quia neq; ordinis, neq; monaſterii ſui nomine illorũ dominium, uel poſſeſſionem habere poſſunt.Ei qui ſic urſerit, reſpõdebitur, ꝙ illę res oblatę, & donatę in eleemoſynam prędictis fratribus,fiunt Sanctę Sed. Apoſt. & eas eius nomine poſſident, uel tenent: tenendo determinationem prędicti. c. Exiit, de uerb. ſignifi. §. Porro.lib. 6. eſſe reſuſcitatam per prefatum cõcilium Trid. Et ſi teneamus contrarium, dicemus teneri eas, & poſſideri ab eis nomine Dei & D.N. IESV CHRISTI, cui dominium illarum rerum per eos ſpecialiter largitione fidelium quæri-

tur,

tur; ſicut & omnium aliorum bonorum eccleſiaſticorum. Itaq; , licet deficiant alii, quibus quęrantur, non tamen deeſt Deus, cui quęruntur, & cuius ſunt bona, quę ob eius amorem, ad cultus ſui, ſuorũq; pauperũ ſuſtentationem donãtur a fidelibus, ut infra monito XXIIII. latius dicetur. Quòd uero inepta ſit ratio eius, qua in id dicendũ mouetur, uidelicet, poſſe uiolẽter auferri a monachis, uel fratribus panes, & alia eis in eleemoſynam data, ſi non eſſent eorum domini, patet: quia ratio eius eſt hęc quòd, Quę nullius hominis ſunt, occupãtis fiunt. §. Singulorum, de rerum diuis. & l. 3. ff. de acquir. rer. dominio: cuius ineptitudo ex eo apparet, quòd bona nullius duplicia ſunt. Altera, quę nullius hominis puri, nec hominum, neque Dei per diſpoſitionem humanam ſunt: qualis eſt aer, ſolis ſplẽdor, mare, lapillique in littore maris inuenti, de quibus intelliguntur iura pręcitata. Altera ſunt bona nullius,

quæ licet nullius hominis puri neque hominum ſunt, ſunt tamen Dei ſpeciali hominis cenſura, ſiue diſpoſitione quęſita: de quibus intelliguntur. §. Sacræ & §. Religioſum, Inſtit. de rerũ diuiſion. ut colligitur ex glo. recepta per omnes in d. §. ſingulorum uerb. Nullius, & in d. l. 3. ff. de acquir. rer. dominio ſup. eod. uerb. & ita licet panes quos religioſus Franciſcanus in eleemoſynam acceptos ad monaſterium portat, in nullius hominis puri bonis ſint, non tamen fiunt occupantis, & ab eo uiolenter auferẽtis: quia ſunt hominum in communi, tenendo penes ipſos Franciſcanos eſſe dominium in cõmuni, uel penes S. Sedem Apoſt. iuxta prædictum §. Porro uel penes Deum, cenſura uel diſpoſitione hominis ei applicata.

SVMMARIVM.

Dominium rerum Eccleſiæ penes quem ſit confuſe tractatum hic, & inſolenter alibi. num. 1.

XVIII. Moneo, quòd præfatus N. in

eadem

eadem prima parte cap.1.nu.15.nimis confuſe tractat, penes quem ſit dominium rerum eccleſiæ ſtabilium. Tum, 1 quia refutatis aliorum opinionibus, non exprimit ſuam ibi, neq; in cap.1. part. 4. quo remittit, ut index eius libri in uerb. Dominium, indicat. Nam ibi non tractat de dominio bonorum eccleſiæ ſtabilium, ſed de reditibus eorum: niſi uelit inſinuare id, quod infra in fin.cap.4.huius partis expreſſit, nempe, Proprietatem bonorum eccleſię eſſe eiuſdem conditionis, cuius ſunt reditus & fructus ipſorum: quod notorie falſum eſt, ut palam colligitur ex c. Sine exceptione 12.q.2. & c. Nulli de reb. eccleſ. non alienan. & aliis multis iuribus, quæ ipſemet citat, in c. 2. huius partis. Per illa enim prohibetur alienatio bonorum eccleſiæ, ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate: cũ tamen alienatio fructuum, & redituum eorum 1 paſſim fiat, & fieri poſſit abſq; illis c. Veſtra, de locat. & c. Quærelam, ne prælat. uic. ſuas. Neq; memini legere

 ullum

ullum catholicum doctorem, qui hoc dixerit ante ipſum: quin & expreſſe Dominicus Sotus, quem tantopere ipſe imitatur, longe aliud aſſerit in lib. 10. q. 4. art. 3. col. 2. in 2. & 3. concluſ. de iuſt. & iur. Verum tamen eſt, quòd in 4. parte, cap. 6. apertius euomuit ſuam ſuper hoc opinionem inſolentem, & poſt concilium Tridē. periculoſam, ut efficaciter probabitur infra monito. XXIIII.

SVMMARIVM.

Opinionum uarietate confundit ueritatem diſputandam aduerſarius. num. 1.

XIX. Moneo, prętermiſſis omnibus, quę tribus aliis capitulis primę partis tractat: quia omnia uidentur argumento libri extraria; & uideri poſſunt ad oſtētandum ingenium, & ante acta quę penes ſe diu habebat reconditā,
1 ſcribi: pręmoneo inquàm, ꝙ nimiū ſit moratus in ſui libri parte ſecunda, narrando per tota octo capitula uiginti-ſex opiniones, ſup noſtris tribus quę-

ſtionibus

ſtionibus ſupra poſitis. Tum, ꝙ exceptis tribus, aut ad ſummũ quatuor, reliquę non ſunt opiniones ſeparatę, ſed concluſiones appendices, & corollaria illarũ in cõtrouerſiam ſpecialioribus rationibus uocata. Tum, quia tot opinionum propoſitio retrahit lectorem ab intendẽdo animo in huius rei ueritatem, & intendentem ualde confundit: quod alienum ab eo qui uult eam recte docere oportet eſſe. arg. c. Oportet. 8. q. 1. & c. Sit rector. 43. diſt.

SVMMARIVM.

Sacrorum ſpecies tres, & rerum ſacrarum quatuor. num. 1.

S. Thomas ſapientiæ, & ſanctitatis pelagus, dux cum primis authoris. num. 2.

Bonorum eccleſiaſticorum, quædam principaliter deputata miniſtris; quædam alijs pijs. nu. 3.

Bona eccleſiaſtica iterum duplicis generis. nu. 4.

XX. Moneo, ꝙ tres ſunt ſpecies ſacrorũ, ſcilicet perſonæ ſacrę, loca ſacra, & res ſacrę: & quatuor ſpecies rerũ ſacrarũ. Prima, Sacramẽtorũ. Secũda, uaſorũ ea cõtinentiũ. Tertia, ornamentorũ miniſtrorum,

miniſtrorũ. Quarta bonorũ ad prædi-
cta ſuſtentanda deputatorum, ſecun-
dum Tho. 2. ſec. q. 99. art. 3. Addo
etiam, quòd in pręfato libello reſpon-
ſurus ad primam de tribus quæſtioni-
bus, ſupra monito primo nu. 8. propo-
2 ſitis, præmiſi ex eod. Thoma Aquina-
te, ſapientiæ ſanctitatiſq; pelago, no-
ſtro cum primis duce, atque patrono,
Quodlib. 6. art. 12. & 2. ſec. q. 185.
art. 4. bona eccleſiaſtica quæ ſunt prę-
fatæ quartæ ſpeciei ſacrorum eſſe du-
plicis generis. Quædam principaliter
3 applicata eccleſiæ miniſtris, & minus
principaliter pauperibus, operibuſq;
piis: Altera applicata principaliter ec-
cleſiis, pauperibus, aliiſue operibus
piis, & ſecundario miniſtris, qualia
ſunt bona hoſpitalium, & fabricarum
eccleſiarum; de quibus Clemen. Quia
cõtingit. §. Vt autem, de relig. domib.
innouato in concilio Trident. ſeſſ. 7.
cap. 19. & ſeſſ. 25. c. 8. de reformat.
modo in titulos beneficiarios nõ cõ-
ferantur. Nam cum in eos cõferuntur
fiunt

ſiunt primi generis arg. gloſ. receptę. Clem. Per litteras, de pręb. uerb. Prouideri. Quibus addidimus, quòd horum omnium bonorum, quę omnia ſunt ſacra, quartę ſpeciei rerum ſacrarum, ut trad. ipſemet Tho. in d. q. 99. art. 3. duo ſunt genera, ut infra in monito XX. dicemus. Primi generis ſunt immobilia, & mobilia quęſita beneficiis, & hoſpitalibus, & aliis piis locis, antequàm beneficiariis, & miniſtris conferantur: de quibus totus titulus de reb. eccleſ. non alien. & 12. q. 1. & l. Lex quæ tutores. C. de adminiſt. tutor. Secundi generis ſunt reditus illorum annui, de quibus c. Veſtra, de locat. & c. 2. Ne pręlati uices ſuas.

SVMMARIVM.

Clerici tria genera bonorum habent, ſcilicet, Patrimonialia eccleſiaſtica, & quaſi patrimonialia. num. 1.

Quantum ea differant. num. 2.

XXI. Moneo, etiam nos in loco proxime citato præmiſiſſe, quòd clerici

ſęculares

1 ſæculares beneficiarii tria genera bonorum poſſunt habere, puta, patrimonialia, quaſi patrimonialia, & eccleſiaſtica. Patrimonialia ſunt, quæ per ſucceſſionem, aut per ſuã induſtriam & alias artes; aut per donationes, & ultimas uoluntates, & alios cõtractus, eo modo quo laici, ſibi quęrunt, iuxta c. Epiſcopus. 12. q. 1. c. Cũ dilectus, de iure patronat. c. Manifeſta. & c. Sint manifeſtę. 12. q. 1. Alia quaſi patrimonialia, quæ diffiniri poſſunt, eſſe bona quæſita ratione clericalis ordinis uel officii, alia ratione, quàm iuris ſpiritualis percipiendi reditus eccleſiaſticos, quatenus ſunt eccleſiaſtici: qualia ſunt ea, quę clerici lucrifaciũt ſacrificando, & agẽdo capellanos, uicarios tẽporarios, prędicatores, confeſſarios, aut alios ſpirituales actus exercendo: de qbus Innoc. & Hoſt. in d. c. Quia nos. & Panor. in c. Cum in officiis, de teſtam. & uterq; Card. in ſumma. 12. q. 5. & Peruſ. in rub. de teſtam. col. 30. Alia ſunt eccleſiaſtica, quæ diffiniri

poſſunt,

poſſunt, eſſe bona deputata ad ſuſtentanda ſacra, ex mente Tho. in 2. ſec. q. 99. art. 3. ubi ait, omnia illa eſſe, ut prædictum eſt, ſacra quartæ ſpeciei rerum ſacrarum: & ſunt duplicis generis. Altera ſunt ſtabilia, ſeu immobilia; 1
& mobilia, quæ non ſunt annui reditus, ſed bona, unde illi redeunt. Altera ſunt ipſi reditus eorum, quibus fit illa ſuſtentatio; inter quę magna dif- 2
ferentia eſt, ut dicemus infra monito. XXIIII. & ſequen.

SVMMARIVM.

Bona patrimonialia clericorum æque libera eſſe illis ac ſua laicis. num. 1.

Bona quæſita eccleſiis, antequàm conferantur beneficiariis, non ſunt eorum diſpoſitioni ſubiecta. num. 2.

Et idem de bonis principalius ad ſuſtentanda pia, quàm miniſtris deputatis, niſi, &c. nu. 2.

Bona quaſi patrimonialia annumeranda potius patrimonialibus quàm eccleſiaſticis. num. 3.

Etiam quæſita per actus eccleſiaſticos, ad quos beneficia obligant. num. 3.

XXII. Moneo, me ibidē etiā pręmiſiſſe, quòd

quòd inter omnes, nemine diſcrepante, conuenit, non eſſe queſtioni noſtrę locum, in reditibus bonorum patrimonialium clericorum ſecularium beneficiariorum, eo quòd certum eſt, eos
1 poſſe diſponere de illis, perinde ac laici de ſuis c. Epiſcopi. 12. q. 1. & c. Quia nos, de teſtam. c. Fixum. 12. q. 5. Inter omnes etiam conuenit, queſtioni præfatę non eſſe locum, in bonis eccleſiaſticis primi generis, ſcilicet ſtabilibus, ſeu immobilibus, & mobilibus, quę nõ ſunt reditus, ſed quę inuenimus queſita, & applicata noſtris beneficiis, quando ea nobis conferuntur. Quoniam palam eſt nos pec-
2 care mortaliter, obligarique ad reſtituendum, ſi ea ſine cauſa, & ſolemnitate debita alienauerimus c. Sine exceptione 12. q. 2. & per totam queſt. & per totum titulum de reb. eccleſ. non alien. Inter omnes etiam conuenit, nõ eſſe eis locum in reditibus bonorum deputatorum principalius in hoſpitalia, & alia opera pia. d. Clemẽ. Quia

contingit,

contingit, de relig. domib. renouata per concil. Trid. ubi ſupra, niſi per ſtatuta fundationis, aut erectionis eorũ, aut iuſtam cõſuetudinem deberent in titulos beneficiarios conferri. Quod dicimus propter præfatã gloſ. Clem. Per litteras, de præb. in uerb. prouideri: quatenus inſinuat, hoſpitale, quod in titulum beneficialem cõfertur, eſſe beneficium eccleſiaſticum: & conſequenter eum cui confertur ante omnia eſſe de illius bonis alendum, iuxta text. ſing. c. De his, de eccleſ. ædific. Quoniã palam eſt, peccare eũ qui de huiuſmodi reditibus deſtinatis principalius ad ſuſtendandum pauperes, uel ad alia opera pia, quàm miniſtros, cum nõ dantur in titulum beneficialem notabilem quantitatem in uſus ſiue bonos, ſiue malos, alios ab his, in quos deputata fuerunt, impendit: obligatumq; eſſe iuxta ſentẽtiam omnium doctorum ad reſtituendũ per d. Clem. Quia contingit. §. Vt autem, de relig. domib. & manifeſtius in concil.

Trident.

Trident. ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat. & facit l. 1. & l. Legatam. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. Dubium autem eſt, an ſit locus in bonis quaſi patrimonialibus, quę ſupra diffiniuimus: quia Innoc. in d. c. Quia nos, de te-
3 ſtam. & in c. Quoniã, ne prælati uic. ſuas. ea exæquat reditibus eccleſiaſticis, qui redeunt ex bonis beneficiorũ. Nobis tamen iuſtius uidetur ęquare illa bonis patrimonialibus. Tum, quia hæc eſt frequentior ſententia, quam tenet Cyn. in Auth. Licentiam. C. de epiſcop. & cleric. & Panor. in c. Cum eſſes, nu. 26. & in c. Cum in officiis, de teſtam. quẽ ſequitur uterq; Card. in ſumma. 12. q. 5. & Peruſ. in rub. de teſtam. col. 31. Tum, quia illa quæruntur eis ut merces quędam, & compenſatio laborũ, & eorum quę per alios actus, quos poſſent facere tempore, quo illos eccleſiaſticos faciunt, ſibi acquirere poſſunt; ut ait Innoc. in d. c. Quoniam, ne præl. uic. ſuas. & ita conferuntur ſine onere il-

lo

lo expreſſo aut tacito diſtribuendi ſuperflua pauperibus; quod onus bona eccleſiaſtica habent, ut infra XXVIIII. monito dicetur. Quod etiam procedit in illis, quę quærũtur per eos actus, ad quos eos ſua beneficia obligant; quale eſt illud, quod curio, ſeu curatus adminiſtrando ſacramenta ſuis parochianis lucrifacit: quale item id quod quærit beneficiarius cuiuſpiam loci, ex eo quod aliquis reliquit certi uel incerti numeri miſſas beneficiario illius loci; quales ſunt, quas Hiſpani uocant trentenarios, quàmuis eius perſonam minime noſſet; licet Archiepiſcopus Panormitanus cõtra ſenſerit in. c. Cum in officiis. nu. 8. de teſtam. & licet id expreſſe probarint Card. S. Sixti, & Card. Alexand. in ſumma. 12. q. 5. ſed non iuſte. Tum, quia diffinitio bonorum quaſi patrimonialium ſupra poſita, æque conuenit eis ac aliis quæſitis per actus, ad quos ſua beneficia uel officia nó obligant eos. Tum, quia non lucrifaciunt

eos de bonis ſuorum beneficiorum, quibus ineſt onus ſupradictũ dãdi ea, quæ ſuperſunt pauperibus; de quo in dicto monit. XXVIII. late dicetur. Eius deniq; conditionis, eadem uel maiori ratione erit omne id, quod beneficiarii ſuo labore perſonaliq; opera, etiam ſpiritualibus impenſis, uel eorum intuitu lucrantur ex aliis quàm de ſuorum beneficiorum bonis, ut affirmauit Barbat. in. q. 3. primæ part. de præſt. Card. col. penul. ea ratione, quòd id in ſtipẽdium laboris eorũ datur. Quæ tamen ratio parum firma eſt, eo ꝙ etiã omnes alii reditus ob eam cauſam eis tribuuntur. Beneficiũ enim datur propter officium. c. fin. de reſcrip. lib. 6. & reditus eius ſunt ſtipendium, iuxta glo. l. Stipendia. C. de exec. rei iud. & tex. in c. Si officia. 59. diſt. & c. Quid proderit. 61. diſt. Ratio uero firma eſt, quia id tribuitur eis ſine onere ullo expreſſo, aut tacito dandi ſuperflua pauperibus: quod tamen habent omnia beneficiorũ bona, ut in d.

libello

libello probatũ fuit, ead. q. nu. 17. & ſeq. & probabit infra monito XXVIII. Eſt igitur huic quæſtioni locus in reditibus, & fructibus bonorum, & iurium principaliter ad beneficiariorum ſuſtentationem, & minus principaliter ad pauperum, & piorum operum ſubuentionem deputatorum, nõ dum quæſitis tempore, quo illis beneficia conferuntur.

SVMMARIVM.

Cardinalatus eſt beneficium eccleſiaſticum. nu. 1.

Papatus eſt beneficium eccleſiaſticum: nu. 1.

Bona ex penſionibus quæſita, an cenſeantur patrimonialia uel eccleſiaſtica. num. 2.

Bona quæſita ex penſionibus temporarijs, quæ in ſubſidium impenſarum dantur Cardinalibus a Papa cenſentur patrimonialia. num. 2.

Bona, ut cenſeantur eccleſiaſtica, non ſufficit ut dentur eccleſiaſticis ab eccleſiaſticis, de bonis eccleſiaſticis. num. 3.

Reditus tituli Cardinalatus, ſunt bona eccleſiaſtica. num. 4.

Bona quæſita ratione actuũ eccleſiaſticorum etiã de reditibus eccleſiaſticis alia ratione quàm iuris perpetui percipiendi reditus eccleſiaſticos, non cenſentur bona eccleſiaſtica. num. 5.

XXIII. Moneo, ex dictis in monito p̄ximo inferri ſolutionē quęſtionis mihi propoſitæ a quodā magni nominis, pietatis & eruditionis Illuſtriſs. Cardinali, multis nominibus mihi maxime ſuſpiciēdo, uidelicet, An quęſita ex ſtipēdiis quę dātur a S. Sede Apoſtolica aliquot Cardinalibus in ſubſidiū expenſarū, quò ſe decentius ſuſtentent, ſint cenſenda bona patrimonialia libera, an eccleſiaſtica, oneri de quo in monito. XXVIII loquemur, ſubiecta. Ad cenſendū enim ꝙ ſunt eccleſiaſtica, facit primo, ꝙ ea tribuūtur a perſona eccleſiaſtica, ſcilicet, Papa, & de reditibus bonorū eccleſiaſticorū ipſius Papatus, & pſonis eccleſiaſticis, uidelicet
1 Cardinalibus. Secundo, ꝙ Cardinalatus eſt beneficiū eccleſiaſticū: q̄a conuenit ei tota diffinitio beneficii eccleſiaſtici, quam nos exquiſite declarauimus in rub. de pręb. & ſummatim repetemus infra monito. ſeq. & efficaciter probatur per. c. 2. de cler. non reſiden. quatenus habet, Cardinalē quēdā priuatum

uatũ fuiſſe a Synodo ſuo titulo Cardinalatus, eo ꝗ nõ reſidebat; & glo. ibi, & clarius Panor. ſub fin. aiũt, priuationẽ illã nõ fuiſſe ab officio, ſed a dignitate & beneficio. Quod ipſum ſentit idem Panor. in. c. Bonę, primo de poſt. prǽl. & in c. Eccleſia ueſtra, de elect. dum poſt Hoſt. & alios tractat, An Cardinalatus, & epiſcopatus ſint beneficia impatibilia, & an cadãt ſub. c. De multa, de prǽb. & expreſſe determinãt moderni in tract. de benefic. par. 1. q. 2. Sicut & Papatus dicit̃ beneficiũ per tex. ſing. in c. 1. de maled. Et cũ prǽd. ſtipendia dent̃ ratione Cardinalatuũ uident̃ eſſe reditus beneficiorũ. Ad hęc, ꝗ quæſita ex pẽſionibus, quę de more ſuꝑ beneciis eccleſiaſticis Papa cõſtituit, cẽſentur eccleſiaſtica, ut ĩfra monit. LXXX trademus. Sed uerius uidetur contrarium, ſcilicet, ea eſſe cenſenda patrimonialia, uel quaſi, & conſequenter ab onere prędicto libera. Tum, quia 2
omnia quaſi patrimonialia ſunt huiuſmodi, ut in monito proximo dictum

 eſt,

eſt, & præfata quæſita per præfata Cardinalium ſtipẽdia ſunt quaſi patrimonialia; quippe quibus conuenit diffinitio bonorum quaſi patrimonialiũ in monito proximo poſita: quia ſunt bona quæſita ratione actuũ pertinentium ad perſonas eccleſiaſticas, ea ratione, qua eccleſiaſticę ſunt, & non ratione iuris percipiendi reditus bonorum eccleſiaſticorum. Tum, quia nil
3 obſtat primum argumentum in oppoſitum factum, ſcilicet, ꝙ tribuuntur a perſona eccleſiaſtica perſonis eccleſiaſticis, & de bonis eccleſiaſticis: quia id non ſufficit, ut aliqua bona dicantur eccleſiaſtica. Nam etiam mercedes & ſalaria, quæ dantur ab eccleſiis, & ab eccleſiaſticis perſonis, ſyndicis, procuratoribus, famulis earum; clericis eis inſeruiẽtibus, cantoribus, architectis, latomis, pictoribus, & aliis id genus operariis eccleſiaſticis, tribuuntur a perſonis eccleſiaſticis, & perſonis eccleſiaſticis, & de bonis eccleſiaſticis; & tamen non ſunt bona eccleſiaſtica.

Tum

Tum, quia nihil obſtat etiam ſecundum, ſcilicet, quòd Cardinalatus eſt beneficium: quia prædicta ſtipendia, quæ ſubſidia impẽſarum uulgo dicuntur, non debentur ratione tituli Cardinalatus, & eo ꝙ Cardinalatus ſit beneficium, quia non cuilibet Cardinali dantur, ſed ſolum illis, quibus Papa uult conferre: & ideo licet reditus, qui Cardinali debentur ratione tituli ſui, dicantur bona eccleſiaſtica, ſalaria tamen & ſubſidia impenſarum, quæ aliquando Cardinalibus tribuuntur alia ratione quàm ſui tituli, non ſunt beneficia eccleſiaſtica. Tum, quia nil obſtat etiam, ꝙ tribuuntur ratione actuũ eccleſiaſticorum, & eccleſiaſticis perſonis propriorum: quia nec hoc ſufficit, ut dicantur bona eccleſiaſtica. Nã etiam ea, quæ dantur clericis ratione precum, & orationum, ratione cõcionum, confeſſionum, adminiſtrationis ſacramentorum, & aliorum huiuſmodi actuum, tribuuntur ratione actuum eccleſiaſticorum, quæ tamen ſecundũ

4

5

receptam ſententiam, nō dicuntur bona eccleſiaſtica, quę ſunt res ſacrę, ſaltem quartę ſpeciei, ut in monit. pręced. dictum eſt; hoc eſt, res deputatę ad ſuſtentandum miniſtros eccleſię & pauperes, quę ſunt primi generis quartæ ſpeciei rerum ſacrarum, & reditus earum, quę ſunt ſecundi generis quartę ſpeciei earundem. Ad hoc enim, ut aliqua bona dicantur eccleſiaſtica, & ſacra oneri pręfato ſubiecta, oportet quod ſint deputata ad ſuſtentandum ſacra, uel reditus eorum, qua ratione ſunt reditus eorum: & non ſufficit ꝙ percipiatur alia ratione, puta, eleemoſynę, uel ſalarii, uel ſtipendii iuſti, uel remunerationis, uel alia huiuſmodi, quę non ſit ius ſpirituale illos percipiendi perpetuum, in ſe ſoli eccleſiaſticę perſonę cōferibile, ut ex duobus monitis ſupra proximis colligitur; quale non ſunt ſtipendia pręfata, nec alię penſiones, quę dantur laicis, uel clericis ratione aliquorum obſequiorum præſtitorum, uel pręſtandorum,

rum. Tum denique, quòd ſtipendium, ſeu ſubſidium impēſarum, quod Papa tribuit alicui epiſcopo, quem aliquò legat, non eſt annumerandum bonis eccleſiaſticis, ſiue ſacris quartæ ſpeciei, ſupra monit. proximo diffinitis.

SVMMARIVM.

Bonorum eccleſiaſticorum uerum dominum eſſe Chriſtum Deum irrefragabiliter tenendū. nu. 1.

Opinio communis, in quām conſenſus omnium catholicorum concurrit, periculoſe in materia fidei, & morum relinquitur. num. 2.

Authoritas ſummorum Pontificum neceſſario obſeruanda. num. 3.

Bona omnia ſacra ſunt Dei, & omnia ſacrorum ſuſtentationi deputata ſunt ſacra; & qui ea furatur, aut rapit, ſacrilegus. num 4.

Bona cur, & quo ſenſu dicuntur nullius, cum ſint Dei. num. 5.

Papa non eſt uerus rerum eccleſiæ dominus, & conſequenter nec alius prælatus: & ratio quare aliquando eas alienant. nu. 6. & nu. 10.

Procurator Cæſaris bona eius non alienat, niſi &c. num. 7.

Bona eccleſiaſtica ſunt Dei, quo ad uerum dominium; eccleſiæ & prælatorum, quo ad adminiſtrationem; pauperum & piorum, quo ad ſuſtentationem. num. 8. & 11.

Bona

Bona omnia eccleſiæ ſacra, licet conſecrata benedictione alijs ſacratiora, & quo ſenſu aliqua non ſint in hominum commertio, num. 9.

Beneſitiarios non eſſe uſuarios, nec uſufructuarios, ſed maiore facultate quàm illi, & minore quàm hi. num. 12.

Bona donata Deo, fieri eius iure naturali, perinde ac alterius donata illi. num. 13.

Bona Eccleſiaſtica eſſe Dei, & non ullius hominis Concilio Tridentino diffinitum. nu. 14.

XXIIII. Moneo, ꝙ præfatus N. non ſolum nimis confuſe tractat in prima ſui libri parte, cap. 1. nu. 15. penes quem ſit dominium rerum eccleſiaſticarum, ut diximus ſupra monito XVIII. Sed etiam noue ac falſe affirmat in 4. pat. cap. 6. ꝙ non ſolum redituum bonorum eccleſiaſticorum, ſed eorundem etiam ſtabilium ſiue immobilium, uerum dominiũ eſt penes beneficiarios. Quæ falſa & inſolens concluſio eſt: quia imo eſt ſolius Dei & D. N. IE-
1 SV CHRISTI. Quod irrefragabiliter eſſe tenendum probo. Primo, ꝙ communis opinio id habet: & nemo catholicorum, quos ego legerim, uſq;

ad

ad præfatum N. affirmauit, dominium ſaltem ſtabilium ſiue immobilium, & mobilium eccleſię uſibus deputatorũ, eſſe penes beneficiarios & ab opinione communi, in quam præſertim omnium doctorum catholicorum cõſenſus concurrit, non eſt recedendum. c. De quibus. 20. diſt. & doctrina ſolemnis Io. And. in. c. 1. de conſti. Imo in materia morum & fidei, qualis eſt iſta, non poteſt id ſine periculo fieri, 2
iuxta text. Irrefragabiles, in. c. Eccleſiaſticarum, & c. In his. 11. diſt. quod multis & ualidis rationibus confirmat Alfonſ. Caſtrenſis in lib. 1. cap. 5. cõ- 3
tra omnes hæreſes. Secundo, ꝙ ſummi Pontifices, quorum authoritas eſt irrefrabilis. c. ſi Romanos. 19. dict. c. Hęc eſt fides. 24. q. 1. aſſerunt, illa eſſe patrimonium Chriſti, in. c. Cum ſecundum, de præb. & in c. Cum ex eo, de elect. lib. 6. eſſeq; pecunias CHRISTI c. 1. 12. q. 2. Tertio, quòd omnia ſacra 4
ſunt ſolius Dei. l. Inter ſtipulantem. §. Sacra, de uerb. oblig. §. Nullius, &

§. Sacrę. Inſtitut. de rerum diuiſio-
ne. At omnia bona eccleſiaſtica ſunt
ſacra quartę ſpeciei ſacrorum, ſecun-
dum Thomam receptum in. 2. ſec.
q. 99. art. 3. quod etiam fatetur ip-
ſemet N. in quarta parte ſui libri cap.
5. col. penul. & probatur efficaciter;
eo quòd, qui ea furatur, aut rapit, di-
citur ſacrilegus. c. Prædia. & c. Qui
5 abſtulerit & c. Nulli. 12. q. 2. Proba-
tur item, eo quòd ratio cur bona ſa-
cra dicuntur eſſe nullius, eſt; quia ſo-
lius Dei ſunt. d. §. Nullius, Inſtit. de
rer. diuiſ. Non quidem ita nullius, ut
occupantis fiant. iuxta. l. 3. in princip.
ff. de acquir. rerum domin. ſed ita, ut
nullius hominis puri, uel hominum
ſint, ſed Dei tantum, & D. N. IESV
CHRISTI, non quidem eo ſolo no
mine, quo omnia ſunt eius; iuxta il-
lud, Domini eſt terra, & plenitudo
eius. pſal. 23. & c. Quo iure. 8. diſt.
ſed etiam eo quòd nemo alius eſt do
minus eorum, & ſpeciali hominis uel
hominum cenſura, ſiue diſpoſitione,
ſunt

ſunt ei dicata, donata, uel alias quę-
ſita, ut gloſſę receptę dixerunt in d.§.
Nullius, & in d. l. 3. Quarto, quòd ra
tio quare nulli pręlati, etiam Papa, 6
poſſunt ſine cauſa iuſta ſtabilia alie-
nare, eſt; quia ſolus CHRISTVS,
& nemo alius, eſt uerus dominus eo-
rum. Et nemini facta eſt a CHRI-
STO facultas aliter alienandi ea, iux-
ta. c. Nulli, de reb. eccleſ. non alien.
& c. Non liceat Papę. 12. q. 2. Quinto,
quòd ratio, propter quam cum iu-
ſta cauſa id facere poſſunt per eadem
iura, eſt; quia ſunt procuratores, &
adminiſtratores conſtituti ab eo ad
adminiſtrandum ea, ſecundum men-
tem, & intentionem eius, immedia-
te, uel mediate. Immediate qui-
dem, ut Papa, & eccleſia uniuerſa-
lis: mediate, ut alii pręlati, & bene-
ficiarii miniſterio Papę, uel eccleſię
uniuerſę, conſtituti immediate, uel
mediate: quia cauſa iuſta interuenien
te, uidetur ipſe Dominus IESVS
conſentire, & res agi iuxta mentem
eiuſdem.

7 eiuſdem. Sicut & procurator Cæſaris, ſine ipſius conſenſu, & mente, res eius alienare non poteſt, & cum eo poteſt. l.1.ff.de offic.procur. Cæſar.& l.Idem Iulianus. §.Conſtat, ff.de leg.1. & cum iuſta cauſa id faciendi contingit, uidetur Cæſar id uelle, per eaſdē.ll. Sexto, quòd id concludit declaratio uera illius dicti Caietani 2.ſec.q.3 art.8. uidelicet. Idem eſſe dicere, bona eccleſiaſtica eſſe Dei, CHRISTI uel eccleſiæ: declarandum enim eſt, uerum eſſe, quo ad adminiſtrationem; non
8 autem quo ad dominium. Nam uerū dominium eorū, eſt apud ſolum Chriſtum, ſiue Deum, non autē apud alios prælatos & beneficiarios, etiam Papam, ut ipſemet Caiet. ibidē affirmat, & paulo poſt dicetur. Apud Papam uero, & Eccleſiam uniuerſalem, uniuerſale miniſterium, & uniuerſalis adminiſtrādi poteſtas eis immediate a Deo data: quæ miniſterio Papæ, uel eccleſiæ uniuerſalis diſtribuitur aliis prælatis, & eccleſiis particularibus, inſti-

tuendo

tuendo per ſe, uel per alios uaria iura percipiendi illos, aut illos reditus eccleſiaſticos, illorum aut illorum locorum, diœceſum, parochiarum & prædiorum, &c. & conferendo illa canonice: quę iura, canones uocant beneficia eccleſiaſtica, ſiue ſacerdotia. Quod nos in rub. de pręb. exactius quàm alii ſcripſimus diffiniendo poſt Cald. in c. Poſtulaſti, de reſcrip. & Anchar. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & alios ibi citatos, Beneficium eccleſiaſticum eſſe ius ſpirituale conſequenter percipiendi aliquos reditus eccleſiaſticos, conferibile tantum a perſona eccleſiaſtica perſonę eccleſiaſticę, perpetuum in ſe, ſaltem quo ad accipientem. per canones, doctrinas, & iura ibi late citata. Septimo, ꝙ non obſtat prędictis argumentum N. ſcilicet, Quòd bona eccleſiaſtica, quę nõ ſunt conſecrata ſpeciali benedictione, ſunt in hominum commertio: quia uendi & emi poſſunt pręfato. c. Sine exceptione. & pręf. c. Nulli. licet alia quę

ſpeciali

ſpeciali benedictione conſecrantur; ueluti ſacra uaſa, ſacræ ueſtes ſint extra præfatum commertium, iuxta regulam, Semel Deo dicatum, de reg. iur. lib.6. & l.Inter ſtipulantem.§. Sacram. ff. de uerb. oblig. Non, inquam, hoc obſtat. Tum, quia omnia bona eccleſiaſtica ſunt ſacra, ut prędictum eſt, ſaltem quartæ ſpeciei ſacrorum, etiam ipſomet N. confitente, licet non æqualiter ſacra: quia non omnia ſunt conſecrata benedictione ſpeciali, de quibus agit titul. de conſec.eccleſ.uel altar.& c.Eccleſiis, cum multis aliis, de conſec. diſt. 1. Tum, quia non ſolum in hominum commertio, ut alia profana, ſed ita ut ſolum ex cauſa iuſta, & cum ſolemnitate interueniente, & non alias, debeant in commertium uenire, per præfata iura, ſicut & bona Cæſaris, quæ extra commertium dicuntur. l. Idem Iulianus. §. Conſtat. ff. de legat. 1. poſſunt commutari de illius conſenſu, ut ibidem; & in l. 1. ff. de offic. proc. Cęſar dicitur: ita & bona
CHRISTI

CHRISTI, ſacra quartæ ſpeciei ſacrorum, extra cõmertium quidẽ ſunt ſimpliciter, ſed ita, ꝙ de ipſius conſenſu cõmutari poſſunt: qui conſenſus interuenire creditur, eo ipſo, ꝙ adeſt cauſa iuſta id faciendi, arg. c. Aurum habet eccleſia. c. Gloria epiſcopi. 12. q. 2. Tum, quia eius argumentum ſolum probat, ꝙ conſecrata per aliquam benedictionem, ſunt ſacratiora, & ſpecialiori ratione Dei, quàm alia ſacra, non conſecrata per aliquam benedictionem; ſed non probat, ꝙ hæc non ſint ſacra, neq; ꝙ nõ ſunt eius ſpeciali ratione. Quia ex eo ꝙ aliquid ſit ſacratius, uel ſpecialius, ſeu magis ſpecialiter alicuius, non conſequitur, ꝙ aliud, quod nõ eſt tam ſpecialiter eius & tam ſacrum, nõ ſit ſacrum, neq; ſpecialiter eiuſdem: quia datur ſacrato ſacratius, ſicut bono melius. l. ubi autem non apparet. ff. de uerb. oblig. & patet in Rege, qui aliqua habet bona, quæ ſunt ipſius, quo ad directum & utile dominium; & alia, quæ ſunt eius,

F quoad

quo ad directum dominium tantum. Hæc enim ſpecialiter pertinẽt ad eum, licet illa pertineãt ſpecialius. arg. c. 1. de feud. c. Cæterum, de Iudic. & omnium, quæ in lib. feudorum leguntur, & notantur.
10 Octauo, quòd neque ipſe Papa eſt uerus dominus bonorum eccleſiaſticorum, per tex. in hoc optimum in. c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. ubi de hoc latius ſcribimus. Per quod ibi ſentit idem Archid. communiter receptus, & Panor. in. d. c. Conſtitutus. Immo & Turrecrem. in. c. Videntes. 12. q. 1. & Caiet. in 2. ſec. præfata q. 43. art. 8. Inferens ex hoc unam grauem concluſionem, quę apud eum uideri poteſt, quod ipſum ait aduerſarius part. 1. cap. 1. nu. 22. cum aliis multis, quos refert, & ſequitur Dec. in. d. c. Conſtitutus. & in. c. Epiſcopus, de præb. Si ergo Papa nõ eſt dominus, a fortiori nullus alius a CHRISTO erit. ergo ſolus ipſe CHRISTVS eſt dominus uerus eorum.
11 Nono, ꝙ ipſiſſima huius rei ueritas eſt illa, quæ

colligitur

colligitur ex dictis Innoc. frequentius recepti in c. Cum ſuper, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & efficaciter probatur per Panor. relatis aliis opinionibus in c. Cum eſſes, de teſtam. nu. 29. & aliis locis citatis per Decium in d. c. Conſtitutus, de reſcript. nu. 5. Ex quibus omnibus colligitur, inquam, ipſiſſima ueritas, uidelicet, ꝙ iura quæ habent, illa eſſe CHRISTI uel Dei, intelligēda ſunt quo ad uerum & perfectum dominium: & illa, quæ inſinuant eſſe eccleſiæ, prælatorum, aut beneficiariorum; intelligenda ſunt quo ad gubernationem, uel adminiſtrationem illorum. Et ea, quæ habent illa eſſe pauperum, eccleſiarum, uel operum piorum, intelligēda ſunt quo ad eorum ſuſtentationem: ita ꝙ uerus, & perfectus dominus eſt IESVS CHRISTVS. Gubernatores autem inſtar procuratorum, & tutorum cum facultate ſe de illis alendi beneficiarii. Pauperes uero eccleſiæ & opera pia, creditores quidam quorum ſuſtentationi eorum

reditus deductis oneribus debentur.
12 Decimo, quòd uera & recepta eſt illa ſententia, quę habet, aliquot doctores male uocare beneficiarios uſurarios: male item alios uocare eoſdem uſufructuarios, ut tangit glo. ſingul. ubi late Panor. & Andre. Sicul. in c. fin. de pecul. cleric. eo ꝙ maior eſt eis facultas, quàm uſurariis: quoniam ipſi poſſunt in ſuos, & alios pios uſus de omnibus reditibus beneficiorum diſponere; cum tamen uſuarii, qui ex re, in qua uſum habẽt, nihil capere poſſunt, præterquàm in ſolum uſum quotidianum. Inſt. de uſu & habit. in princip. & minor quàm uſufructuariis: quia illi poſſunt donare, & relinquere in uita & in morte licite ſuos fructus, quibuſcũq; uoluerint. Inſt. de uſufruct. in princ. & melius. inſt. de uſu, & habit. §. 1. ſine ullo paupertatis aut pietatis intuitu, ob ſolam amicitiam, cognationem, aut liberalitatem, beneficiarii uero minime. Quòd palam declarat poſt alios cõcil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.

reformat. in hæc uerba. Omnino uerò eis (ſcilicet epiſcopis) interdicitur, ne ex reditibus eccleſiæ conſanguineos familiareſue ſuos augere ſtudeant: cũ & Apoſtolorum canones prohibeãt, ne res eccleſiaſticas, quę Dei ſunt, cõſanguineis donẽt; ſed ſi pauperes ſint, his ut pauperibus diſtribuant. & paulo inferius. Quę uero de epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolum in quibuſcũq; beneficia eccleſiaſtica, tam ſæcularia, quàm regularia obtinẽtibus pro gradus ſui conditione obſeruari, ſed etiã ad S. Rom. eccleſię Card. pertinere decernit. Vndecimo, irrefragabiliter ꝓbatur, ea ratione, ꝙ donata & relicta legitime ab eorũ dominis, fiũt eorũ, quibus dantur, aut relinquuntur. l. Traditionibus. C. de pact. §. Per traditionẽ. Inſt. de rer. diuiſ. At bona oĩa eccleſiaſtica ſunt legitime ab his, quorũ erant, donata, oblata, uel relicta Deo uel CHRISTO, uel eius intuitu & nomine, eccleſiis, uel miniſtris eius tanq̃ eius uicariis, ꝓcuratoribus, uel diſpẽ- 13

 ſatoribus,

ſatoribus, mediatis uel immediatis, quod idem eſt, arg. l. ſi procurator.ff. de acquir. rer. domin. ergo facta ſunt eius.Imo cum priuilegio,per quod ante quæſitam poſſeſſionem, etiam quo ad dominium,quæruntur. l. fin. C.de ſacroſ.eccleſ. Ergo ſunt eius, & quidẽ iure diuino, & naturali, præſuppoſito rerum dominio iure gentium introducto. c. Ius gẽtium.1.diſt. Duodecimo tandem,quòd expreſſe concilium Trident. in loco præcitato per illa uerba
14 proxime relata, (Quæ ſunt Dei) diffinit, omnes eccleſiæ res eſſe Dei: & ita iam non uidetur licere cõtrarium tenere,neq; opinari.arg. c.Maiores. 24. q. 1. & ita opinio communis uidetur eſſe iam facta de fide neceſſario credenda: & conſequenter non debuit incaute N. contra determinationem eccleſiæ adeo claram,affirmare;uerum dominium illorum eſſe clericorum. Quod,ut prædixi, nemo catholicorũ, quem legerim, uſque ad eum fuit auſus affirmare,etiam ante præfatum cõ-

cilium

cilium, ſaltem quo ad dominium rerum ſtabilium, ſeu immobilium; neq; mobilium uſibus eccleſiæ, a beneficiariorum uſibus ſeiunctis deputatorum.

SVMMARIVM.

Sacrarum rerũ quatuor ſpecies, & quæ: & quarta ſpeciei duo genera, et aliæ aliꝭs ſacratiores. nu. 1.
Bonis ſecundi generis quartæ ſpeciei utendi facultas, liberior facultate utendi bonis primi generis, ſed non adeo, ut facultas utendi patrimonialibus. num. 2.

XXV. Moneo, ꝙ licet dominium uerum & abſolutum omnium bonorum eccleſiaſticorum ſit penes Deum, & D. N. IESVM CHRISTVM, ut in monito proximo probatum eſt, & ideo omnia illa ſint ſacra; & omnis irreuerentia, quæ fit per uiolationem eorum ſit ſacrilegum, ut diffinit. Tho. in. 2. ſec. q. 99. art. 1. & efficaciter probatur per. c. Prædia. c. Qui abſtulerit, & alia citata in monito præced. nu. 4. Alia tamen aliis ſunt ſacratiora, ut idem Tho. probat ibi art. 3. dicens, 1

ꝙ inter res ſacras ſummũ locũ obtinẽt ipſa ſacramẽta, q̃bus homo ſanctificatͬ; quorũ præcipuũ eſt Euchariſtiꝗ ſacramentũ, qđ cõtinet ipſum CHRISTVM: & ideo ſacrilegiũ, qđ contra hoc ſacramentũ cõmittitur, grauiſſimũ eſt inter oĩa. Poſt ſacramenta uero, ſecundũ locũ tenent uaſa conſecrata ad eorũ ſuſceptionẽ, & ipſę imagines ſacrę, & reliquiæ ſanctorũ, in quibus quodã modo ꝑſonę ſanctorũ ohnorantur, & dehonorantur: deindeque pertinent ad ornamenta eccleſię, & miniſtrorũ: deinde ea quæ ſunt deputata ad ſuſtentationẽ miniſtrorũ, ſiue ſint mobilia ſiue immobilia. Quicũq; autem cõtra quodcũq; prędictorũ peccat, crimen ſacrilegii incurrit hæc ille. Ex quibus uerbis colligitͬ eſſe quatuor ſpẽs rerũ eccleſiaſticarũ & ſacrarũ. Prima, ſacramẽtorũ. Secũda, uaſorũ ad ſuſceptionẽ eorũ cõſecratorũ, & reliquiarũ, &c. Tertia, ornamentorũ eccleſię, & miniſtrorũ. Quarta, bonorũ ad ſuſtẽtanda prędicta deputatorũ: cui addimus primo,

mo,ꝙ ſicut res primę ſpeciei ſunt magis ſacræ, q̃ res ſacrę ſecũdę ſpeciei; & res ſacrę ſecũdę ſpeciei magis q̃ tertię; & res tertię magis q̃ quartę: ita facultas a Deo miniſtris eius facta ad utendũ rebus ſacris primę ſpeciei, ſtrictior eſt facultate utẽdi rebus ſecũdę:& facultas utendi rebus ſecũdę ſpeciei,ſtrictior facultate utẽdi rebus tertię:& facultas utẽdi rebus tertię,ſtrictior facultate utendi rebus quartæ. Secundo, ꝙ res quartę ſpeciei.ſ.deputatę ad ſuſtentandum oĩa ſacra, ſunt, ut ſupra dictũ eſt,monit.XXII. duplicis generis;Alterius enim generis ſunt ſtabilia ſeu immobilia,de quorũ numero ſunt etiam iura percipiẽdi annuos reditus,Clem. Exiui. §.Cũq; annui reditus, de uerb. ſigni.& alia pretioſa mobilia. Alterius aũt ſunt fructus,ſeu reditus eorũ,q ex illis redeũt annuatim·& ꝙ queadmodũ illa,quę ſunt primi gñris ſunt ſacratiora,q̃ quę ſunt ſecundi;ita facultas cõceſſa miniſtris,a CHRISTO uero oĩum ſacrorum dño,utẽdi eis,ſtrictior eſt,q̃

facultas

facultas cõceſſa ab eodem utendi bonis ſecundi generis. Quò fit, ut bona primi generis non poſſint alienari ſine grandi cauſa, & ſolemnitate. c. Sine exceptione, cum multis aliis. 12. q. 2. & c. Nulli, de reb. eccleſ. non alien. Bona autem ſecundi generis, ſic. c. Veſtra, de locat. & c. Quoniã, ne prælati uic. ſuas, Tertio, ꝙ licet facultas
2 utendi bonis ſecundi generis, ſcilicet, reditibus, facta ſit beneficiariis liberior, quàm facultas utendi bonis primi generis: non tamen eſt adeo libera ſicut illa, quam habent utendi bonis patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus: quoniam hæc adeo libera eſt eis, ac laicis, utendi ſuis reditibus laicis. arg. c. Fixum. 12. q. 5. & c. Quicumq;, de teſtam. & ideo non poſſunt eis uti, niſi ad ſe, & ſuos, & pauperes ſuſtentandos, ut infra, monito XXVII. probabitur.

SVMMARIVM.

Bona beneficiarij præmortui, deuoluta in ſucceſ-

ſorem

ſorem, an ſint primi generis, an ſecundi, quartæ ſpeciei. num. 1.

XXVI. Moneo, ꝙ grandis eſt quæſtio, an reditus, de quibus beneficiarius, neque in uita, neque in morte quicquàm diſpoſuit, debeant collocari ſub primo genere bonorum deputatorum ad ſuſtentandum ſacra, an ſub ſecundo; eſto, ꝙ iure perueniant ad ſucceſſorem. Quæ quæſtio ideo eſt magni momenti, quòd ſi collocari debeant ſub primo genere, ſucceſſor nō poteſt ea ſuis uſibus impendere, pluſquàm alia immobilia ſui beneficii, Si autem collocentur ſub genere ſecundo, poterit eis uti ad ſe, ſuos, & pauperes ſuſtentandos, perinde ac reditibus ſuo tempore ex bonis primi generis ad eū pertinentibus. Huius quæſtionis reſolutionem inſeremus commentario. c. Nō liceàt Papæ. 12. q. 2. quò etiam remittemus aliquot alias, quæ ſicut hæc pertinēt ad ſpolia clericorum: de quibus, quia non poteram in hac apologia pro rei magnitudine, ne nimium excreſceret

excreſceret, ſcribere, commentarium illum ſeparatim compono.

SVMMARIVM.

Bona eccleſiaſtica ſubiecta eſſe oneri; & modo, ut ſuperflua pijs operibus erogentur. nu. 1.

CHRISTIANI *eccleſiæ primitiuæ pretia bonorum dabant Apoſtolis ad ſuſtentandos egenos. num. 2.*

Clericorum bona eſſe pauperum, ut intelligendum. num. 3.

Vicarium poteſtate ſibi tradita uti debere, iuxta mentem tradentis. num. 4.

Chriſtum non eſſe minus liberalem nunc, quando eſt ditiſſimus, quàm cū eſſet pauperrimus. nu. 5.

Bona non eſſe data eccleſiaſticis, ut primogenia diuitibus inſtituantur; nec ut cognati augeantur. num. 6.

Onus, & modum inducunt dictiones ut, Ad, Ob, Pro, In, Ne, &c. quæ adduntur diſpoſitionibus, quibus bona data ſunt eccleſiis. nu. 7.

1 XXVII. Moneo, dixiſſe me in præfato libello. q. 1. nu. 17. prædicta bona eccleſiaſtica, quæ ſunt ſacra quartę ſpeciei rerum ſacrarum, ut duobus proximis monitis dictū eſt, ſuper qui-

bus

bus fundata ſunt ſacerdotia, ſeu beneficia, quæ habemus, eſſe ſubiecta ei modo & oneri expreſſo, aut tacito; ut ea, quæ miniſtris eius ſuſtentatis honeſte ſuperfuerint, inſumantur in pauperes, & alia opera pia; cuius contrarium affirmat præfatus N. ſed male. Primo quidem, propter illas decem & ſex rationes ibi poſitas, quarum potiores neruos ſummatim infra tangemus. Secundo, quòd ipſemet N. ſibi contrarius id ſatis fatetur in. c. 1. par. 1. in hæc uerba. Bonorum igitur eccleſiaſticorum natura, ab initio naſcentis eccleſiæ ab Apoſtolis conſtituta, & per manus ad poſteros trãſmiſſa, duplicẽ uſum proſpicere uidetur, diuini ſcilicet cultus exhibitionem, & pauperum uictum fidelium. Et Gregor. allegatus ibidem per ipſummet ſic ait, in c. Quia tua fraternitas. 12. q. 1. Omne quod ſupereſt neceſſitatibus, in cauſis piis, ac religioſis, erogandum eſt, Domino magiſtro dicente, Omne quod ſupereſt

date

date eleemoſynam: quibus ſubdit N. hæc uerba; Illud certiſſimum eſt, illa quę neceſſaria non ſunt,licet maxime ad ornatum diuini cultus & elegantiam pertineant,neceſſitatibus pauperũ debere cedere, ut beatus Ambroſ. probat,in canone,Aurum habet eccleſia 12. q. 2. & diuus Hier. in c.Gloria
2 epiſcopi ead.cauſ. & q.Hæc ille. Tertio, ꝙ licet ille negaſſet,& nemo contradiceret, probaretur tamen irrefragabiliter per Actorum. cap. 2. ſub finem & c.5.& 6.Ex quibus palam colligitur,illos fideles primos uendidiſſe ſua bona, & dediſſe Apoſtolis tanquã CHRISTI uicariis,& eius rem agentibus, pretia illorum, ut alerentur ex eis fideles egeni.Et certum eſt,eorum ſucceſſores cum eodem modo & onere retinuiſſe prædia, quæ poſtea ſeruarunt inuendita, ut futuris neceſſitatibus prouiderent. Id quod clare teſtatur Melchiades Papa in. c. Futuram. 12.q.1. & clarius Vrbanus in c.Videntes, ead. cauſ. & q. Ante quos idem
ferme

ferme dixit Clemens in locis infra citandis. Quarto, probatur per c. Res 3
eccleſiæ. 12. q. 1. quod ſic habet. Res eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed ut cōmunes Domino oblatæ, cū timore nō in alios, quàm in præfatos uſus, ſcilicet, pios ſunt fideliter diſpēſandę, & in c. Epiſcopus, ead. cauſ. & q. ibi, Epiſcopus, ſi cōtentus his, ſcilicet, uictu & ueſtitu minime fuerit; cōuertat aūt res eccleſiæ in ſuos eccleſiaſticos uſus. &c. ſynodo prouinciæ pœnas perſoluat, & c. Præcipimus, ead. cauſ. & q. ibi, indigentibus omnia diſpenſentur, & in hoc prædicto c. fin. 16. q. 1. dicitur, quòd, Quicquid habent clerici, paupęrum eſt, hoceſt; quicquid clerici habent, quatenus ſunt clerici, hoceſt, de riditibus eccleſiæ, deductis neceſſariis, pauperum eſt, ideſt, dandum eſt pauperibus, & piis operibus diuinum cultum & paupertatem reſpicientibus, & Auguſt. in c. Quod autem. 23. q. 7. de bonis eccleſiaſticis, ait. Non ſunt noſtra, ſed pauperum, quorum procu-

rationem gerimus. Et Ambroſius in. c. Conuenior, ead. cauſ. q. 8. ibi. Omnia mea ſunt pauperum, cui cõſonat c. penul. & c. fin. 12. q. 1. & alia, quæ ad hoc propoſitum in præfato libello citauimus. Quinto, quòd in. c. Reuer-
4 timini. 16. q. 1. Hieronymus ait, Deũ in pauperibus, ſi non accipiant eleemoſynas, defraudari; eo quòd decimę, & primitiæ, ſunt Dei poſſeſſiones. Et in. c. Decimæ, ead. cauſ. & q. decimę dicuntur ab Auguſt. eſſe tributa egentium animarum; & quòd eas dare nolẽs tot animas uidetur occidere, quot mortui fuerunt egeſtate, eſſeque illas rem à Deo pauperibus delegatam. Sextò, quòd bona prædicta ſunt bona CHRISTI, quo ad uerum & perfectum dominium; prælati uerò etiam Papa, & eccleſia etiam uniuerſalis, quidam oeconomi, diſpenſatores, & procuratores eius, ut in mon. XXIIII. efficaciter & late probatum & declaratum eſt. At conſtat iure diuino, & humano, uicarium procuratorem & diſpenſa-

diſpenſatorem, debere uti poteſtatē ſi-
bi tradita, ſecundum intentionem do-
mini principalis illam ei tradentis. l. 1.
ff. de offic. procur. Cæſar. c. fin. de pręb.
iuxta illud Pauli. 1. ad Corinth. 4. Sic
nos exiſtimet homo, tanquàm mini-
ſtros, ac diſpenſatores miniſteriorum
Dei: & illud. Hic iam quæritur inter
diſpenſatores, ut fidelis quis inuenia-
tur: & iuxta illud eiuſdē. 2. ad Corint.
10. Poteſtatem dedit nobis Deus in
ædificationem, non autem in deſtru-
ctionem. & iuxta illud. c. Superlitte-
ris, de reſcrip. Quæ ratio mouet de-
legantem, debet & mouere delega-
tum. At conſtat (confitente etiam ip-
ſomet. N. & D. Soto, cui nititur, in
lib. 10. q. 4. art. 4. de Iuſt. & iure) inten-
tionem & uoluntatem CHRISTI,
fuiſſe, ac eſſe, ut de bonis ſuis ſu-
perflua dentur pauperibus, uel aliis
piis operibus. Credendum enim eſt, 5
ut in præfato libello diximus, eum
uelle, ut tanta uel maior liberalitas
exerceatur de bonis, quæ data ſunt ei,

poſteaquàm uiuit immortalis, quàm de his, quæ data fuerunt ei, dum eſſet mortalis. Nam qui cum egeret, non cupiebat mortalia, qui regna daturus erat cæleſtia: ut habet hymnus Epiphaniæ, non cupiet poſtquàm habet, & dedit tanta cæleſtia. argumento a maiori. c. Cum in cunctis, de elect. Authent. Multo magis, C. de ſacroſ. eccleſ. Cum ergo tunc uoluiſſet, ut quod ſibi ſupererat, ſe ſuiſq; miniſtris ſuſtentatis, daretur pauperibus, credendum eſt nunc quoq; uelle, ut quod ſupereſt ſuis miniſtris honeſte ſuſtentatis, tribuatur eiſdē: quandoquidem nō eſt illi ulla re opus, & ex præteritis præſumuntur futura. c. Ex ſtudiis. & c. fin. de præſump. Ergo ex eius intentione illum modum, & onus ha-
6 bēt illa bona beneficiariorum. Septimo, quòd quę non ſunt ueriſimilia, nō ſunt afferenda. c. Quia non eſt uériſimile, de præſump. l. Non eſt ueriſimile. ff. quod met. cauſ. At non eſt ueriſimile, illos antiquos fideles, tam religioſos.

gioſos, tam humiles, modeſtos, & tem perantes, qui ſua bona ob amorem Dei, & animarum ſuarum ſalutem dederunt eccleſiis, ea mente illa dediſſe, ut clerici ſumptuoſe comedamus, & bibamus, colendo gulam, quàm illi oderũt; neq; ut nos, & noſtras domos, familias, parietes, lecticas, mulas, ſplendide ueſtiamus, honorem humanum adorãtes, cum ambitione & ſuperbia, quas illi pro humilitate, & modeſtia cõtempſerunt. Neq; etiam, ut grandia primogenia, ſiue maioratus inſtituamus, ut cognatos noſtros magnificemus; cum illi noluiſſent illa donare ſuis, ut Deo donarent. Neq; ut theſaurizemus in terris id, quod imitantes eos, theſaurizare debemus in cælis: ſed ut eccleſiæ miniſtri primũ; deinde pauperes alantur. Octauo, quòd beatus Clemens, Papa ſimul & martyr diſcipuluſq; beati Petri in lib. 2. cap. 19. de conſtit. apoſtol. ait. Decimas, & primitias, ad hoc fuiſſe datas eccleſiæ, in hæc uerba. Homo Dei. ſ. Epiſcopus,

quæ, ex decimis, & primitiis ſecundum mandatum Dei dantur, recte diſpenſet orphanis, uiduis, afflictis, & peregrinis egẽtibus, ut qui habet Deũ harum rerũ rationẽ repoſcentẽ: & paulo poſt. Omnibus egentibus, cũ iuſtitia tribuentes, ipſiq; his utentes, ſed non abutentes; comedentes de his, ſed non ſoli uorãtes, egeniſq; impertientes. Et in lib. 8. cap. 39. per hæc uerba: Etiam præcipio decimas offerri, ad uictũ reliquorũ clericorũ, uirginum, ac uiduarũ, & his, qui ſunt paupertate oppreſſi. Et lib. 2. cap. 39. per hæc uerba. Dabis epiſcopo iuſta tua: te enim dare oportet, illum uero deſtribuere tanq̃ oeconomũ, & diſpenſatorem rerũ eccleſiaſticarũ: quod clarius teſtimoniũ? Nono, quòd ſexta ſynodus relata in .c. Apoſtolica. 12. q. 2. de his ipſis reditibus agens, decernit, eos eſſe ad utilitatem miniſtrorũ, & ob eſcã pauperum, & peregrinorũ ſuſtẽtationẽ. & Symmachus Papa in .c. Indignæ, ead. cauſ. & q. maledicit eũ, qui bona hæc male impendit,

dit,eo ꝙ ſubſtantiã pauperũ contra fas diſpergit.& concil.Antioch. in.c.Epiſcopus.12.q.1.clare habet,ꝙ q̃uis epiſcopus de ſui patrimonii reditibus,ad libitũ diſponere poſſit,nó tamen de eccleſiaſticis : quin & cõcil.Trid. in ſeſſ. 25. cap.1. de reformat. cõfirmans id, qđ antea dixit Bernardus, late relatus a Dyoniſio Carthuſiano in lib. contra pluralitatẽ beneficiorũ. art.8. interdixit epiſcopis, & aliis beneficiariis etiã ſi Cardinales ſint, ne ſuos cognatos, aut familiares de reditibus eccleſię augeant.Quod utiq; nõ feciſſet,ſi nõ intellexiſſet eſſe illã differẽtiã inter reditus patrimoniales,& laicos ex una parte,& eccleſiaſticos ex altera.Quod his ineſt onus præfatũ ut impendantur in honeſtã miniſtrorũ,& pauperũ,ac aliorum operum piorũ ſuſtentationem, & cõſequenter, ut diſtribuãtur ſuperflua pauperibus, uel aliis piis operibus.

Decimo,quòd datum uel relictum alicui ut aliquid det alteri,dicitur donatum,uel relictum ſub modo: eo quòd 7

illa coniunctio, ut ſaltem cum adiicitur diſpoſitioni requirenti aliquid poſtea explendum, modum importat. iuxta. l. 2. C. de his, quæ ſub condit. & l. 2. & 3. de donat. quæ ſub mo lo, & gloſ. c. Verum, de condit. appoſit. & Bart. receptus in. l. Quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonſt. dicens idem de illo, quod datur ſub illa coniunctione, ne, pro, ut, non, uel ſub præpoſitione, ad, & in, quoties adiiciuntur alicui rei poſtea explicandæ: ut uidere eſt apud eum, a nu. 3. uſq; ad 10. per. l. Si tibi, & l. 2. ff. de leg. 3. & l. Libertas. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. & l. Cũ pater. §. Titio, de leg. 2. & prædicto. §. Termilius, & l. ante penul. de leg. 2. & l. Si quis pro redemptione. C. de donat. & l. ſolemus, & l. fin. de oper. nou. nunciat: quæ duæ poſtremæ agunt de dictione, in, quod ipſum eſt de dictione, ob, C. de cond. ob cauſ. per totum. At bona Eccleſiæ donata ſunt, aut relicta D. N. IESV CHRISTO, uel Eccleſiis, uel perſo-

nis

nis eccleſiaſticis, tanquàm procuratoribus, & eius negotia gerētibus Quod idem eſt, ut reditus eorum prębeantur uſibus præfatis, uel in eos, uel ad eos, uel pro eis; uel ne, pro ut non dentur aliis. Nam ſexta ſynodus in c. Apoſtolica. 12. q. 2. de his reditibus agens, decernit, eos eſſe ad utilitatem miniſtrorum, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem. Pondera præpoſitiones, ad, & ob, quæ important modum, & onus, ut prædiximus, & in. c. Peruenit. 16. q. 7. Vetatur epiſcopis dare conſanguineis, & ita ne dent conſanguineis, quod importat modum. Sicut, ut, non; ut proxime dictum eſt. Quin & concilium Trident. in ſeſſione. 25. cap. 1. de reform. interdixit epiſcopis, & aliis, etiam ſi Cardinales ſint, ne ſuos cognatos aut familiares de reditibus eccleſiæ augeāt. Pondera uerbũ, ne, quod inducit modum & onus; & in. c. In ſacris 16. q. 1. ſic habetur, in ſacris canonibus præfixum eſt, ut decimæ, iuxta diſpoſitio-

nem epiſcopi diſtribuantur. Pondera uerbũ, ut. Piis autẽ operibus eſſe diſtribuendas habetur in c. Decimas, ead. cauſ. & quæſt. ibi; Omne qđ ſupereſt in cauſis piis ac religioſis erogandum eſt: ubi etiam pondera præpoſitionem in; & in c. In canonibus, ead. cauſ. & quæſt. habetur, Epiſcopum poſitum ad per ſe uel alium diſpẽſandũ miſericordiã pauperibus: ubi pondera uerbum, ad; quod, ut dictũ eſt, inducit modũ & uerba principii. c. Decimas, ead. cauſ. & quæſt. ſunt hæc. Decimas, quas in uſum pietatis conceſſas eſſe canonica authoritas demõſtrat, & uerba medii, hæc alia. Has uero decimas ſub manu CHRISTI fore cẽſemus, ſit ille, qui cæteris præeſt, omnibus iuſte diſtribuat: in quibus pondera illa uerba, in, &, ut, quæ modũ important, ut prædiximus. Cum ergo hæ dictiones, ad, in, ob, ne, pro, ut, nõ, modum & onus importent, ſaltem cum futuræ rei explicandæ adhibentur: cumq; bona clericorũ ſint eius, ad in, uel ob uſum pie-

tatis

tatis & pauperum, uel pro illo data, uel ut eis, & non aliis erogentur, manet probatum, eccleſiæ bona prædicto modo, & oneri ſubiecta eſſe.

SVMMARIVM.

Pauperum appellatione, in hac materia, omnia pia contineri. num. 1.

XXVIII. Moneo, dixiſſe me in præfato libello. nu. 10. per pauperes in hoc propoſito de dando ſuperflua redituũ eccleſiæ pauperibus, non ſolũ intelligi perſonas inopes, ſed etiam eccleſias, & monaſteria tam ſæcularia, quàm regularia, & alia omnia loca & opera pia. Quod etiã præfatus N. fatetur, & colligitur ex Tho. 2. ſec. q. 185. art. 7. in corpore, quęſt. & ad ſecũdũ, & Quodlib. 6. art. 12. & probatur in c. De reditibus, & c. Quatuor. 12. q. 1. Ex quibus colligitur, ꝙ ea quę ſuperſunt, non debentur ſolis pauperibus; cum etiam fabricis, ornamentis, & id genus aliis diuino cultui congruentibus, ſint impertienda. Quod etiam recte determinat Adrian. in 4. de reſtit. q. 12. col. 7. 1

SVM-

SVMMARIVM.

Pia opera, quæ radicitus definita, & exemplis illuſtrata num. 1.

Pia quædam in ſe coram Deo, quæ coram iudice ſunt profana, & econtrario. num. 2.

Pietatis uirtutis opera, non dici pia in propoſito. num. 3.

1 XXIX. Moneo, dixiſſe me in loco ſupra, monit. proximo citato, neminem reperiiſſe, qui radicitus diffinierit, quæ ſint opera pia; tametſi per plurimos fuerit tactũ, ut colligi poteſt ex Ludo. Romano, in Auth. ſimiliter. C. ad. l. Falcidiam, & aliis multis. Verum conſideratis oĩbus, breuiter definiri poſſent, eſſe illa, quæ fiũt principaliter ob cultum diuinum, uel miſericordiam, immediate uel mediate: quia pietas in hoc propoſito, non ſignificat uirtutem illam, qua patriam, parentes, & cognatos, colimus. De qua per Thomam 2. ſec. q. 101. ſed illam, quæ religio dicitur,

dicitur, qua ſcilicet, Deum colimus; ut accipit Auguſt.lib.10.de Ciuit.Dei cap.4. & c.1.22.q.2. c. Legi. 23. q. 8. & c. Quælibet.22.q.2. Quibus duobus poſtremis modis accipitur in noſtro ꝓpoſito, in quo de pietatis operibus agimus. Per illud autem uerbū, cultum diuinum, in definitione poſitum, intelligo non ſolum illum, quem exhibemus Deo per uirtutem religionis, ſeu latriæ; ſed etiam eum, quem exhibemus per tres uirtutes theologicas, fidem, ſpem, & charitatem, quibus colitur Deus, licet aliter, quàm per latriam, aut religionē, uirtutum moralium primam, iuxta Tho. 2. ſec. q.81. art. 5. Quare opera pietatis dicuntur omnia, quę propter cultum Dei potiſſimum, & principaliter aguntur, ut capellaniæ, beneficia, miſſæ, & alia officia diuina, & omne, quod ad ea principaliter pertinet. Talia etiam ſunt ſeptē opera miſericordiæ ſpiritualia, quę continentur in illo uerſiculo; Conſule, caſtiga, dimitte, ſolare, fer, ora: intelligendo,

telligendo, per conſule; etiam doce, ut in Manuali confeſſariorum, cap. 24. diximus: quia hæc ſunt opera uirtutis miſericordiæ, qua opitulamur egenis rerum ſpiritualiũ. Talia ſunt quoq; ſeptem opera miſericordię corporalia, quæ continentur in illo uerſu. Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo: quos duos uerſus, ubi ſupra declarauimus. Necnõ id omne, quod principaliter ad ea dirigitur: quia ſunt opera eiuſdem uirtutis miſericordiæ, qua opitulamur egenis rerum tẽporalium; quæ omnia, licet appellentur etiã opera charitatis, iuxta. c. Inter opera charitatis, de ſponſal. proprius tamen dicuntur opera miſericordiæ, & pietatis: quoniam a uirtute miſericordiæ naſcuntur, tanquàm a matre: a charitate uero, tanquàm ab auia; ſicut ibidem declarauimus poſt Thom. 2. ſec. q. 32. art. 1. Talia ſunt etiam academiæ inſtitutæ ad docendum ignorantes, præſertim theologiam, & canones, ſtipendia pulpitorum; atque

ſermonum

ſermonum ad docendum, & conſulendum: quandoquidem ſunt opera miſericordiæ ſpiritualia, uel ad ea pertinentia. Talia etiam ſunt hoſpitalia, confraternitates conſtitutæ ad hoſpitandum, ueſtiendum, & curandum egenos, ad reficiendas domus inopum exuſtas, & ad captiuos redimendos: ſunt enim opera miſericordiæ. Ex qua radicali diffinitione ſumi poteſt ratio illius gloſ. celebris. l. ſi quis Titio. ff. de leg. 2. quatenus aſſerit, quòd legatum illud, quod legatur ad animæ ſalutem, eſt pium. Ratio enim eſt: quia eſt opus miſericordiæ, eo quòd fit ad opitulandum animæ egenti, uel quæ putatur egere. Ex eadem quoque radice ſumitur 2
ratio eius, quod Baldus in Margarita, uerb. Teſtator, ait de relinquente pro anima ſua, & de relinquente filio ſpurio pauperi. Hinc etiam deſumitur ratio, cur legatum alimentorum factum diuiti, in foro exteriori non iudicatur pium; etiam ſi legans

legās dicat aperte, ſe illud amore Dei, ſiue pro anima ſua facere; iuxta gloſſ. receptā in. l. Illud. C. de ſacroſ. eccleſ. Ratio enim eſt, quia in eo foro præſumitur potius legatū ob amicitiam, cognationem, uel liberalitatem, quàm ob miſericordiam; licet uere ob eam legetur. Econtrario uero iudicabitur pium id legatum quod legatur paupe ri, & ſi non exprimatur, ꝙ ob miſericordiā. Ex quo infertur nōnunquàm ea, quæ apud Deum ſunt opera pietatis, apud iudices iudicantur profana; & econuerſo, quod eſt profanum in eius diuinæ maieſtatis cōſpectu, pium inter gentes exiſtimatur: cui conſequens eſt, beneficiarium, uel quemlibet alium obligatum ad impendēdum aliqua in opera pia, debere impendere in opera, quæ uere ſunt pia coram Deo, & hominibus; quo utriq; foro ſatisfaciat, uel ſaltem coram Deo; ut in foro conſcientiæ ſit tutus. Neque arbitretur ſe ſatisfacere, eo quòd impendat in ea, quæ hominibus, qui facile

cile decipi poſſunt, appareant talia. Ex eadem quoque reſolutione infertur, nõ eſſe opera pia quo ad hoc propoſitum illa, quæ fiunt ſolum in honorem, gratiam, & amorem parentum, & cognatorum; ſi non fiant ob miſericordiam rationę egeſtatis: quia licet ſint opera illius uirtutis, pietàtis, qua parentes & iunctos ſanguine colimus, ut probat. l. Si quis a liberis. ff. de liber. agnoſc. ibi; Cum hæc res ex æquitate, charitateq; ſanguinis &cęt. adiũcto. §. Item reſcriptum, ibi ex officio pietatis, & tradit Tho. recep. 2. ſec. q. 101. art. 1. non tamen ſunt opera pietatis quę dicitur religio, qua Deum colimus, neq; illius, quæ dicitur miſericordia, qua egenis opitulamur. 3

SVMMARIVM.

Beneficiarius poteſt ſe honeſte alere de reditibus ſui beneficij, etiã ſi habeat patrimonium, ſeruando illud, & eius reditus quibus uoluerit. nu. 1.

Beneficiarius poteſt adeo libere diſponere de his quæ reliquat, ex his quæ decenter impendere poteſt ac de patrimonialibus. num. 2.

Chriſti

Chriſti menti conformius, reliquare aliqua ex his quæ decenter inſumi poſſunt in aliqua opera uirtutum, quàm inſumere omnia in uoluptatem etiam honeſtam. num. 3.

Impenſa minor fit in uictu, cum reliquiæ cedunt impendenti, & cæt. num. 4.

Abſtinentia continentiæ nutrix. num. 5.

Monachus, cum certum quid impendendum deſignatur, poteſt largiri eleemoſynam de reliquatis. num. 6.

1 XXX. Moneo, dixiſſe me in præfato libello. q. 1. nu. 9. quòd fere omnes ſequuntur Innocen. in c. Indecorum, de ætat. & qualit. dicẽtem, quod prius ſenſit gloſ. c. Reſ. 12. q. 1. & pulchre reſoluit Card. conſil. 110. quatenus ait, poſſe beneficiarium iuſte impendere reditus ſui beneficii in ſuos, ſuorumq; neceſſarios uſus; & in remunerationem de ſe bene meritorum, & in pauperum alimoniam: intelligendo tamen pauperes, nõ ſolum eos, ſed etiam alia opera pia; ut in monito. XXVIII. diximus intelligẽda. Omnes etiam fere ſequuntur illud, quod idem Innoc. ait in c. Epiſcopus, de præb. ſcilicet, ꝙ beneficia-

beneficiarius, etiã ſi diues ſit, & habeat ex patrimonio uel aliunde, quo ſe decenter ſuſtentet: poteſt tamen licite ſi uult ſuſtentare ſe, de ſui beneficii reditibus, & ſeruare patrimonium cũ eius fructibus, q̃bus uolet, cognatis uel extraneis. Quod magnifico, & multũ amplio in fauorẽ beneficiariorũ in dicta q. 1. nu. 59. & ampliaui antea in Manuali. cap. 25. nu. 127. extendendo illud ad ea, quæ beneficiarius parcius ui 2
uẽdo, & fraudãdo geniũ ſuũ ſeruat, & 3
reliquat ex illa parte redituũ ſui beneficii, quã decenter põt impendere ſuæ pſonæ uſibus, aiẽs; poſſe illos tã libere diſponere de illis, ac de reliq̃s ſuis bonis pfanis patrimonialibus, per cõtractus, uel ultimas uoluntates quæſitis: quæ ampliatio pculdubio defendẽda eſt. Primo quidem, q̃a cõmunis opinio nõ eſt deſerẽda abſq; textu, uel efficaci ratione id ſuadẽte. c. fin. 20. diſt. & Io. And. in. c. 1. de cõſt. receptus ab oĩbus. Secũdo, q̃a quæſita p induſtriã beneficiarii, ſunt ei patrimonialia, ut in præ-

ſato lib.q.1.n.7.& ſupra mon. XXI. & XXII.probauimus.& illa, quæ per parſimoniā reliquantur,per quandā induſtriam quęruntur.Tertio,quia per hoc non pręiudicatur ullis pauperibus,uel aliis operibus piis;ſed ſolum genio,ſiue uentri , & ſenſualitati beneficiarii, quam expedit mortificare, iuxta illud 2. ad Colloſſ.3. Mortificate membra ueſtra,quæ ſunt ſuper terram: & illud. 1.Petri.3.Mortificatos quidem carne,
3 uiuificatos aūt ſpiritu. Quarto,ꝗ lōge cōformius eſt intētioni CHRISTI, abſtinentię, ſobrietatis, & modeſtiæ amantiſſimi,honeſte aliqua reliquare, quæ in uoluptatem etiā honeſtam in ſumi poſſunt in alia opera bona,puta, charitatis, beneficientiæ, uel aliarum uirtutum, licet non ſint miſericordiæ; quàm ſuo genio etiam honeſte profundere.argum.illius Hieronymi in.c. Vtinā ſemper ieiunare poſſemus. 76. diſt.& c.Epiſcopus.& c.Parſimoniam, 41. diſt. Quinto, per ea, quibus in præfato libel. q. 1. nu. 82. probaui-

mus

mus; id multum conuenire ad ſeruan dam caſtitatem, & modeſtiam, quæ ſunt uirtutes clericis maxime neceſſa riæ. iuxta totam. 41. diſt. Sexto, ꝙ fe- 4
re omnes minus edũt, potant, ueſtiũt, & minorem familiam alunt, quando ſciunt, ꝙ ea quæ omittunt impendere in illis, ſeruare poſſunt in eleemoſy-nas, & alia uirtutum opera; quàm cum cognoſcunt, ꝙ non plus reliquum ſi-bi facient, ſi ſe abſtinuerint, quàm ſi ſe ſaturauerint. Et conſtat ad caſtitatem promouendam, abſtinentiam cum ſo-brietate multum conducere; iuxta il-lud Hymni horæ primæ. Carnis terat ſuperbiam, potus cibiq; parcitas: & il lud Anaſtaſii. Abſtinentia cõtinentiæ nutrix eſt: citatum a gloſ. Clem. Ne in agro, de ſtat. Monach. in princip. & ꝙ modeſtiæ, pompæq; mundanę cõtem-ptum, multum iuuat parcus indumen-torum & famulorum uſus. Septimo, ꝙ 5
paſſim cernũtur, qui ſatis ſaturi & in-duti dicunt; Comedamus etiam hoc, & bibamus illud: & hoc aliud induamus,

mus; quando quidem neq; plus,neq; minus ſoluturi ſumus. Et multi uiatores,qui obſeruarēt ieiunia diebus ab Eccleſia præceptis, ea non obſeruant in magnis Galliarū & Italiæ diuerſoriis; quoniam tātum oportet eos ſoluere incœnatos,quàm cœnatos:quin & multi religioſi ſunt,qui minus carnis,& fructuum comederent,& minus uini biberent,paucioribuſq; indumētis,& calciamentis uterentur, & indumenta,& calciamenta magis obſeruarent; ſi propter id,paulo plus illis elargiretur,ad libros emendos,& ad conſanguineos pauperes eleemoſyna ſubleuandos , & alias reculas , quæ eos conſolarentur ; quàm ſcientes, quòd non plus ſibi accipient, quàm expendent.

6 Octauo , quòd aliquando reſpondimus ; Monachum uel fratrem, quem conuentus mittit longius, aut ad diuturna negotia,quantitate certa pro quotidiana impenſa aſſignata, eo pacto,quòd neque plus ea,neque minus dabitur, ſiue multum ſiue parum

expendat,

expendat, poſſe de eo, q̃d ei ſupererit,
parcius uiuendo, eleemoſynã elargiri:
quia tacite uidetur ei facta in id fa-
cultas per prędicta, & proxime dicẽda,
licet ipſe ſit ſimplex monachus, qui eã
abſq; alia facultate facere non poteſt.
iuxta gloſ. c. Non dicatis. 12. q. 1. &
gloſ. Clem. 2. de uit. & honeſt. cleric.
uerb. Cõuertendum. Poſtremo, ꝙ com
muni omnium ſenſui uidetur quadra-
re, ꝙ ea, quæ dantur alicui ad eius ui-
ctum, in dubio ita ei dari, ut liberam
facultatem habeat diſponẽdi de illis,
ſine alterius pręiudicio; licet id faciat
cũ ſolius ſuæ uoluptatis diminutione.
Concludit tandem hoc firmiter extra-
uagans a S. D. N. Pio. V. edita anno
1567. 3. Kal. Septemb. quatenus de-
clarauit nõ eſſe annumeranda ſpoliis
S.S. Apoſtolicæ reſeruatis, ea quæ ſu-
perſunt moriẽtibus clericis beneficia-
riis, uel penſionariis nõ habentibus be
neficia, uel penſiones excedentes ua- 7
lorem. 30. ducatorum aur. de cam. ſe-
cũd. cõem. æſtim. cuius ratio firma eſt,

hinc haurienda, quod quilibet clericus, quàmlibet ſimplex, impendit, aut certe impendere poteſt honeſte in ſui ſuſtentationem præfatum reditum. 30. ducatorum: & ita ea quæ reliquat ex illis, cenſentur eis patrimonialia, uel quaſi patrimonialia. Ex quo collige obiter, oẽs clericos nõ habentes beneficia, uel penſiones ualoris maioris, q̃ 30. ducatorum, nullatenus a teſtando, uel prælibito diſponendo, prohiberi.

SVMMARIVM.

Rationes N. enerues ſunt contra communem de reliquatis ex his, quæ honeſte impendi poſſunt. num. 1.

XXXI. Moneo, quòd prefatus N. ampliationẽ noſtrã in proximo monito firmiter probatam, pertinaciter negat,
1 non ſolum contra me, ſed etiam contra Sotum in lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur. & Reuerendiſſimũ Epiſcopum Didacum a Couarrubias in. c. Cum in officiis, nu. 2. de teſtam. quos nos omnes ad id citat: & contra alios, quos

in præfato libello. q. 1. nu. 59. citauimus, uidelicet, Io. Maiorē in. 4. diſt. 24. q. 17. & Adrianum in eod. 4. q. 12. & quodlib. 6. art. 2. quibus ſatis conſonat Tho. in. 2. ſec. q. 85. nu. 7. quatenus ait, Epiſcopum diſponere poſſe de reditibus ſumptui ſuo decenti deputatis, perinde ac de reliquis patrimonialibus: cuius ſententia, ut paulo poſt differemus, nō debet intelligi de parte ſibi per diuiſionem aſſignata; ſed de illa, quæ ad ſuos honeſtos ſumptus eſt neceſſaria: cuius N. rationum nerui, eneructs, uerbiſq; profluí ſunt ſex. Primus, ꝙ Panor. id ſentit in. c. Cum eſſes. nu. 27. de teſtam. Secundus, ꝙ non debet eſſe melioris conditionis iniquus, ſordidus & auarus, quàm æquus, liberalis, & ſplendidus: & quòd iniquus, auarus, & miſer eſt, qui parce uiuēdo reliquat, ſe neceſſariis defraudando. Tertius, ꝙ qui id facit, peccat mortaliter, fraudando ſe, & ſuos pro ſua dignitate debitis alimentis. Quartus; quem poſtea iterum incogitanter

repetit, ꝙ ſecundũ opinionem Archidiaconi, clericus eſt ſolum uſuarius, & ꝙ uſuarius ſolũ poteſt habere id quod ipſe utitur, reliquo manente domino. Quintus, ꝙ q clericus hoc allegaret, turpitudinem ſuã detegeret, nempe ſe miſere, auare, & ſordide id ſeruaſſe. Sextus, ꝙ is cui ex eleemoſynis acceptis ſupereſt, id debet in eleemoſynam dare; ut per Card. Turrecrematã in. c. Habebat. 12.q.1.& in c. In ſingulis. 86. diſt. Hęc autem, quibus nouus hic author nititur, nullatenus obſtant. Non primum; quia eſto, Panormitanus in d.c. Cum eſſes. nu. 27. de teſtam. id ſentiat, ut ipſe ait; non tamen ex profeſſo, ſed ueluti per tranſitũ facit, & id quod nos dicimus, tenent ex profeſſo omnes ſupra eod. monito citati. Ad alia omnia eius argumenta reſpondeo, ꝙ illa præſupponũt duo; quorũ utrumq; eſt falſum, & cõtra receptas ſententias. Alterum, ꝙ omnis beneficiarius, qui parce uiuendo, ſuum genium fraudat, peccat, & eſt miſer, & auarus. Alterum,

quòd

ꝙ nullus qui auare aliq̃d acquirit, poteſt plus de illo diſponere, quàm qui honeſte noluit illud quærere. Quorum prius eſſe falſum in mon. XXXII. proxime ſequenti monſtrabitur. Alterum uero, in monito ſubſequenti.

SVMMARIVM.

Beneficiarius bono fine reliquans aliqua, de his quæ decenter impendere poteſt, non peccat, imo meretur. num. 1.

Decentia ſtatus non eſt poſita in puncto indiuiſili, ſed habet latitudinem, alia maiorem, alia minorem. num. 2.

Pius V. Pontifex Max. ſanctiſſimum, rariſſimum, & admirabile parſimoniæ, modeſtiæ ſimplicis, & religioſæ menſæ, liberalitatiſque in pauperes exemplum. num. 3.

Mala ſuapte natura nullo fine bono fiunt bona. numero. 4.

Bonum, quod ob finem bonum eſt tale, non eſt ſuapte natura malum. num. 4.

XXXII. Moneo, falſum eſſe, ut in mon. prȩcedẽti dixi, id quod ait præfatus N. part. 3. cap. 5. uidelicet, oẽs qui parcȩ uiuendo

uiuẽdo ſuũq; geniũ fraudãdo, reliquãt aliqua ex his, quæ decenter expẽdere poſſunt, peccare. Primo quidem, quia licet illi, qui fraudant ob auaritiam, uel ob alium malum finem, peccent: quia cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt. c. Cũ miniſter. 23. q. 5. cum multis, quæ in cõmentario eius adieci, nuper hic Romę compoſito. Illi item qui per indecentiam ſcandalizando alios id faciunt, contra. c. Nihil cum ſcandalo, de præſcript. licet, inquam, præfati præfato modo fraudando genium peccent, non tamen peccant: imo egregie bene merentur,
1 qui id faciunt principaliter ob abſtinentiam, ſobrietatem, humilitatẽ, modeſtiam, uel alium bonum finem, intra cancellos decentiæ, neminem per indecentiam offendentes; licet minus principaliter intendant etiam aliqua reliquare, & reliquent. Quod fieri poteſt, & quotidie multi ſanctiores faciunt: quoniam, ſecundum omnes, &
2 etiam ipſummet nouum authorẽ, de-

centia ſtatus non eſt poſita in puncto indiuiſibili;ſed habet latitudinem maiorem,uel minorem, iuxta ſtatus magnitudinem,uel paruitatem. Frequenter enim contingit, ut qui decenter ſe alit, octingentis; iuxta ſtrictius extremum ſuæ decentiæ, poſſit in ſe alendo decenter impendere mille, iuxta extremum latius ſuę decentię:& ita conſequenter ſine ulla indecentia peccato,& auaritia,poſſet is quotannis reliquare ducenta. Deinde idem mõſtratur exemplo ampliſſimo iuxta ac ſanctiſſimo & rariſſimo. S. D. N. Pii Papæ. V. qui decenter quidē & honeſte pro ſumma, qua gerit dignitate, poſſet menſę ſuę quotidianę impendere plurima; tum in ferculis,uinis, & bellariis; tum in cantoribus, quibus animum grauiſſimis negociis oppreſſum refocillaret in aulæis,& tapetibus,auro, argento, & ſerico intextis, pro feſtorum uarietate uariatis, quibus cœnaculum ornaret. Poſſet & patribus purpuratis,Regum legatis, & aliis cõuiuia 3

uin:a eademq; pro dignitate lauta, & & ſplẽdida honeſte facere: quæ tamen minime facit. Imo maximo chriſtianorum omnium exemplo, adeo ſimplici menſa utitur, ut nullus, uel rarus ſit in eius curia mediocri beneficio eccleſiaſtico auctus, qui tam ſimplici utatur. Oculatus enim teſtis, ut qui frequenter data opera ob hoc, eius beatitudini cœnanti (non enim ſolet prandere) aſtiti, aſſero uidiſſe me illum nõ ſolũ diebus profeſtis, ſed etiã maxime feſtis, imo & die ipſo S. Antonii abbatis, qui eius natalis, ſimul & cõſecrationis, ſiue coronationis anniuerſarius eſt, duobus tantũ ouis in ſartagine frixis, & aliquot offis neſcio quo herbarũ iure, intra lancem madidis, & unico potu uini aqua tẽperati, uix ſex unciarum, hauſtu contentum cœnatum fuiſſe. Cum ante cœnam Reuerendiſſimo eius Architiclino ſchalco maximo Franciſco a Reynoſo Reynoſorũ genere Illuſtr. prognato, ironice prædixiſſem: Venio uiſurus quàm opiparã

& ſybariticam cœnã, maximus Architiclinius, maximo omniũ totius orbis Principi hero ſuo parauit; hoc die q̃ natalis, & cõſecrationis eius eſt anniuerſarius. Quã, & alias eius cœnas nemo nõ laudat, nemo nõ miratur, & iure quidẽ: quia licet ſint ſimpliciſſimæ, & nulla dapum, bellariorũ, calicum, paraſitorũ, diuitũ aulæorũ pẽdẽtiũ uarietate ornatæ; ſplendent tamen cõpoſito eius in cœnaculũ è cella exitu, & modeſta manuũ lotione, benedictione deuota, ſilẽtio graui, & perpetuo, lectione ſacra ſancte prolata, oĩum miniſtrorũ incomparabili modeſtia, ceremoniarũ tantæ mẽſæ debitarũ adamuſſim obſeruãtia, gratiarũq; actione religioſiſſima, & ex cœnaculo in cellam receptu compoſitiſſimo. Neq; unquã, donec eũ ita cœnantem uidi, ſatis intellexi illud, quod concilium Carthaginẽſe relatũ in c.pen.41. diſt. renouatũ a Tridentino ſeſſ.25. c. 1. de reform. ſignificat; nẽpe, dignitatis epiſcopalis auctoritatẽ, nõ tantum

quæri opipara ſybariticaq; mēſa, quātū uitæ ac fidei meritis. Tertio, ꝙ non tollet uim huius argumenti, qui reſpōderit, præfatū S.D.N. oīno quidē laudandū, & ſuper aſtra ferendū, eo ꝙ genium ſuū ſic fraudat: quia nō fraudat ob auaritiā, de quo fraudatore agit N. ſed ut ea, quæ reliquauerit, in pia opera diſtribuat: quod adeo quidē fateor eſſe uerū, ut eius cubiculi præfectus maximus idēq; Reuer. Alexāder à Caſal, peruetere, ac perilluſtri Caſaliū familia, eodē ipſo die, poſt cœnā, certiorē me fecerit, ꝙ quia primo die ſui Pontificatus anno anniuerſario in cōuiuio, quod patribus oībus purpuratis exhibuit, impēdit 1200. ſcuta: anno inſequeti, in quo idē nō iterauit, totidē iuſſit diſtribui pauperibus: quin & alio anno duplicata impertiuit. Nō tollit, inquā, uim præfati argumēti, qui
4 ſic reſponderit. Tum, quia ea quæ ſuapte natura ſunt mala, nullo fine bono fiunt bona. c. Non eſt putanda. 1. q. 1. cap. Denique. 14. q. 5. quod late pro-
bamus

bamus in. d. cõmento. c. Cum miniſter. 23. q. 5. nu. Et conſequenter non eſt de ſe, neq; ſuapte natura mala illa genii fraudatio, ſi hoc bono fine fit bona, & per conſequens eadem ratione fiet bona, ſi ob uirtutem abſtinentię, ſobrietatis, uel ob alium bonum, & aptum finem fiat: & per conſequutionem etiam ſi fiat ad hoc, ut aliqua opera charitatis, beneficentię, liberalitatis, & aliarum uirtutum exerceat, etiã ſi non ſint eleemoſynæ, neq; actus uirtutis miſericordię: & conſequenter, falſum eſt omnes beneficiarios fraudantes genium parce uiuendo, peccare. Imo indubitatum eſt, bene mereri plurimos, qui principaliter ob abſtinentiam, ſobrietatem, ſtudioſitatem, beneficentiam, uel alia uirtutum opera, & ſecundario ut aliqua reliquent, parce uiuunt, & ſuum genium fraudant minus, quàm iuſte poſſunt, impendentes de his, quæ decenter ſecundum decentiæ ſuæ laxius extremum, poterant impendere.

SVM-

SVMMARIVM.

Auare quærenti frequenter licet, quod non licet nolenti ſic quærere. num. 1.

Auaritia, quæ non eſt ſpeciali uirtuti iuſtitiæ contraria, nec acquiſitionem impendit, nec ad reſtitutionem obligat. num. 2.

Intellectus illius dicti, Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm ſapiens. num. 3.

XXXIII. Moneo, falſum item eſſe ut
1 ſupra monito XXXI. dixi, id quod pręfatus N. in eod. loco, uidelicet par. 3. cap. 5. præſupponit, arguendo contra pręfatam ampliationem poſitam ſupra monito. XXX. in fauorem beneficiorum, ſcilicet, Nemini, qui aliquid auare quęrit, licere plus diſponere de illo, quàm illi, qui honeſte uult illud quærere. Tum, quia qui ob auaritiam mercaturam exercet, & per eam quęrit aliqua, ſine alterius ulla iniuria & iniuſtitia fit uerus dominus eorum, & poteſt de illis rebus perit de ac de aliis ſuis ſanctè quæſitis diſponere. Sicut & qui in loco ſacro cõtrahendo aliqua quærit, peccat quidem; poteſt tamen

de illis perinde diſponere, ac ſi cõtrahendo in loco profano id feciſſet. iuxta gloſ. ſingul. communiter receptam, in c. Decet. §. fin. de immun. eccleſ. lib. 6. Tum, quia ſola illa auaritia, quæ eſt contraria uirtuti iuſtitiæ ſpeciali, non autem alia, quæ ſolum iuſtitiæ uirtuti generali liberalitati, uel aliis uirtutibus opponitur, impedire poteſt diſponendi facultatem inducendo reſtitutionis, ſiue reſarciendæ iniuriæ obligationem, ut ſentit Tho. receptus. 2. ſec. q. 118. art. 1. & 2. 2
Quare qui beneficiarius, etiam ſi per auaritiã fraudãdo geniũ ſine alicuius iniuria, & iniuſtitia, quæret aliquid de ſuis patrimonialibus, uel beneficii reditibus, poſſet de illo diſponere, perinde ac de illo, quod per auaritiam contrahendo, & peccando aliàs iuſte quæret: cũ tamen ille, qui talia noluit quærere, neq; quæſiuit, ne qd inhoneſtũ faceret, nõ poſſet diſponere de illo, quod nõ quæſiuit, ſed potuit ut alii quærere. Tum, quia nil iuuat aduer-

ſarium illa. l. ſi a patre. §. Prædo. ff. de petit. hæredit. quam ſatis incaute ad hoc citat: cui etiam conſonat. c. 1. de poſtul. præl. & c. Eum qui, de præb. lib. 6. quatenus probat, quòd non de-
3 bet eſſe melioris conditionis ſtultus quàm ſapiens, neque malus, & inobediens: quia illud intelligitur, cũ uterq; idẽ uel ſimile facit; quod in caſu propoſito non contingit. In eo enim agimus de duobus, quorum alter quærit licet auare; alter autem non quærit, neque auare neque honeſte.

SVMMARIVM.

Pauper ditatus iuſte eleemoſynis libere ei factis, non tenetur ad eleemoſynam lege iuſtitiæ, magis quàm alius diues. nu. 1.
Eleemoſyna ut plurimum liberius datur, quàm reditus beneficij. nu. 2.
Lege naturali ad pacta & onera tenemur. nu. 3.

1 XXXIIII. Moneo, quòd præfatus N. arguendo contra noſtram præfatam ampliationem, in monito. XXX. poſitam,

poſitam, inaniter aut falſe ait in. d. cap. 5. par. 3. pauperem teneri ad elargiendam eleemoſynam de ſuperfluo, per eleemoſynam quæſito. Inane quidem, ſi intelligit, quòd tenetur ut alii diuites, quia de illo nemo dubitat; falſe uero ſi intelligit, quòd tenetur pluſquàm illi. Tum, quia nulla ratio, neq; ulla lex ad id eum obligat:& ſine lege uel efficaci ratione non eſt inducenda obligatio. c. Conſuluiſti. 2. q. 5. & c. 2. de tranſlat. prælat. Tum, quòd libere ſine onere ullo ut plurimũ donatur eleemoſyna pauperibus, ut in præfato libello. q. 2. nu. 28. diximus. Vnde pauper impendens uoluptuoſe, uel male quęſita per elemoſynam, non tenetur reſtituere, ut Adrian. ait in. 4. de reſt. q. 12. col. 6. Tum, quòd hac ratione, in. d. nu. 28. diximus, aliud eſſe 2
dicẽdum de reditibus quęſitis per pauperem uia eleemoſynæ, & aliud de reditibus bonorum eccleſiæ beneficiorum: quoniam eleemoſyna ſine ullo datur onere; bona uero prædicta cum

onere tacito, uel expreſſo dandi ſuperflua pauperibus, ut probatum eſt ſupra, monito. XXVII. & ita tenetur ad illud lege iuſtitiæ naturali, nulla conſuetudine delebili, quæ iubet pa-
3 cta ſeruari. c. 1. de pactis, & l. 1. ff. eod. etiam tacita. l. Labeo. ff. eod. quæque iubet impleri onus iniunctum emolumento ab eo, qui recepit illud. l. ſecũdum naturam. ff. de reg. iur. Clem. 1. de cenſib. unde habent originem. l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub modo. & l. 2. C. de his, quæ ſub condit. & demonſtrat. & C. de condit. inſert.

SVMMARIVM,

Beneficiarius etiã ſecũdum Archid. pluſquã uſuarius eſt, & minus quàm uſufructuarius. nu. 1.

XXXV. Moneo, quòd præfatus N. etiam arguendo contra præfatam ampliationem, in. d. cap. 5. 3. part. male
1 ſignificat Archidiaconum dixiſſe, beneficiarios eſſe tantum uſuarios, tum quia id ibi nullibi dixit: tum quia, ut alia omittam, Aluarus Pelagius, acer-

rimus

rimus eius in hoc defenſor, in præfa-
to lib. de planct. eccleſ. 2. par. cap. 28.
ſequutus eum, ait id, quod diximus
ſupra monito XXIIII; Vſuarium in re
in qua uſum habet, nil aliud habere
quàm uſum quotidianum. Inſt. de uſu
& habit. in princip. adeo quidem, ut
ius quod habet, neq; locare alii, nec
uendere, neque gratis concedere po-
teſt, ut ipſe textus ibi habet. At ſecun-
dum opinionem Archidiaconi, be-
neficiarius habet ius adminiſtrandi
bona omnia beneficii, locandi etiam
& uendendi reditus, ſeq; ex illis alen-
di, & reliqua diſtribuendi pauperibus,
quos elegerit; ut ſupra late dictum eſt
monito XXX. & ſicut non ſunt uſua-
rii tantum, ita non ſunt etiam uſu- 1
fructuarii, ſaltem libere & plene: quia
ut in d. lib. q. 1. nu. 70. diximus, uſu-
fructuarius donare poteſt, & relinque-
re in uita, & in morte licite ſuos fru-
ctus cuicunque uoluerit. Inſt. de uſu- 7
fruct. in princip. & melius. Inſt. de uſu
& habit. §. 1. ſine ullo paupertatis, aut

pietatis intuitu, ob ſolam amicitiam, cognationem, aut liberalitatem. Beneficiarius uero, minime: quod ſatis clare probat poſt alios cõcil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.

SVMMARIVM.

Vſufructus cauſalis quid? & quòd is nullatenus pertinere poteſt ad beneficium, in bonis beneficij. num. 1.

XXXVI. Moneo, quòd ſicut præfatus N. male ſignificauit in præfato cap. 5. 3. part. Archidiaconum tenuiſſe; beneficiarium eſſe tantum uſuarium, ut in proximo monito dictum eſt: ita peius dixit in. 4. part. cap. 5. quòd beneficiarius eſt uſufructuarius cauſalis.
1 Quoniam ille dicitur uſufructuarius cauſalis, qui habet ius utendi & fruendi aliqua re unitum cum eius proprietate, eo quia eſt dominus eius. iuxta mentem Bart. & aliorum in. l. Qui uſumfructum. ff. de uerb. oblig. quam breuiter Iaſ. ibi col. 5. declarat. At beneficiarius, quàmuis haberet ius utendi

di & fruendi rebus,& bonis ſui beneficii, non tamen id haberet eo quòd ſit dominus eorum,ut efficaciter, & late probatum eſt monito. XXIIII. demonſtrando periculoſum eſſe, affirmare poſt concil.Trid.id quod ipſe contra communem, imo & omnium catholicorum ſententiam,noue ſomniauit, in.d. cap.5. uidelicet, Verum dominium bonorum eccleſiæ eſſe penes beneficiarios.

SVMMARIVM.

Bona etiam immobilia comparata per beneficiarium ex reditibus beneficij, non fiunt ipſo iure eccleſiæ, niſi nomine ipſius quærantur. nu. 1.

Intellectus iurium, quibus ſignificatur,comparata ex reditibus eccleſiæ fieri ipſo iure eius. nu. 2.

XXXVII. Moneo,quòd præfatus N. in 3. par. cap. 2. prolixe multa extraria miſcendo, rigidioremq; ſe beneficiariis, quàm communis, & nos ſumus, 1
exhibendo,concludit; omnia, quæ beneficiarii quærũt de reditibus ſuorum beneficiorum, quæri eccleſiis eorum;

& ita quæri, ut ipſo iure dominium eorum tranſeat in illas; immo & poſſeſſio, adeo quidem, ut competat eccleſiis nō ſolum hypotheca, ſed etiam Saluianum interdictum: quia concluſio primo ex diametro eſt contraria alteri eius concluſioni, qua affirmat, beneficiarios, ita dominos eſſe ſuorum eccleſiaſticorum redituum, ad diſpenſandum eos pro libito, ac ſunt laici ſuorum ſæcularium. Et ne dicas id dici ab eo arguendo contra ſuam cōcluſionem, conſidera, quòd id proſequitur per. 25. folia; & tandem multis extrariis immixtis, affirmat id quod notamus, excepto illo de Saluiano interdicto, quod in medio reliquit. Deinde, ꝙ neq; Archidiaconus, neq; ullus alius, qui illum ſequitur, etiam ſi longe ſtrictius, q̃ N. loquatur, unquā dixit, ꝙ ueſtes, libri, phialæ, ſciphi lances, coclearia argentea, & alia ſuppellectilia, & mobilia, quæ beneficiarii emunt in uſum ſuarum perſonarum, uel ad donandum quibus oportet, in

iuſtam

iuſtam remunerationem obſequiorũ, aut munerum ab aliis acceptorum, aut cõuertendum ea in opera pia, fiãt iure ipſo eccleſiarum eorum, ita quòd non poſſunt ea uendere, aut commutare pluſquàm alia eccleſiarum ſuarũ utenſilia, in uſus proprios earundem comparata: imo neq; domus, neq; uineæ, prata, areæ, uel alia immobilia, quæ emunt ad tradendum, & poſtea in dotem, uel donationem propter nuptias, aliquibus pauperibus cognatis, uel aliis, aut capellæ alicui in dotem, uel aliis piis operibus fiant eccleſiarum; ita ut ſine cauſa, & ſolemnitate ab eis auelli nequeant; obſtante. c. Sine exceptione. 12. q. 2. & c. Nulli, de reb. eccleſ. non alien. Tertio, quòd beneficiarius, licet non ſit tam liber omnium redituum eccleſiaſticorum dominus, ac laicus ſuorum; eſt tamen dominus aſtrictus, uel adminiſtrator eorum, ad ſe honeſte alendum ex eis, & diſtribuendum reliqua pauperibus, quos ipſe ad id elegerit;

rit; præſentibus, uel abſentibus, præſ.ntis temporis, uel futuri. Et ita ea ſolum, quæ ipſe emit pro eccleſia ſua, ſeu eius nomine, ipſo iure fiunt eius irreuocabiliter, iuxta. l. final. C. de ſacroſ. eccleſ. non autem alia, quæ emit ad uſum ſuum, uel alia opera pia, in quæ iuſte poteſt ipſe illa impendere. Ita quòd eadem omnino, & tanta facultas ſit beneficiario in rebus emptis ex beneficii reditibus, quæ & quanta in ipſiſmet reditibus:& conſequenter ita, & non plus, neq; minus poteſt diſponere de quæſitis ex eis,ac de ipſiſmet: niſi cũ illa emit, uel quærit eccleſię nomine,ac ea mente ut ilico fiant ipſius beneficii, uel eccleſiæ, iuxta præfatam.l.final. C.de Sacroſ.eccleſ. quæ nõ extenditur ad ea quæ beneficiarius ſibi emit: quia non tranſit per illam emptionem ipſo iure in beneficiarium dominium rei emptæ nomine ipſius uirtute ſolius contractus facti in uſum perſonæ ſuæ, uel in fines præfatos. Oportet enim interuenire

traditionem

traditionem, per quam tranſeat in eũ illius dominium, uel poteſtas diſponendi de illa etiam ad pia, ſicut poterat diſponere de reditibus, ex quibus iam emit, iuxta.l.Traditionibus. C.de pact. & §.Per traditionem.Inſtit.de rerum diuis. ut tangitur in fine huius moniti. Quarto, quòd non obſtant illa multa, quę ipſe pro ſe adducit, puta.c. Placuit. 12.q.3. & c. Sacerdos.& c. Presbyter. & c. Quicumq; 12.q.4. & c. 1. & c. Inquirendum.& c. fin. de pecul. cleric. quæ uerboſius ipſe ad litteram recitando citat, nomina conciliorum quibus tribuuntur, nominando.Per quæ uidetur probari, ꝙ nullus beneficiarius debet emere agros aliquos, uel prædia ſibi, de reditibus ſui beneficii; neq; nomen ſuum in inſtrumentis emptionum inſcribere: ſed debet emere ſuæ eccleſiæ,& nomen eius in inſtrumento ponere. Ad quæ omnia reſpódeo; primum, mirari me quomodo N. qui uerba illorũ adeo ponderat, auſit dicere, beneficiarios eſſe adeo

adeo liberos dominos redituum ſuorum eccleſiaſticorum, ac laicos ſuorum ſæcularium. Deinde, quòd ſenſus
a corũ naturalis, & germanus eſt; quòd beneficiarii non debent emere de reditibus eccleſiæ, quos ipſi nõ poſſunt conuertere in uſus ſuos, aliquid ſibi, ſed tãtum ipſi eccleſiæ; neq; de reditibus, quos in ſuos uſus cõuertere poſſunt, debent quærere ſibi eo animo, ut illud fiat ſuum ad donandum illud, cui uoluerit pro libito; ſed bene ad effectum utendi eo ad ſuſtẽtationem ſuam, & ſuorum, & pauperum, aut aliorum piorum, præſentium, uel abſentium, præſentis temporis, uel futuri. Cautum tamen & pium eſſet, ut inſtrumentum emptionis rei immobilis fieret nomine eccleſiæ, ſi illud uult ſtatim ei applicare, uel exprimere generaliter, uel ſpecialiter finem illum pium in quem emit, & uult applicatum iri; ſi tamen ſimpliciter & abſolute ſibi nomine ſuo emat, fiet ſuum per traditionem cum illo onere erogandi

gandi ſuperflua pauperibus, cum quo reditus illi ex quibus emit, pertinent ad ipſum: quæ eſt quotidiana, & pia reſolutio fundata in illa regula, quæ habet; ſubrogatum ſapere naturam eius cui ſubrogatur. l. ſi eum. §. Qui iniuriarum.ff.Si quis caution.& c.Eccleſia, ut lit. penden. cum aliis, quæ probant frequenter rem ſuccedere loco pretii.Addo tandem textus irrefragabiles, in extrauag. Iulii. III. Datum Romæ anno 1549. relata ad literam a nobis in Coment. c. Non liceat. 12. q. 2. & in extrauag. Pauli IIII. edita anno.1556. relata,ubi ſupra.& in alia Pii.IIII. edita anno. 1560. relata ibidem: Per quas præfati ſummi Pontifices clare declarant, omnia mobilia, immobilia, & ſe mouentia quæſita a beneficiariis de reditibus ſuorum beneficiorum, dici & eſſe ſpolia eccleſiaſticorum debita Papæ, & non aliis. At conſtat, ꝙ ſi empta a beneficiariis, ſuo nomine & ſibi,fierent eccleſiarum ipſo iure,per.l.fin.C.de Sacroſ.eccleſ.

perinde

perinde ac empta nomine eccleſia-rum, non cenſerentur ſpolia, quæ mortuo beneficiario deberentur Papæ, uel alii habenti ius ſpoliorũ pluſquã alia eccleſiis incorporata. Per ea, quæ in diffinitione ſpoliorum dicimus in d. c. Non liceat. Nec obſtat, quod ſupra monito. XXIIII. dictum eſt; Omnium bonorum eccleſiaſticorum dominium eſſe penes CHRISTVM, & adminiſtrationem eorũ uniuerſalẽ penes Papam; & particularem maioris partis eorum penes alios: & quòd reditus eccleſiaſtici ſunt bona eccleſiaſtica; & conſequenter ipſorum & bonorum emptorũ ex eis dominium eſt penes CHRISTVM; & ſola adminiſtratio penes miniſtros eius & eccleſias ipſorum. Non inquam id obſtat: quia ut in monito XXV. nu. 2. dictum fuit, duo ſunt genera bonorum eccleſiaſticorum quartę ſpeciei. Altera ſunt bona incorporata eccleſiis: altera reditus eorũ; & beneficiarii maiorem poteſtatem habent in his, quàm in illis.

Et

Et licet ipſo iure irreuocabiliter, quæratur CHRISTO, & eius eccleſiis ipſius nomine dominiũ,& adminiſtratio emptorum nomine ipſius: emptorum uero nomine beneficiariorum, dominium & adminiſt atio non quæritur etiam reuocabiliter ante traditionem nec CHRISTO, nec eccleſiis, nec beneficiariis.

SVMMARIVM.

Beneficiarius uane, uel profane beneficij reditus impendens, peccat moraliter. nu. 1.

Et aſſerere contrarium, eſt aliquibus quædam hæreſis. nume. 3.

*Opinio communis tenenda, niſi. &cæt. nume.*2.

Petrus Sotus magnum Dominicani ordinis ornamentum. nume. 3.

Cardinalis Illuſtriß. *Vermienſis, etiam ante purpuram nomine Hoſius, toti orbi clariſſimus, Petrum Sotum feliciſſime contra Brentium defendit. nume.* 3.

Frater Michael Medina *laudatus. nume.* 3.

Nouitates, præſertim relaxantes mores, uitandæ. numero. 4.

Opinio N. apud omnes fere catholicos male audit. nume. 5.

Papa

Papa, licet nulli legi humanæ quo ad uim coactiuam ſubijciatur, tamen non permittit ſibi uſum opinionis N. nu. 5.

Aliena quærens, ſua perdit, ut totum qui quærit totum. num. 6.

Materia ſuperbiendi, ambiendi, &cæt. tollenda. num. 7.

Didacus a Leyua ſiue Couarruuias laudatus. nu. 8.

Bona Eccleſiaſtica eſſe uere Chriſti, & ex mente eius ſubiecta oneri tribuendi ſuperflua pauperibus. num. 9

Dominicus Sotus palinodiam tacite canere uidetur. num. 10.

Eccleſiaſtici, etiam epiſcopi, menſa ſimplici, & apparatu paupere utantur. num. 11.

Beneficiarius, qui tribuit reditus diuiti, qui ſibi beneficium procurauit, mortaliter peccat. nu 12.

Traditiones Apoſtolicæ perinde ac diuinæ ſeruandæ. num. 13.

Bona eccleſiaſtica eſſe Dei, eſſe danda pauperibus, & non diuitibus; ideoque non eſſe æque liberâ atque laica, concilium Trident. definit. nu. 14.

Bonorum eccleſiaſticorum impenſa uana, & profana non ideo mala, quia prohibita; ſed prohibita, quia mala. num. 14.

1 XXXVIII. Moneo, ꝙ in prefato libello noſtro ad prædictam quæſtionem primam affirmatiue reſpondemus; id quod

quod cõmunis opinio ſequuta men-
tem Innoc. in.c.Indecorum,de ætat.&
qualit.affirmat,ſcilicet, nõ ſolũ uenia-
liter,ſed etiã mortaliter peccare bene-
ficiarium,qui uane uel profane bene-
ficii ſui reditus impendit. Circa quam 2
cõcluſionem adeo præfatus N. & ego
ſumus contrarii, quòd ille ait; benefi-
ciarium adeo eſſe dominum ſui bene-
ficii redituum,ac aliorum ſui patrimo-
nii; perinde quoque poſſe illos im-
pendere in quoſcumq; uolet uſus, ac
alios ſui patrimonii reditus: neq; plus
peccare in illis profane, uaneue im-
pendendis, quàm in iſtis: neque plus
quàm laici in impendendis ſuis ſæcu-
laribus reditibus. Ego uero ſequu-
tus communem opinionem,quam prę
cæteris aſſerit Archidiaconus in.c. Sta
tutum.§.Aſſeſſorem. col. penul. de re-
ſcrip.lib.6.& in principio 44. diſtinct.
& in. c. Si epiſcopus. 12. q. 1. contra
aio; Id adeo eſſe falſum, & contra-
rium catholicæ (quæ ſacroſancta Ro-
mana eſt) eccleſiæ canonibus, quòd

nullatenus eſſet ſcribendum, neq; audiendum. Primo quidem, q a cõmuni
2 ſenſu nõ eſt recedendum ſine lege, uel efficaci ratione, per.c.fin.20.diſt. & doctrinam Io. And. receptam in. c. 1. de conſtit. præſertim, quando eſt adeo ut hæc recepta; & adeo debili ratione fundata cõtraria ac inſolens, ut nullus antiquorum Canoniſtarum, etiam ipſo
3 N. confitente, id audire uoluerit. Imo præfatus Archidiaconus in. §. Aſſeſſorem, eſſe hæreticum in iure dixerit: cuius dictum, licet N. dicat in 4. part. ſui lib. cap. 1. nu. 15. non eſſe intelligendum de uera hæreſi; ait tamen intelligendum eſſe de dicto adeo a cõmuni ſenſu & mente canonum alieno, ut nemo niſi qui ab eiſdem canonibus aperte diſſentire uelit, eam ſequi poſſet: quæ ſunt uerba eius. Alius tamen longe utroq; illorũ, & me in ſacris litteris eruditior, & grande ordinis Dominicani ornamẽtum; qui ob inſignem pietatem, fuit a ſacris confeſſionibus catholiciſſimi Imperatoris Caroli. V. ſa-

tis ſenſiſſe uideri alicui poteſt, eam eſſe uere hęreticã, in lib. de Inſtit. ſacerdot. 2. part. de uit. ſacerd. lect. 3. tit. de bonis eccleſiaſticis, in hæc grauiſſima uerba. Primo omnium conſtat, ex decurſu totius eccleſiæ ab Apoſtolis, & ipſo iure diuino; bona omnium eccleſiarum, cum Chriſti ſint, merito etiam pauperum eſſe: neq; ulla ratione, aut poteſtate humana fieri poſſe, ut licite in alios uſus, quàm eccleſiaſticos, & pauperum expendi poſſint. & paulo poſt. Et contrarium credimus eſſe errorem grauiſſimum, ſaltem contra bonos mores, & iuſtitiam; & quidni etiam contra ſcripturam? hæc ille: cuius dicta, eo maiore ſunt apud omnes pios, & eruditos authoritate, quo inſigniorem ob pietatem, prudentiam & eruditionem, in ſuum confeſſarium ſibi præfatus Imperator delegit; & ad bellum in Lutheranos & rebelles Germaniæ ſuſcipiendum, & adminiſtrandum conſtantiorem hortatorem & cõſultorem habuit, & quo ipſius ſcripta contra in-

felicem Brẽtium felicius dignatus fuit defendere Illuſtr.& Reuerend. idemq; pientiſſimus & eruditiſſimus Cardinalis Vermienſis, qui ſub nomine, Hoſius, etiam ante purpuram toti orbi chriſtiano erat clariſſimus. Non eſt autem is Petrus Sotus, idemq; Dominicus Sotus ſupra citatus, uir eiuſdem ordinis eruditiſſimus quidem, & piiſſimus; ſed aliquo nomine illo inferior, qui longe poſt nos Salamanticæ cathedram & doctoratum obtinuit; & cuius multas opiniones, quas contra receptas tentauit, habitaq; quæ debebatur ei reuerentia, non ſine complurium etiam ordinis ſui & ſcholæ uirorum doctiſſimorum conſenſu, in uariis noſtris opuſculis refellimus. Quarũ una eſt hæc, ut patet in. q. 1. & 2. præfati noſtri libelli, cuius apologiã teximus, & antea in Manuali cap. 25. nu. 126. & ſequen. Vna, inquam, earum quam N. defendere nititur: & magis q̃ ille exerit, & amplificat, tanto mea ſententia maiore beneficiariorũ animarũ dam-

no, & decoris clericalis detrimento; quanto magis fulcit illos impios, qui ne decimæ clericis ſoluerentur, ea ratione multis perſuaſerũt, ꝙ illi eis tanq̃ ſui patrimonii reditibus uterentur. Reuerẽdus item admodum frater Michael Medina, magnum totius perq; illuſtris Franciſcanorum ordinis ornamentum, lib. 7. de recta in Deum fide, omnium ordinis ſui uirorum (in quibus profecto complures ſunt doctiſſimi, iuxta ac pientiſſimi) mentem complexus, prædictam nouam opinionem appellauit ſacrilegam; & talem, quæ euangelicũ opitulandi pauperibus miniſterium excludit; quæ adulatoriis, & uaniſſimis quorundã ſophiſtarum nugis, in ſcholas irrumpens, protrudere cœpit ab eis illam ſanctorum Authorũ ſententiam; Bona clericorum eſſe bona pauperum: qua factum eſt, ut eccleſiæ ac toti Clero magni theſauri inuiderentur, & ut in electione epiſcoporum non gregi, ſed epiſcopis prouideatur; multique Principes hæretici

bona eccleſiaſtica uioléter inuaſerint.
4 hęc illius ſententia. Secundo, confirmo idem, eo quòd nouitates uitandæ ſunt, qua parte uitari poſſunt. l. In rebus. ff. de legib. & c. Cum conſuetudinis, de conſuetud. cum ei annotat. & a cõmuni non eſt recedendum, niſi urgente ad id textu, aut ratione, c. De quibus. 20. diſt. & l. penul. C. de fidei cõmiſſ. & in dubio, ſecuriora & tutiora ſunt ſequenda. c. Ad audientiam, de homicid. c. Si quis autem, de pænit. diſt. 7. & non eſt præſtanda materia laxandis moribus, in quod hoc ſæculum adeo eſt propenſum. c. Ex parte, de conſuetud. l. Conuenire, ff. de pactis dotal. & in dubio, pro religione iudicandum eſt. l. Sunt perſonæ, de relig. & ſumpt. funer. At noſtra ſententia eſt uetuſtior, imo & omnium fere antiquorum, & communis etiam recentiorum, ipſomet N. fatente in cap. 1. ſecundæ partis nu. 1. Eſt item animabus longe ſalubrior ipſomet teſte, in epiſtola nuncupatoria, & ſecurior ut palam eſt, &

moribus

moribus reformandis longe aptior; ut
ex concil. Trident. cap. 1. de reformat.
ſeſſ. 25. colligitur, & pietati ac religio-
ni fauorabilior: quippe quæ cauſam
Chriſti, & pauperum defendit. Ergo
potius amplectenda eſt, quàm opinio
eius noua paucorum, parum tuta, &
male fida carinis, parum religioſa, &
multum laxa; & quæ plurimum bene-
ficiariorum mentes a cæleſtibus in ter
rena demittit. Tertio, ꝙ hæc nouitas
omnibus ferme eccleſiæ chriſtianę ca-
nonibus, ut poſtea monſtrabitur, ob-
uiat; & adeo quidem, ꝙ nullus anti-
quus canoniſtarum, ut dictum eſt, eam
tenuerit. Eadem nouitas adeo a cōmu
ni totius populi Chriſtiani ſenſu ab- 5
horret, ut rari ſint ex his, qui ex animo
ſunt chriſtiani, & ſacras ſacrorumque
doctorum ſcripturas legerunt, qui non
ægre ferant audire; ꝙ tam libere poſ-
ſunt Primates, Archiepiſcopi, Epiſco-
pi, & alii quiq; beneficiarii de omni-
bus ſuis reditibus eccleſiaſticis in ꝓ-
fanos uſus diſponere, ac Reges, Reguli,

Duces, Marchiones, Comites & alii laici, de ſuis ſæcularibus: cum palam ſit, nec etiam Papam, licet nulli humanæ legi ſaltem quoad uim coactiuam, ſubiiciatur.c.Propoſuit, de cōceſſion. præben. id ſibi permittere:neq; ullius Papę teſtamentum,ſaltem ad profana, in hunc diem ab aliquo eius ſucceſ-
6 ſore admiſſum. Quarto, ꝙ fugienda ſunt illa,quibus quis dum quęrit aliena, perdit ſua. c. 1. ſub fin. 13. q. 1. iuxta illud.Qui totum uult, totũ perdit. At hæc nouitas efficit clericum ualde odioſum: quin & adeo commouet aliquos Reges, Regulos, & alios laicos, qui decimas & primitias ſoluunt; quique uel quorum prędeceſſores, urbes, oppida, montes, ualles, territoria, iuriſdictiones, & alia prædia plurima, eccleſiæ donarunt, ut eius miniſtri primum, deinde pauperes ſuſtentarentur; adeo, inquam, hæc nouitas horum aliquos commouet, ut ſint quos pænitere incipiat, ea illi donaſſe, & uelle ſi poſſent ea reuocare.

reuocare. Quod ut multis in locis tentatum eſt, ita in pluribus tentatum iri, timeri poſſit; ſi hac opinione inflatus clerus ſuperbierit, & quærens aliena, ſua perdendi periculo expoſuerit. Quinto, quòd hæc eadem
7 nouitas, eſt occaſio præſentiſſima clero theſaurizandi, pauperes deſpiciendi, cognatos ditandi, nimium cupiendi, ſuperbiendi, ambiendi, per fas & nefas ſacerdotia quærendi; imo & luxuriandi apparatu ſaltem & ueſtitu, & utinam non uenere, ac luxu: & denique auertendi mentes a cæleſtibus deſideriis, in quæ ut Deus eas cõuertat, nunquàm nõ rogat & flagitat Eccleſia uniuerſa: quas occaſiones fugiendas eſſe ſatis probant principium. c. 42. diſt. & c. Cum iam dudum, de præb. & principium extrauag. Execrabilis Io. XXII. & præfatum. cap. 1. de reformat. concil. Trident. ſeſſ. 25. Sexto, quòd licet utcumque audiri poſſit, & colorem habeat opinio Cardinalis Zabarellæ in clem.

Gratiæ,

8 Gratiæ, de reſcript. nu. 12. & in clem. Quia contingit, de religioſ. domib. nu. 10. & in cap. fin. de peculio cleric. uidelicet; Beneficiarios reditus eccleſiaſticos ſuos profane impendentes, non teneri quidem ad reſtitutionem, ſed mortaliter peccare; ut eam nouiſſime audiuit D. Didacus a Leyua ſiue Couarruuias, meus olim diſcipulus dilectiſſimus, meiq; ueluti filius quidam diligentiſſimus; nunc autem eruditiſſimus doctor, & ſcriptor celeberrimus, idemq; pater ualde Illuſtris, & Epiſcopus Segobienſis ih. c. Cum in officiis, de teſtam. qui tamen pro ſua, quæ maxima eſt modeſtia, dedit ad me mandata, quibus me certiorem fecit, meã; quæ adeo communis eſt ſententiam, ſe opere ſeruaturum: & apud eum, qui ſatis dominum timet, ſententiam, quã ipſe ſcripſit, ſatis accedere ad noſtram; cum timor peccati mortalis magis debeat hominem deterrere a peccato, quàm onus reſtitutionis. Hæc, inquam; opinio licet ut cumq; audiri poſſit, &

colorem habeat; & eam, ut in libello quem defendo. q. 2. nu. 1. aſſero, niſi adeo conſcientia reclamaſſet, tenuiſſem. At hæc alia noua, quæ habet beneficiarium nihilo plus peccare impẽdendo reditus eccleſiaſticos uane uel profane, quàm reditus ſui patrimonii: quodq; reditus Regum, Regulorum, Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorũ laicorum profani ex una parte, & reditus eccleſiaſtici Papæ, Patriarcharum, Primatum, Archipræſulum, Pręſulum, & aliorum beneficiariorum ex altera, ſint in hoc pares; nihilq; reditus eccleſiaſtici differant in hoc a reditibus profanis patrimonialibus, tãq̃ omnino libera ſit illorum, ac horum diſpenſatio, grauiſſimus profectò error eſt, quoad mores & iuſtitiam; & quoad doctrinam hęreſis, uel proximus ei; ut grauiſſime cenſuit prępfatus Petrus Sotus in loco pręcitato; & ante illum Archidiaconus communiter receptus in præfato. c. Statum. §. Aſſeſſorem col. penul. de reſcript. lib. 6. & indigniſſimum,

gniſſimum, quòd ſanctiſſimo illi & canonum eccleſiæ obſeruantiſſimo Thomæ Aquinati tribuatur; & plane contrarium Cócilio Tridentino, in cap. 1. de reformat. ſeſſ. 25. cuius hac de re fragmẽtum inſeruimus, monit. XXIIII.
Septimo, quòd omnia prædicta bona eccleſiaſtica, ſunt bona Chriſti quoad uerũ dominium: quod per duodecim fundamenta irrefragabiliter probauimus in præfato monit. XXIIII. non ſolum ea generali ratione, qua omnia ſunt eius. Pſal. 23. & c. Quo iure. 8. diſt. ſed etiam ſpeciali cenſura, & diſpoſitione hominis, qua omnia ſacra & donata ei, ſunt eius; ita ut dicantur nullius, ſcilicet, hominis uel hominũ. §. Nullius. Inſt. de rerum diuiſi. ut ibi late probatur & declaratur. At conſtat per allegata ſupra monito. XXVII. per tredecim fundamẽta, ꝙ uoluntas eiuſdem Chriſti. D. N. declarata, & præcepta per ipſummet ſaltem factis, & per Apoſtolos & eccleſiam, eius traditionibus, & canonibus eſt, ut omnia

illa

illa impendantur in honeſtam ſuſtentationem eccleſiæ, miniſtrorum, & piorum operum. Ergo ea, quæ ſuperſunt miniſtris decenter ſuſtentatis, debent diſtribui piis operibus; & per cõſequẽs peccatum eſt contra facere. Octauo, 9
ꝙ ut proxime dictum eſt, & per ſexdecim rationes neruoſas probauimus in prefato noſtro libello, q. 1. nu. 17. & conſequentibus, per quarum aliquas, & alias idem irrefragabiliter probauimus ſupra monit. XXVII. quòd prefata bona eccleſiaſtica, tam ex uoluntate & intentione fideliũ, qui ea Chriſto dederũt, & dantiq̃ ex ipſiuſmet CHRISTI declarata, & præcepta per ipſummet uerbis & factis, & per Apoſtolos & eccleſiã eius traditionibus & canonibus, habent modũ, & onus expreſſe aut tacite iniunctum; ut ea, quę miniſtris eius honeſte ſuſtẽtatis, ſuperfuerint, in pauperes, & alia opera pia inſumantur. At qui modum & onus iniunctum rei ſibi traditę ab alio, non implet; facit cõtra legem iuſtitiæ com-

mutatiuæ

bantur. Et ita oportet eum confiteri, ut ait Clemens ſupra relatus, datas fuiſſe ad ſuſtentationem, non ſolum miniſtrorum, ſed etiam pauperum; imo & in art. ſeq. 4. col. 2. forſan conſcientia, quę dictauit ei, ſe parum miſericorditer in art. pręcedenti loquutum, adactus dixit: Antiquam eccleſiæ pulchritudinem, in ſubſidio pauperum eluxiſſe, quam Apoſtoli diaconorum miniſterio impenſe uiduarum, orphanorum, indigentiumque curam gerebant. Imo paulo poſt ſubdit, epiſcopos non debere habere alios filios q̃ pauperes; non debere item inſtituere maioratus, neq; conſanguineis aliter prouidere, quàm pauperibus; neque locupletare illos, ſed tantum ut abſq; neceſſitate uitam ducãt. Et paulo poſt col. fin. ait, quòd epiſcopi non debẽt eſſe remiſſiores in erogandis eleemoſynis q̃ ſi lege iuſtitię tenerentur id facere: quinimo ſubdit, confeſſarios eis debere in uita, & in morte largiſſimas eleemoſynas, eas facere negligẽ-

tibus

tibus pro pœnitentia imponere, eòq; propemodũ res recidere, ac ſi lege iuſtitiæ ad reſtitutionem tenerẽtur. Imo & addit, ꝙ beneficiarius, qui ut ſuum nomen perpetuo celebret in ædificiis etiam piis ampliandis & perornandis inſumit ea, quibus pręſentibus paupe ribus ſuccurri poſſet, ne fame perirẽt, non ſolum rem uanam, ſed etiam perniencioſam, & CHRISTO ingratiſſimam agere. Quæ dicta, quid aliud q̃ palinodiam quandam tacitam eorum, quæ art. 3. præcedẽti dixerat, cõtinent? & ſignificant contrariam concluſioni eius, & præfati N. uidelicet, longe ſtrictiorem poteſtatem habere beneficiarios in reditus eccleſiaſticos, quàm in patrimoniales, & quàm laicos in laicos: & grauius peccare in eis uane, uel profane impendendis, quàm in laicis: quæ noſtra concluſio eſt.
Vndecimo, quod ultra hæc omnia, efficaciter urget; ꝙ ſacri canones negãt facultatẽ teſtandi beneficiariis de redi tibus ſuorũ beneficiorũ. c. 1. c. Ad hęc.
 c. Relatum,

nullatenus eſſet ſcribendum, neq; au-
2 diendum. Primo quidem, ꝙ a cõmuni
ſenſu nõ eſt recedendum ſine lege, uel
efficaci ratione, per. c. fin. 20. diſt. & do
ctrinam Io. And. receptam in. c. 1. de
conſtit. præſertim, quando eſt adeo ut
hæc recepta; & adeo debili ratione fun
data cõtraria ac inſolens, ut nullus an-
tiquorum Canoniſtarum, etiam ipſo
3 N. confitente, id audire uoluerit. Imo
præfatus Archidiaconus in. §. Aſſeſſo-
rem, eſſe hæreticum in iure dixerit: cu-
ius dictum, licet N. dicat in 4. part. ſui
lib. cap. 1. nu. 15. non eſſe intelligen-
dum de uera hæreſi; ait tamen intelli-
gendum eſſe de dicto adeo a cõmuni
ſenſu & mente canonum alieno, ut ne
mo niſi qui ab eiſdem canonibus aper
te diſſentire uelit, eam ſequi poſſet:
quæ ſunt uerba eius. Alius tamen lon-
ge utroq; illorũ, & me in ſacris litteris
eruditior, & grande ordinis Domini-
cani ornamẽtum; qui ob inſignem pie
tatem, fuit a ſacris confeſſionibus ca-
tholiciſſimi Imperatoris Caroli. V. ſa-
tis

tis ſenſiſſe uideri alicui poteſt, eam eſſe uere hęreticā, in lib. de Inſtit. ſacerdot. 2. part. de uit. ſacerd. lect. 3. tit. de bonis eccleſiaſticis, in hæc grauiſſima uerba. Primo omnium conſtat, ex decurſu totius eccleſiæ ab Apoſtolis, & ipſo iure diuino; bona omnium eccleſiarum, cum Chriſti ſint, merito etiam pauperum eſſe: neq; ulla ratione, aut poteſtate humana fieri poſſe, ut licite in alios uſus, quàm eccleſiaſticos, & pauperum expendi poſſint. & paulo poſt. Et contrarium credimus eſſe errorem grauiſſimum, ſaltem contra bonos mores, & iuſtitiam; & quidni etiam contra ſcripturam? hæc ille: cuius dicta, eo maiore ſunt apud omnes pios, & eruditos authoritate, quo inſigniorem ob pietatem, prudentiam & eruditionem, in ſuum confeſſarium ſibi præfatus Imperator delegit; & ad bellum in Lutheranos & rebelles Germaniæ ſuſcipiendum, & adminiſtrandum conſtantiorem hortatorem & cōſultorem habuit, & quo ipſius ſcripta contra in-

felicem Brētium felicius dignatus fuit defendere Illuſtr. & Reuerend. idemq; pientiſſimus & eruditiſſimus Cardinalis Vermienſis, qui ſub nomine, Hoſius, etiam ante purpuram toti orbi chriſtiano erat clariſſimus. Non eſt autem is Petrus Sotus, idemq; Dominicus Sotus ſupra citatus, uir eiuſdem ordinis eruditiſſimus quidem, & piiſſimus; ſed aliquo nomine illo inferior, qui longe poſt nos Salamanticæ cathedram & doctoratum obtinuit; & cuius multas opiniones, quas contra receptas tentauit, habitaq; quæ debebatur ei reuerentia, non ſine compluriū etiam ordinis ſui & ſcholæ uirorum doctiſſimorum conſenſu, in uariis noſtris opuſculis refellimus. Quarū una eſt hæc, ut patet in. q. 1. & 2. præfati noſtri libelli, cuius apologiā teximus, & antea in Manuali cap. 25. nu. 126. & ſequen. Vna, inquam, earum quam N. defendere nititur: & magis q̄ ille exerit, & amplificat, tanto mea ſententia maiore beneficiariorū animarū dam-

no, & decoris clericalis detrimento; quanto magis fulcit illos impios, qui ne decimæ clericis ſoluerentur, ea ratione multis perſuaſerũt, ꝙ illi eis tanq̃ ſui patrimonii reditibus uterentur. Reuerẽdus item admodum frater Michael Medina, magnum totius perq; illuſtris Franciſcanorum ordinis ornamentum, lib.7.de recta in Deum fide, omnium ordinis ſui uirorum (in quibus profecto complures ſunt doctiſſimi, iuxta ac pientiſſimi) mentem complexus, prædictam nouam opinionem appellauit ſacrilegam; & talem, quæ euangelicũ opitulandi pauperibus miniſterium excludit; quæ adulatoriis, & uaniſſimis quorundã ſophiſtarum nugis, in ſcholas irrumpens, protrudere cœpit ab eis illam ſanctorum Authorũ ſententiam; Bona clericorum eſſe bona pauperum: qua factum eſt, ut eccleſiæ ac toti Clero magni theſauri inuiderentur, & ut in electione epiſcoporum non gregi, ſed epiſcopis prouideatur; multique Principes hæretici

bona eccleſiaſtica uiolēter inuaſerint.
4 hęc illius ſententia. Secundo, confirmo idem, eo quòd nouitates uitandæ ſunt, qua parte uitari poſſunt. l. In rebus. ff. de legib. & c. Cum conſuetudinis, de conſuetud. cum ei annotat. & a cōmuni non eſt recedendum, niſi urgente ad id textu, aut ratione, c. De quibus. 20. diſt. & l. penul. C. de fidei cōmiſſ. & in dubio, ſecuriora & tutiora ſunt ſequenda. c. Ad audientiam, de homicid. c. Si quis autem, de pænit. diſt. 7. & non eſt præſtanda materia laxandis moribus, in quod hoc ſæculum adeo eſt propenſum. c. Ex parte, de conſuetud. l. Conuenire, ff. de pactis dotal. & in dubio, pro religione iudicandum eſt. l. Sunt perſonæ, de relig. & ſumpt. funer. At noſtra ſententia eſt uetuſtior, imo & omnium fere antiquorum, & communis etiam recentiorum, ipſomet N. fatente in cap. 1. ſecundæ partis nu. 1. Eſt item animabus longe ſalubrior ipſomet teſte, in epiſtola nuncupatoria, & ſecurior ut palam eſt, &

moribus

moribus reformandis longe aptior; ut
ex concil. Trident. cap. 1. de reformat.
ſeſſ. 25. colligitur, & pietati ac religio-
ni fauorabilior: quippe quæ cauſam
Chriſti, & pauperum defendit. Ergo
potius amplectenda eſt, quàm opinio
eius noua paucorum, parum tuta, &
male fida carinis, parum religioſa, &
multum laxa; & quæ plurimum bene-
ficiariorum mentes a cæleſtibus in ter
rena demittit. Tertio, ꝙ hæc nouitas
omnibus ferme eccleſiæ chriſtianę ca-
nonibus, ut poſtea monſtrabitur, ob-
uiat; & adeo quidem, ꝙ nullus anti-
quus canoniſtarum, ut dictum eſt, eam
tenuerit. Eadem nouitas adeo a cõmu
ni totius populi Chriſtiani ſenſu ab- 5
horret, ut rari ſint ex his, qui ex animo
ſunt chriſtiani, & ſacras ſacrorumque
doctorum ſcripturas legerunt, qui non
ægre ferant audire; ꝙ tam libere poſ-
ſunt Primates, Archiepiſcopi, Epiſco-
pi, & alii quiq; beneficiarii de omni-
bus ſuis reditibus eccleſiaſticis in ꝓ-
fanos uſus diſponere, ac Reges, Reguli,

Duces, Marchiones, Comites & alii laici, de ſuis ſæcularibus: cum palam ſit, nec etiam Papam, licet nulli humanæ legi ſaltem quoad uim coactiuam, ſubiiciatur. c. Propoſuit, de cōceſſion. præben. id ſibi permittere: neq; ullius Papę teſtamentum, ſaltem ad profana, in hunc diem ab aliquo eius ſucceſ-
6 ſore admiſſum. Quarto, ꝙ fugienda ſunt illa, quibus quis dum quęrit aliena, perdit ſua. c. 1. ſub fin. 13. q. 1. iuxta illud. Qui totum uult, totũ perdit. At hæc nouitas efficit clericum ualde odioſum: quin & adeo commouet aliquos Reges, Regulos, & alios laicos, qui decimas & primitias ſoluunt; quique uel quorum prędeceſſores, urbes, oppida, montes, ualles, territoria, iuriſdictiones, & alia prædia plurima, eccleſiæ donarunt, ut eius miniſtri primum, deinde pauperes ſuſtentarentur; adeo, inquam, hæc nouitas horum aliquos commouet, ut ſint quos pœnitere incipiat, ea illi donaſſe, & uelle ſi poſſent ea

reuocare.

reuocare. Quod ut multis in locis tentatum eſt, ita in pluribus tentatum iri, timeri poſſit; ſi hac opinione inflatus clerus ſuperbierit, & quærens aliena, ſua perdendi periculo expoſuerit. Quinto, quòd hæc eadem nouitas, eſt occaſio præſentiſſima clero theſaurizandi, pauperes deſpiciendi, cognatos ditandi, nimium cupiendi, ſuperbiendi, ambiendi, per fas & nefas ſacerdotia quærendi; imo & luxuriandi apparatu ſaltem & ueſtitu, & utinam non uenere, ac luxu: & denique auertendi mentes a cæleſtibus deſideriis, in quæ ut Deus eas cõuertat, nunquàm nõ rogat & flagitat Eccleſia uniuerſa: quas occaſiones fugiendas eſſe ſatis probant principium. c. 42. diſt. & c. Cum iam dudum, de præb. & principium extrauag. Execrabilis Io. XXII. & præfatum. cap. 1. de reformat. concil. Trident. ſeſſ. 25. Sexto, quòd licet utcumque audiri poſſit, & colorem habeat opinio Cardinalis Zabarellæ in clem. 7

Gratiæ,

8 Gratiæ, de reſcript. nu. 12. & in clem. Quia contingit, de religioſ. domib. nu. 10. & in cap. fin. de peculio cleric. uidelicet; Beneficiarios reditus eccleſiaſticos ſuos profane impendentes, non teneri quidem ad reſtitutionem, ſed mortaliter peccare; ut eam nouiſſime audiuit D. Didacus a Leyua ſiue Couarruuias, meus olim diſcipulus dilectiſſimus, meiq; ueluti filius quidam diligentiſſimus; nunc autem eruditiſſimus doctor, & ſcriptor celeberrimus, idemq; pater ualde Illuſtris, & Epiſcopus Segobienſis in c. Cum in officiis, de teſtam. qui tamen pro ſua, quæ maxima eſt modeſtia, dedit ad me mandata, quibus me certiorem fecit, meã; quæ adeo communis eſt ſententiam, ſe opere ſeruaturum: & apud eum, qui ſatis dominum timet, ſententiam, quã ipſe ſcripſit, ſatis accedere ad noſtram; cum timor peccati mortalis magis debeat hominem deterrere a peccato, quàm onus reſtitutionis. Hæc, inquam; opinio licet ut cumq; audiri poſſit, & colorem

colorem habeat; & eam, ut in libello quem defendo. q. 2. nu. I. aſſero, niſi adeo conſcientia reclamaſſet, tenuiſſem. At hæc alia noua, quæ habet beneficiarium nihilo plus peccare impẽdendo reditus eccleſiaſticos uane uel profane, quàm reditus ſui patrimonii: quodq; reditus Regum, Regulorum, Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorũ laicorum profani ex una parte, & reditus eccleſiaſtici Papæ, Patriarcharum, Primatum, Archiprӕſulum, Prȩſulum, & aliorum beneficiariorum ex altera, ſint in hoc pares; nihilq; reditus eccleſiaſtici differant in hoc a reditibus profanis patrimonialibus, tãq̃ omnino libera ſit illorum, ac horum diſpenſatio, grauiſſimus profecto error eſt, quoad mores & iuſtitiam; & quoad doctrinam hȩreſis, uel proximus ei; ut grauiſſime cenſuit prȩfatus Petrus Sotus in loco prȩcitato; & ante illum Archidiaconus communiter receptus in præfato. c. Statum. §. Aſſeſſorem col. penul. de reſcript. lib. 6. & indigniſſimum,

gniſſimum, quòd ſanctiſſimo illi & canonum eccleſiæ obſeruantiſſimo Thomæ Aquinati tribuatur; & plane contrarium Cócilio Tridentino, in cap. 1. de reformat. ſeſſ. 25. cuius hac de re fragmẽtum inſeruimus, monit. XXIIII. Septimo, quòd omnia prædicta bona eccleſiaſtica, ſunt bona Chriſti quoad uerũ dominium: quod per duodecim fundamenta irrefragabiliter probauimus in præfato monit. XXIIII. non ſolum ea generali ratione, qua omnia ſunt eius. Pſal. 23. & c. Quo iure. 8. diſt. ſed etiam ſpeciali cenſura, & diſpoſitione hominis, qua omnia ſacra & donata ei, ſunt eius; ita ut dicantur nullius, ſcilicet, hominis uel hominũ, §. Nullius. Inſt. de rerum diuiſi. ut ibi late probatur & declaratur. At conſtat per allegata ſupra monito. XXVII. per tredecim fundamẽta, ꝙ uoluntas eiuſdem Chriſti. D. N. declarata, & præcepta per ipſummet ſaltem factis, & per Apoſtolos & eccleſiam, eius traditionibus, & canonibus eſt, ut omnia illa

illa impendantur in honeſtam ſuſtentationem eccleſiæ, miniſtrorum, & piorum operum. Ergo ea, quæ ſuperſunt miniſtris decenter ſuſtentatis, debent diſtribui piis operibus; & per cõſequẽs peccatum eſt contra facere. Octauo, 9
ꝙ ut proxime dictum eſt, & per ſexdecim rationes neruoſas probauimus in pręfato noſtro libello, q. 1. nu. 17. & conſequentibus, per quarum aliquas, & alias idem irrefragabiliter probauimus ſupra monit. XXVII. quòd pręfata bona eccleſiaſtica, tam ex uoluntatę & intentione fideliũ, qui ea Chriſto dederũt, & dant; q̃ ex ipſiuſmet CHRISTI declarata, & præcepta per ipſummet uerbis & factis, & per Apoſtolos & eccleſiã eius traditionibus & canonibus, habent modũ, & onus expreſſe aut tacite iniunctum; ut ea, quę miniſtris eius honeſte ſuſtẽtatis, ſuperfuerint, in pauperes, & alia opera pia inſumantur. At qui modum & onus iniunctum rei ſibi traditę ab alio, non implet; facit cõtra legem iuſtitiæ com-
mutatiuæ

mutatiuæ naturalem, quę iubet pacta ſeruari. l.1.ff. de pact. etiam a Monarchis. c. 1. de probat. quęq; iubet impleri onus iniunctum rei ab eo, qui eam recipit. l. Secundum naturam ff. de reg. iur. & c. Qui ſentit onus, eod. tit. lib. 6. unde habuerunt originem tituli de condit. cauſ. dat. & condit. & demonſtrat.in.ff.& tituli de condit. ob cauſ. & de his quę ſub condit. & de donat.quę ſub mod. in Cod.& per conſequens, peccat mortaliter; quia facit iniuſtitiam,quę eſt peccatũ mortale, iuxta Tho. receptum. in. 2. ſec.q. 59. art.4.Ergo beneficiarius,cui tradita & cõmendata ſunt bona CHRISTI cum præfato modo & onere iniuncto, peccat mortaliter nõ adimplendo illud. Nono, ꝙ nullo CHRISTI pręcepto, uel exemplo, neq; ulla Apoſtolorum, neq; eccleſię traditione, neq; ulla lege Pontificia, uel Cęſarea, uel ciuili iuſſum eſt; ut bona laica in ſolos miniſtrorum & alios uſus pios impendantur: neq; prohibitum, ne profanis

uſibus,alioqui honeſtis,diſtribuantur. At exemplo CHRISTI, traditione Apoſtolorum, & canonibus Eccleſię, non ſolum uno uel altero loco, ſed ſexcentis explicite uel implicite iubetur illud,& hoc prohibetur; ut uidere eſt in. c. Prǽcipimus.c.penul.& fin.12. q. 1. c. Reuertimini. & c. Quicquid & c.Decimas.16.q.1.c.Quod autem. 23.q.7.c.Conuenior,ead.cauſ.& q.8. & alios quos ſupra monito XXIIII. citauimus.Ergo perperam,& parum pie adæquantur in hoc eccleſiaſticorum bonorum & laicorum reditus, & peius dicitur,nihilo plus peccari, impendendo reditus eccleſiaſticos uſibus profanis, quàm reditus laicos. Deci- 10
mo, ꝙ etiam ipſe Dominicus Sotus, cuius authoritate nitens N. ſuam opinionem defendere audet,in lib.10. de iuſt. & iur. q.4. art.3.col. final.ſic ait. Tempore illo, de quo loquitur Auguſtinus in. c.Decimę.16.q.1.uidelicet, quòd in cõmuni uiuebatur; pauperes tam laici quàm clerici ex decimis alebantur.

bantur. Et ita oportet eum confiteri, ut ait Clemens ſupra relatus, datas fuiſſe ad ſuſtentationem, non ſolum miniſtrorum, ſed etiam pauperum; imo & in art. ſeq. 4. col. 2. forſan conſcientia, quę dictauit ei, ſe parum miſericorditer in art. pręcedenti loquutum, adactus dixit: Antiquam eccleſiæ pulchritudinem, in ſubſidio pauperum eluxiſſe, quam Apoſtoli diaconorum miniſterio impenſe uiduarum, orphanorum, indigentiumque curam gerebant. Imo paulo poſt ſubdit, epiſcopos non debere habere alios filios q̃ pauperes; non debere item inſtituere maioratus, neq; conſanguineis aliter prouidere, quàm pauperibus; neque locupletare illos, ſed tantum ut abſq; neceſſitate uitam ducãt. Et paulo poſt col. fin. ait, quòd epiſcopi non debẽt eſſe remiſſiores in erogandis eleemoſynis q̃ ſi lege iuſtitię tenerentur id facere: quinimo ſubdit, confeſſarios eis debere in uita, & in morte largiſſimas eleemoſynas, eas facere negligẽ-

tibus

tibus pro pœnitentia imponere, eòq; propemodũ res recidere, ac ſi lege iuſtitiæ ad reſtitutionem tenerẽtur. Imo & addit, ꝙ beneficiarius, qui ut ſuum nomen perpetuo celebret in ædificiis etiam piis ampliandis & perornandis inſumit ea, quibus pręſentibus paupe ribus ſuccurri poſſet, ne fame perirẽt, non ſolum rem uanam, ſed etiam perniocioſam, & CHRISTO ingratiſſimam agere. Quæ dicta, quid aliud q̃ palinodiam quandam tacitam eorum, quæ art. 3. præcedẽti dixerat, cõtinent? & ſignificant contrariam concluſioni eius, & præfati N. uidelicet, longe ſtrictiorem poteſtatem habere beneficiarios in reditus eccleſiaſticos, quàm in patrimoniales, & quàm laicos in laicos: & grauius peccare in eis uane, uel profane impendendis, quàm in laicis: quæ noſtra concluſio eſt.

Vndecimo, quod ultra hæc omnia, efficaciter urget; ꝙ ſacri canones negãt facultatẽ teſtandi beneficiariis de redi tibus ſuorũ beneficiorũ. c. 1. c. Ad hęc.

c. Relatum, de teſtam. c. Epiſcopi. 12. q. 2. c. Fixum, ead. cauſ. q. 5. adeo quidem, ꝙ neq; ſumus Pontifex teſtatur de reditibus ſui Pontificatus, ut poſt alios trad. Peruſ. in rub. de teſtam. col. 33. Quę facultas non poſſet negari illis, ſi ſuorum redituum eccleſiaſticorum tam domini eſſent, quàm ſunt profanorum. Duodecimo, quod ſolum ſufficit ad hanc opinionem reuincendam, eſt; ꝙ concilium Cartha-
11 ginenſe relatum in. c. Epiſcopus. 41. diſt. & renouatum nuper in Tridentino ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat. habet; Epiſcopum habere debere pauperem ſupellectilem, mēſamq; ac uictum ſimplicem. Et beatus Hieronym. 44. diſt. in princip. ait; poſſe quidem clericum uiuere de altario, non autem luxuriari: ubi certum eſt, quòd uerbum, luxuriari, nō ſolum ſignificat uenereorum uſum, ſed etiam quemlibet alium, qui neceſſitati naturæ, perſonæq; decentiæ non eſt neceſſarius, licet alioqui non ſit malus. & alio in loco, ſcilicet, 41. diſt.

diſt.in princip.ait,Nullũ clericum ueſte fulgida uti debere. & ante illos, beatus Clemens lib. 2. cap.28. de cõſtitut. Apoſtol. qui mentem Apoſtolorum magiſtrorum ſuorum, melius q̃ nos intellexerat,ait; ꝙ epiſcopi debẽt eſſe,non inanes ſumptus facientes, nõ delicati, nõ ſumptuoſi; ſed expetentes neceſſaria, ad reſarciendam naturam. Et ſeptima ſynodus in.c.1.21.q.4. uetuit, ne ullus clericus ueſte ſerica, aut colore uariato ueſtiretur: & S. Bernard. in epiſt.2.col.penul. cuidam canonico Lugdunenſi ſcribit in hęc uerba. Quicquid præter neceſſarium uictum & ſimplicem ueſtitum de altario retines,tuum non eſt,rapina eſt, ſacrilegium eſt:& paulo ſuperius. De altario non licet comparare aurea frena, ſellas depictas. & alio in loco, epiſtola. 42. col. 3. Clamant nudi, clamant famelici; neceſſitatibus noſtris detrahitur,quicquid uanitatibus ueſtris accedit. Et magnus ille noſter pater Au- 12
guſtinus, a quo potuit diſcere Bernar-
 dus,

dus, ait in ſermone. 37. ad fratres in eremo. Clericus, qui ſui beneficii fructus tribuit diuiti, eo ꝙ ipſe illud ei procurauit, quàmuis in hoc mundo non caſtigetur, in alio tamen æterno igne nõ carebit. & Proſper, in c. Paſtor. 1. q. 2. addit; Diuites, qui accipiunt aliquid a beneficiariis, non ſine grandi peccato accipere. Quæ omnia plane ſignificãt & probant, ꝙ præfata doctrina, quæ eſt omnium fere antiquorum, & cõmunis recentiorum, ut dictum eſt, adeo eſt uera, ut iure quis miretur, eſſe catholicũ aliquem qui aſſerat; nullam eſſe hodie differentiam inter reditus bonorum eccleſiaſticorum, & reditus bonorum laicorum, quibus illa ſine ullo expreſſo uel tacito onere ſpeciali, neq; humana aliqua diſpoſitione a Deo ſunt conceſſa; & ꝙ nihilo plus peccent beneficiarii, uane uel profane ſuos reditus eccleſiaſticos impendentes, q̃ laici ſuos. Quis enim adeo ſuperbiat, ut repuťãs ſecum, ꝙ bonorũ eccleſiaſticorũ ipſemet ſolus CHRISTVS Deus ſpeciali

ciali ratione ac hominis diſpoſitione eſt dñs; & ꝙ per tot authoritates authenticas cõſtet ex mẽte & uoluntate ipſius CHRISTI eſſe, ut oẽs illorũ reditus in miniſtros & oꝑa pia ſuſtendãda inſumant, audeat dicere, nõ eſſe pauperibus plus iuris in eius reditibus, q̃ in ſæculariũ bonorũ? & ꝙ eſt tam liber eccleſiæ redituũ dñs, q̃ dux redituum ſui ducatus? & ꝙ CHRISTVS, qui eorum uerus & ſpecialis eſt dñs, adeo eſt cura uacuus in prouidẽdo pauperibus nũc, quando eſt ditiſſimus, & regnat immortalis, q̃ plenus ea erat, quando uitá uiuebat mortalem, & nõ habebat ubi caput reclinaret? & ꝙ Maieſtas eius diuina, quæ oĩbus dixit Luc. 11. Quod ſupereſt, date eleemoſynam, non uelit, ut ſua propria bona, propriũ eos habeãt alendi onus; & qua parte miniſtris ſuperſunt, eis impẽdi? Decimotertio, ꝙ 13 traditiones Apoſtolicas, ita obſeruare ac uenerari debemus, ac leges diuinas; quando contrarium non reperitur decretũ per ſummum Põtificem, uel cõ-

cilium. c.Eccleſiaſticarum.c. In his. c. Catholica.11. diſtinct. c. Sunt quidã. 25.q.1. Cõſtat autem Apoſtolos hoc, quod dicimus tradidiſſe, idq; ſeruatum fuiſſe ab eccleſia primitiua & a ſummis Pontificibus,& Epiſcopis,qui Apoſtolis cõtinuo, aut ſine longo interuallo ſucceſſerunt;per canones.40. & 41. Apoſtolorum,qui referuntur in c. Sint manifeſtæ, & c. ſeq. 12.q.1. & per D.Clemẽtem lib.2.& 8. de cõſtit. Apoſt. & per Vrbanum in c.Videntes. & c. Res,ead. cauſ. & q. per Melchiadem in c. Futuram,ead.cauſ.& q. Cuius contrarium nunquàm neq; per cõcilia, neq; per Pontifices fuit cõſtitutum : conſequens igitur eſt, ut id debeat obſeruari. Omitto alia non pauca elegantia quidem (licet non adeo neruoſa, ut prædicta) quæ in hoc ipſum perſuadendum per uirum quendam uita, litteris, & ſuggeſtu percelebrem, ſcilicet, Fratrem Gabrielem a Toro, egregium Franciſcani ordinis decus, in lib. de Theſauro miſericor-

diæ

diæ uaria eruditione referto, diſputantur; præſagiendo paupertatem eccleſiaſticorũ futuram, eo ꝙ minime curãt de præſenti proximorum. Quam quidẽ iam uidemus in Germania Anglia, & Scotia, ſedem poſuiſſe, & ſeſe Galliæ inſinuare, mittereq; in Hiſpaniam, heu, noſtram incurſores; quam Deus per ſuam ſanctã miſericordiam ab ea eique accedentibus, cuſtodiat, Amen.

Decimumquartum, & poſtremum ſimul irrefragabile fuerit, quòd ſacroſanctũ concilium Tridentinum, a quo ſine periculo aberrandi a fide non poteſt diſcedi, hanc partem canonizare uidetur in cap. 1. de reformat. ſeſſion. 25. per illa uerba, quæ licet ſint ſuperius relata, hic opportune repetũtur, uidelicet; Sancta ſynodus omnino interdicit epiſcopis, ne ex reditibus eccleſiæ cõſanguineos, familiareſue ſuos augere ſtudeant: cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent: ſed ſi pauperes ſint, iis ut pau- 14

peribus diſtribuant: & paulo inferius. Quæ uero de epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolum in quibuſcunq; beneficia eccleſiaſtica tam ſæcularia, quàm regularia obtinentibus pro gradus ſui conditione obſeruari; ſed ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales pertinere decernit. Per quæ uerba, palam determinatur; Primo, bona eccleſiaſtica eſſe bona Dei, non ſolum generali, ſed etiam ſpeciali ratione, ut dictum fuit monito, XXIIII. Determinatur ſecundo, nullis beneficiariis licere donare de reditibus eccleſiaſticis aliqua diuitibus, etiam ſi cognati ſint, & amici ac familiares eorum. Determinatur tertio, licere illis donare illos cognatis, familiaribus & amicis pauperibus, intuitu paupertatis principaliter; licet ſecundario reſpicere poſſint etiam cognationem, familiaritatem, & amicitiam. Determinatur quarto, ſaltem per conſequutionem neceſſariam, non licere illis donare de reditibus eccleſiaſticis tam libere ac laicis

laicis de laicis quibus uoluerint, & peccare ſi contra fecerint, Quæ eſt concluſio noſtra; quæ non ſolum, ut in principio huius moniti diximus, fuit ante præfatum concilium ſententia omnium antiquorum doctorum, penequc omnium recentiorum communis: ſed nunc poſt præfatum concilium ſatis uideri poteſt etiam eſſe de fide, qualem Petrus Sotus ſenſerat; & ſatis expreſſerat fuiſſe etiam ante illud, aiens perpetuo ductu, & traditione Apoſtolorum & ſanctorum patrum a CHRISTO uſq; in ſuum tẽpus eſſe traditam & receptam. Nam concilium non uetat præfatam largitionem in cognatos & amicos ea mente, ut per ſuam prohibitionem incipiat eſſe mala; & de numero illorum, quæ ideo ſunt mala, quia lege humana ſunt prohibita; ſed ut id quod antea erat, declararetur fuiſſe & eſſe malum; & de numero illorum quæ ſunt prohibita, quia mala: iuxta illa quæ in ſimili ait Gloſſa in. c. Ex parte, de offic. deleg.

leg. præſuppoſito rerum dominio iure gentium introducto; & quòd res eccleſię ſunt ſpeciali hominum diſpoſitione ipſius CHRISTI. Et ita unuſquiſque fidelium cogendus uidetur nunc authoritate præfati concilii credere; præfatam largitionem in quoſcũq; diuites eſſe malam, & ideo a cõcilio prohibitam: quia mala eſt in ſe, & iure naturali, & diuino, apoſtolicaq; traditione prohibita: cui conſequens eſt, concluſionem noſtram non ſolum uideri eſſe ueram, & omnium antiquorum & cõmunem recentiorũ, ſed etiam hodie de fide. Neq; obſtat, quod quidam perdoctus ex tempore dixit, concilium ibi agere de rebus ipſis eccleſiarum, & nõ de reditibus earum, tum quia expreſſe meminit redituum eccleſiaſticorũ: tum quia agit de rebus, quæ poſſunt dari cognatis & familiaribus intuitu paupertatis, ſi ſunt pauperes; & conſtat, res ipſas eccleſię ex quibus percipiuntur illi reditus nõ poſſe dari etiam pauperibus ſolo pau-

pertatis

pertatis intuitu, neq; ſine iuſta cauſa & ſolemnitate debita. c. Sine exceptione. 12. q. 2.

SVMMARIVM.

Ratio efficax a nemine hactenus reddita; cur beneficiarius male utens reditibus eccleſiaſticis, peccat mortaliter; non autem habentes primogenia & maioratus. nu. 1.

Dominicus Sotus magna ordinis Dominicani gloria. num. 1.

Iuſtitiæ legem infringens, peccat mortaliter; non autem infringens legem liberalitatis. nu. 2.

Præcepta Decalogi ſunt leges naturales, & iuſtitiæ. nu. 2.

Præceptum ſeptimum Decalogi infringit, qui furatur, qui rapit, qui utitur re aliena in uſum alium a conceſſo, qui pactum onus iniunctum non implet. num. 3.

Alienum capere, & retinere parũ differũt. nu. 4.

XXXIX. Admoneo, ꝙ quàmquã fere omnes ſint in concluſione ſupra mon. 1
proximo probata, quia uident eam ab eccleſia ſatis decretam: nemo tamen reddit rationem, quæ ſufficienter concludat; quare beneficiarii uane, uel male

male impendendo reditus eccleſiaſticos, mortaliter peccant, ſecũdum fere omnes: q̃uis laici idẽ facientes de reditibus ſuorũ primogeniorum, ſiue maioratuum, & aliorum bonorũ, regulariter ſolum uenialiter peccent, ſecundũ eoſdẽ. Et quidem illi qui affirmant clericos eſſe tam integros dominos redituum ſuorũ beneficiorum, q̃ ſunt laici redituum ſuorum primogeniorum, ſiue maioratuum ac aliorũ bonorũ, nõ poſſunt reddere aliquam quę ſatis fundet eam: quandoquidem eos confiteri oportet, neutros eſſe abſolutos dominos bonorum, & iurium, è quibus illi redeunt; & utroſq; eſſe dominos abſolutos eorundẽ redituũ. Quod, credo, fuit in cauſa, quare doctiſſimus Dominicus Sotus, magna ordinis Dñicani gloria lib. 10. q. 4. art. 3. de Iuſt. & iur.
2 tũ obſcure hac in re loquitur. Nos autem eã & uerbo, & ſcripto ante triginta plus minus annos, Salmãticæ reddidimus, in. c. Relatũ. 2. de teſtam. & poſtea Conimbricæ ampliauimus in cõmenta

mento.c.1.& c. Cũ ſecundũ, de præb. quod per tẽporis penuriam,& nimiam occupationũ copiam,nondũ eſt manu extrema donatũ, & excuſum. Ex qua ratione tota huius materiæ declaratio pendet. Ratio igitur radicans, & fun- 2
dans prędictam oĩum fere ſententiam, illa eſt; ꝙ per leges iuſtitiæ naturales, & diuinas,quarum trangreſſio mortalis eſt, ut probat Thom. 2. ſec. q. 59. art. 4. id beneficiariis eſt prohibitum. Laicis autem, & primogenia, ſeu maioratus habẽtibus,ſolum per leges uirtutis liberalitatis, quarum trãſgreſſio, ſine alterius præiudicio facta, ſolum eſt uenialis; ut probat idem Thom. 2. ſec. q. 128. art.4. & q.ſeq.art.1.& ſeq. Oĩa enim decem Decalogi præcepta, ſunt leges naturales iuſtitię, iuxta doctrinã Tho. receptã 2. ſec.q.122.art.2. & in 3.d.37.q.2.art.4. ubi cõmunis id tenet,præſertim Maior.q.2.nec Scotus in effectu quo ad hoc propoſitum diſſentit: & per conſequutionem, ſeptimum, de non furando, & decimum

de

de non concupiſcendo rem aliquam, de quibus Exod.20.& gloſ.in c.Quid in omnibus.32. q. 7. erunt tales, iuxta l. 1. ff. de furt. At beneficiarius qui cõtra prædicta facit, præfata duo præcepta infringit: quod probauimus in. d.q.1. a nu.12. quatuor fundamentis.
3 Primum, ꝙ non ſolum ea infringit is qui clare furatur, aut rapit; ſed etiam is qui re aliena contra uoluntatem domini utitur.§. furtum,Inſtit. de oblig. quę ex delict. At is qui reditus beneficii ſui male uel profane impẽdit, utitur bonis eccleſiaſticis contra uoluntatem domini illorum; quia illa ſunt CHRISTI, ut probauimus ſupra monito, XXIIII. qui, ut in mon. XXVII. probauimus, ſuo exemplo; eccleſiæq; ſuæ,ac Apoſtolorum traditionibus ſtatuit, & declarauit uelle, ut miniſtri ſuos reditus ſolum inſumant in ſuam, quæ honeſta ſit, ſuſtentationem;& remunerationem,quę iuſta ſit,ſuorum familiarium, & aliorum de ſe bene meritorum, & in pauperum ſubuẽtionem: ergo

ergo his duobus præceptis contrauenit. Quod affirmāt Laugd. & Card. q. 2. Clem. Quia cōtingit, de relig. domib. Secundum fundamentum eſt, ꝙ etiam tranſgreditur hæc duo præcepta, & leges naturales is qui re in alium uſum accepta, utitur in aliū; ſicut qui mulam in Salmanticam commodatam, ducit Burgos. §. Placuit, Inſtit. de oblig. quæ ex del. At beneficiarii, qui in malos uel profanos uſus impendunt reditus, hoc faciūt: quandoquidē reditibus in pium uſum datis, in alium longe diuerſum utūtur. Tertium, quod etiam infringit prædicta duo præcepta is qui ſuos contractus non ſeruat, etiam ſi Papa ſit, Imperator, aut Rex, c. 1. de probat. qui licet ad ſeruandas ſuas leges humanas cogi nequeant, l. Digna uox. C. de legib. & c. Propoſuit, de conceſ. præb. ſunt tamen obligati ad ſeruandos contractus cum eis initos, uirtute præfati præcepti, quod eſt lex naturalis. At inter eccleſiam negotia CHRISTI procurātem, & populum chriſtianum,

chriſtianum, qui ei tanta bona contulit, ut ſupra mon. XXVII. probauimus, interuenit contractus ſaltem tacitus; qui tantum ualet, quãtum expreſſus. l. Labeo. & l. Item quia, ff. de pact. ut miniſtri eius, id quod ſupereſt eis accepta ſua, quę honeſta ſit, ſuſtentatione, tribuant pauperibus. Quartum, quia etiam duo præfata præcepta tranſgreditur, qui contra uoluntatem domini ſui detinet alienũ, in c. Sæpe, de reſtit. ſpol. Thom. 2. ſec. q. 62. art. fin. & diximus in Manuali cap. 17. nu. 54. etiam ſi alii cui non debet, illud ſoluerit. c. Ea te, de iure iur. & per conſequutionem, qui quod debet nõ ſoluit ei cui debet; & qui ſe non exonerat iniuncto ſibi onere, quando, & quomodo debet, (quoniam in effectu eſt alienũ
4 recipere, aut retinere, inter quę parum diſcriminis eſt, ut habetur in. d. c. Sępe) & ita præfata ſuperflua detinet, & forte in theſauros reponit, aut donat diuitibus ratione cognationis, amicitię, uanitatis, aut uitii, prędicta pręcepta infringit:

infringit: quandoquidem ea bona ex quibus colliguntur, collata ſunt ei cũ onere dandi pauperibus ſuperflua.

SVMMARIVM.

Thomas Aquinas pro cõmuni eſſe opinione, multis oſtenditur. nu. 1.

Thomas a communi non facile recedit, canones ſuſpicit. nu. 2.

Ecclesiarum Prælati, & ciuitatum decuriones, qualiter in hoc ſunt pares, uel impares. nu. 3. & 5.

Bonis in eccleſiaſticis plus poteſt Chriſtus, quàm Prælati, ſicut in bonis ciuitatis plus poteſt illa, quàm Decuriones. nu. 4.

Eccleſiarum reditus, non erant tempore S Thomæ tam grandes, ſicut nũc: & cur Epiſcopatus Italiæ & Galliæ non ſunt adeo opulenti, ac Hiſpaniæ. nu. 6,

Epiſcopatus Galliæ minuunt reditibus 700 Abbatiæ, mitra & baculo inſignes. nu. 6.

XL. Confutaturus ea quę aduerſus præfatam, quæ communis & noſtra eſt, deciſionem, & eius fundamenta ab N. & aliis opponuntur; Moneo,

nihil illa, neque incidenter eis inſertà, obſtare. Non quidem primum, uidelicet, authoritatem S. Thomæ, cuius perſonam prædictus N. tam ad cõfirmanda ſua, quàm ad confutanda noſtra, rhetorice quidem, ſed parum candide induit: quò tanti uiri authoritate tela in eum miſſa, debiliora lectori uiderentur; & fulcra quibus ea fulcit, firmiora: dum contendit ſignificare, non tam ſe, quàm S. Thomam approbare, & defendere. Quia nos procul dubio credimus eum a parte noſtra ſtare, non ſolum quò ad præfatam deciſſionem primæ quæſtionis, ſed etiam quò ad deciſſionem ſecũdę infra ponendam, uidelicet, præfatos beneficiarios mortaliter in hac re peccare, & ad reſtitutionem teneri: quod neruoſiſſime, & ni fallimur, uere coniecturis probamus in ſequentibus. Primo quidem, ꝙ ille non ſolet facile a cõmuni ſanctorum Doctorum ſententia recedere; & aſſolet magna obſeruantia, animiq; demiſſione, canones

ſanctæ

ſanctæ Matris Eccleſiæ ſuſpicere, & interpretari. Deinde, ꝙ uir doctiſſimus, iuxta ac pientiſſimus, nunquàm affirmauit expreſſe contra iam partem; quod etiam N. & Dominicus Sotus fatentur: & in dubio, credendus eſt potius adhærere communi, quàm cōtrarię, cum in dubio illa ſit amplectenda. Tertio, ꝙ in Sec. 2. q. 43. art. 8. expreſſe ait, ꝙ quemadmodum bona ciuitatum commēdata ſunt cōſulibus, & decurionibus earum; ita bona eccleſiaſtica ſunt commiſſa prælatis earum. Et palam eſt, uirum tam doctum & pium, ſi de hoc interrogatus fuiſſet, reſponſurum; Conſules, & decuriones ciuitatum non ſolum peccare, ſed etiam teneri ad reſtituendum reditus publicos, quos in uſus alios ab eis in quos deputati ſunt, inſumerent: & conſequenter reſpondiſſet; Prælatos eccleſiarum debere reſtituere eos, quos in alios uſus quàm præfixos, & præſtitutos impēderent. Neq; obſtat retortio, 3
qua retorquet in nos hoc argumētum

Aduerſarius, dicens; quòd decuriones, & rectores ciuitatum, poſſunt pro libito diſponere de ſtipendiis, & ſalariis, quæ a ciuitatibus pro ſuis officiis & laboribus aſſignantur; dummodó alia communia ſibi non capiant: & quòd ita Epiſcopus, & alii beneficiarii poterunt ad libitum diſponere de partibus ſibi aſſignatis, quæ ſunt quædam illorum ſtipendia. Non, inquam, obſtat hæc retortio. Tum, quia id eſt uerum, cum bona ciuitatum ſunt libera ab huiuſmodi oneribus, & ciuitates ipſæ, ueræ ac plenæ illorum dominæ; & ita poſſunt aſſignare ſuis decurionibus, & rectoribus ſtipendia certa ab omni onere libera. At bona eccleſiaſtica non ſunt libera, imo ſubiecta oneri præfato; ut, ſcilicet, omnes eorum reditus impendantur in uſus pios, puta, in ſuſtentationem honeſtam miniſtrorum cultus diuini, ſacramentorum ſacri uerbi, & aliorum ſacrorum, & in ſubuétionem pauperum, fabricæ, aliorumq; piorum operum,

operum. Tum, quia etiam ſi illa libera eſſent, tamen prælati, qui ea diuiſerunt inter Epiſcopos & Capitula, & inſtituerunt alia beneficia, non erant, neque ſunt ueri & pleni domini eorum; ſed miniſtri, procuratores, & diſpenſatores illorum conſtituti mediate, uel immediate a CHRISTO, domino eorum uero, & pleno: quibus non eſt facta poteſtas dandi pro libito ſtipendia, libere, in quoſlibet uſus impendenda; ſed ſolum iuxta intentionem ipſiuſmet CHRISTI, per traditiones Apoſtolicas, & canones Eccleſiæ declaratam: quæ eſt, ut miniſtris eius honeſte ſuſtentatis, reliqua in pauperes, & alios pios uſus impendantur. Quæ reſponſio confirmatur per id quod Bart. ait in. l. Ambitioſa, 4
num. 7. ff. de decret. ab ord. fac. ſcilicet, quòd ciuitas, quæ in temporalibus non agnoſcit ſuperiorem, poteſt donare de bonis communibus, non autem conſules, & decuriones earum: eo quòd ciuitas ipſa eſt uera,

& plena eorum domina; decuriones autem ſolum gubernatores. Ita ergo & CHRISTVS ipſe rerum eccleſiaſticarum uerus dominus, poſſet quidem aſſignare miniſtris eius quanta ei liberet ſtipendia, de his quæ libera eſſent ei donata ab onere tribuendi ſuperflua pauperibus: non autem prælati, qui ab eo mediate, uel immediate ſunt inſtituti, ut gubernatores, & decuriones quidam eccleſiarum. Corroboratur etiam eadem reſponſio, ex eo quòd, ſicut conſulibus, & decurionibus ſtatuta ſunt à ciuitatibus certa ſtipendia, de quibus pro libito diſponere poſſunt; ſic etiam beneficiariis inſtituta eſt à CHRISTO, & Apoſtolicæ Eccleſię traditione, honeſta ſuſtẽtatio pro ſtipendiis, de qua etiam ipſi libere poſſunt diſponere: adeo quòd de omnibus quæ reliquauerint de iis, quæ poſſent in ſuam honeſtam ſuſtentationem impẽdere, poſſunt pro libito perinde ac de patrimonialibus diſponere; ut diximus

in

in dicto libello q. 1. coroll. 10. nu.
59. & defendimus ſupra late moni-
to. XXX. Confirmatur etiam ex eo,
ꝙ beneficiarii ſimiles ſunt decurioni-
bus, quibus nil certum eſſet pro ſti-
pendio ſtatutum; ſed ſuſtentatio per-
ſonarum ſuarum honeſta: de quibus
non diceret Aduerſarius poſſe quicq̃
de bonis ciuitatis impendere in alios
uſus, quàm a ciuitate præſtitutos, exce
ptis illis quę pro ſua ſuſtentatione da-
rentur: de quibus poſſent ſuum frau-
dando genium, & parcius uiuendo,
aliquid reliqui facere. Quarto colli- 5
gitur præfata memorati Thomæ mens,
ex eo ꝙ in aliis duobus locis, uidelicet,
Quodlib. 6. art. 12. & Sec. 2. q. 185.
art. 7. in quibus aliqui affirmant con-
trarium tenuiſſe, ſatis conſentit com-
muni, ſi candide intelligatur: quoniam
tria dicit. Primum, quòd epiſcopus po
teſt diſponere de his quæ ſibi deputa-
ta ſunt, perinde ac de patrimoniali-
bus. Secundum, quòd Prælatus reſti-
tuere tenetur id quod impendit, ex ea

parte, quæ deputata eſt principaliter pauperibus, uel fabricis. Tertiũ, quòd etiam tenetur ad reſtituendum quantitatem notabilem, ultra ea quę ſibi decenter alendo ſufficerent, ſi bona ſunt communia ei, pauperibus, & fabricę. Quæ omnia tria dicta; nos quoq; fatemur: ita quòd dubium eſt, quantam partem dixiſſet ille eſſe deputatã præfatis Prælato, & beneficiariis ſuis uſibus neceſſariam. Nã Aduerſarii aiunt eſſe totam, quæ ex menſa communi totius eccleſiæ eſt deputata Prælato. Nos autem affirmamus, eſſe tantum illam, quæ uirorum bonorum iudicio, ad honeſtam eius ſuſtentationem opus eſt: & longe ueriſimilius eſt, eum intellexiſſe hoc, quàm illud. Tum, quia hoc conſonat traditionibus & canonibus Apoſtolorum, & Eccleſię, quorum ipſe ſemper fuit obſeruãtiſſimus: & expedit tanti authoris dicta, quatenus uerba patiuntur, ita interpretari, ut illis concordent arg. l. 1. C. de inoff. dot. & c. Cum expediat, de

elect.

elect. lib. 6. Tum; quia ex contraria interpretatione, conſequeretur quiddam abſurdum, ideoque minime audiendum, l. Nam quod abſurdum. ff. de oper. libert. & c. Dudum. 2. de præb. lib. 6. uidelicet, quòd uir adeo doctus, & ſanctus dixiſſet; Prælatum, cui pro ſua parte ducentorum ducatorum millia in reditibus a menſa capitulari ſeparata eſſent, perinde poſſe de illis omnibus diſponere, ac de ſuis patrimonialibus, & ſicut Dux ſæcularis de ſuis ducalibus: ac cõſequenter poſſet theſaurizare omnes illos reditus ſi uellet, uel ſuis cognatis diſtribuere, ſi id mallet, emereq; ex illis quicquid in Regno uenale inueniretur, ſi triginta annos uiueret, retinẽs eos ſine maiori obligatione, q̃ Dux: quod eſt contra concil. Trid. in c. 1. de reform. ſeſſ. 25. & contra illa multa quæ ſupra monito XXXVIII. & XXXVIIII. adducta fuere. Qđ ſi qs confeſſus fuerit, ſanctũ illum doctorẽ non fuiſſe confeſſuiũ hoc de Prælato tantorũ redituũ; eadẽ ratione confiteri

confiteri eum oportebit, eundem non fuiſſe aſſerturum de Prælato. 150000. uel 100. millium redituũ: neq; de eo qui haberet 50000. uel 300. millia, neq; de habente uiginti millia, uel decem millia, ſi ſex millia ſufficiunt ei honeſte ſuſtendando; quãdoquidem eadem ratio idem ius in omnibus illis ſuadet: & ita eſt locus regulæ. l. Illud. ff. ad l. Aquil. Quòd ſi peruicaciter replicetur, eundem ſanctum Doctorem dicturũ fuiſſe, de omnibus, quod nos aſſerimus eſſe abſurdũ, triplicare poſſumus. Primo, ludibrio cuidam fore ſanctiſſimum Clementem, quem citauimus cum aliis in dicto libro. q. 1. nu. 28. & Concil. Carthaginen. & Trident. & alia quæ ſtatuerunt ſuppellectilem epiſcoporũ debere eſſe curtam, menſamq; pauperem; eſſeq; debere uictu, & ueſtitu moderato cõtentos, impenſaſq; ſumptuoſas ne faciant, ne ſint delicati, ne cognatos ſuos ditent. Deinde, quòd ignominia quædam eſſet S. Thomæ, tantę ſanctitatis, & doctri-
næ

næ puteo, aſſereret quòd ipſe dixiſſet Hiſpaniæ Prælatos, qui opulentos reditus ſuarum dignitatum ſeparatos a menſa Capitulari habent, poſſe impendere perinde ut patrimoniales; prædidicando illum eſſe columnam, qua nitatur doctrina adeo ab apoſtolica, & philoſophia chriſtiana, imo & ethnica aliena. Quintò, præfata mens Thomæ colligitur, ex eo quòd eius ætate reditus epiſcopatuum, & beneficiariorũ, non adeo grandes erant ut nunc; & in Italia, ubi erat ille ortus, epiſcopi reditus habent tenues; quia decimæ fructuum non ſoluuntur hic ut alibi, & in Gallia, qua peregrinatus fuit, & ubi uita defunctus eſt, ubiq; ſuum corpus magna ueneratione colitur, & adoratur Tholoſæ in Conuentu reformatiſſimo Dominicanorum; ubi nos quoq; frequentiſſime adorauimus, & eius auxilium, ni fallimur, experti ſumus. In qua, inquam, Gallia, etiam epiſcopatus non ſunt adeo opulenti, ſicut in Hiſpania; quippe quos ſeptingentæ

Abbatiæ, & Prioratus baculo & mitra inſignes, ſanguine redituum ſuorum minuunt, ut teſtatur author libelli de taxa epiſcopatuum regni Fräciæ in 16. uolumine tractatuum, fol. 128. & ita partes quas eius ætate Epiſcopi tenebant a parte Capitulari ſeparatas, uix eorum ſuſtentationi honeſtæ ſufficiebant. At ſi admonuiſſent eum, eſſe Archiepiſcopum, qui habeat ducenta, uel centum quinquaginta millia ducatorum ſeparata ei a menſa Capituli, & fabricæ; & interrogaſſent, nunquid eſſet ei mens docendi aliquid, unde conſequeretur eiuſmodi Archiepiſcopum poſſe diſponere tã libere in uſus quos uellet, ac ſi eſſent patrimonii redditus; uidetur nobis, quòd q̃uis non uſq; adeo dure reſpondiſſet, ac Archidiaconus in præfato c. Statutum. §. Aſſeſſorẽ, de reſcrip. lib. 6. uidelicet, hoc affirmare, eſſe hæreſim; reſpondiſſet autem, ut minimum, quòd nunq̃ id cogitauit. Reſpondiſſet, qui fieri poteſt, ut hoc dixiſſem? quãdoquidem Sec. 2. q.

43.art.8.& q.87.art.1.ad 1.& art.4.ad 4. & in Quodlib.6. art. 10. & q.119. art. 3. ad 3. ſcripſi quædã unde neceſſario infertur cõtrariũ,uidelicet,decimas & reditus eccleſiaſticos nõ fuiſſe donatos in ſolã cleri ſuſtentationem, ſed etiã in pauperũ,& aliorum piorum operũ ſubuentionẽ.Itaq; recte acutiſſimus Maior. in 4. diſt.24.q.17. dixit, nunq̃ eũ fuiſſe in opinione quę cõtraria eſt cõmuni: qđ ipſum nos efficaciter monſtrabimus inferius q. 2. mon. VII.de illo eius magno diſcipulo Cardinali Caiet. Sexto, colligitur prefata mẽs prefati Thomę ex eo ꝙ ipſe fateť, ꝙ ſi nulla diuiſio bonorum eſſet facta inter Prælatos & Capitula, & beneficiarios,ſed oĩa eſsẽt in cõmuni & Epiſcopus uel alius Prelatus, haberet poteſtatẽ diſpẽſandi oẽs eorũ fructus,nõ poſſet ex eis q̃cq̃ preter ſuſtentationẽ honeſtã,ſibi, aut profanis uſibus accipere; & ſi acciperet, non modo peccaret, ſed etiam teneretur illud reſtituere. Cuius ratio eſt, quia illa omnia

ſunt

ſunt dicata,& oblata ſuſtentationi honeſtæ miniſtrorum, & pauperum, & aliorum operum piorum; iuxta mentem Chriſti, ueri domini eorum, ut ſupra mon. XXIIII. & XXVII. monſtratum eſt. At qui diuiſionem eorum fecerunt,noluerunt,neq; potuerunt eximere illa a pręfata deputatione,& obligatione,ut infra mon. ſeq. latius monſtrabimus:& aperte colligitur ex concil.Trident.cap.1.de reformat.ſeſſ.25. quatenus interdicit omnibus beneficiariis largitionem redituum in alios quàm pios uſus, etiã nunc poſt præfatas diuiſiones. Ergo uir doctiſſimus iuxta ac pientiſſimus,non potuit, neq; debuit ſentire contrarium. Quare nõ immerito, præfatus Petrus Sotus, uir eiuſdem ordinis, adamuſſim eius doctrinam doctus, eum pro noſtra, quæ communis eſt ſententia,eſſe dixit.

SVMMARIVM.

Diuiſionem bonorum eccleſiaſt. inter [illegible]
Capitula & alios ben[illegible]

liberiores ſuarum partium dominos, quàm erat Prælati omnium ante diuiſionem, late, & euidenter probatum. nu. 1. & ſeq.

Facta non præſumuntur. nu. 2.

Communio rerum, ſolet parere diſcordiam. nu. 3.

Diſpoſitio ad minuendum, non opeartur augmentum. nu. 3.

Roncæuallis monaſterium illuſtre. nu. 4.

Dominus Franciſcus a Nauarra ſtirpe Regia prognatus. nu. 4.

Monaſterium S. Crucis Conimbricenſis omnium ordinis Canonicorum Regularium olim opulentiſſimum, nunc autem etiã reformatiſſimũ. nu. 4.

Pium in uſum datũ, non eſt cõmutandum in alium, ſine iuſta cauſa; neque cum illa ſine Papæ authoritate. num. 5.

Surrogatũ ſapit naturã eius cui ſurrogatur. nu. 6.

Beneficiarius etiam præbendæ ſuæ diuiſæ, reditus ſuperfluos debet pauperibus. nu. 7.

Intellectus pulcher c. fin. de his quæ fiunt a mai. par. cap. num 8.

Maior pars non præiudicat minori, in rebus communibus ut ſingulis & cæt. nu. 8.

Beneficiarij ad ref... Eccleſias compelluntur. nu. 9.

...ilegia, li... nt, ut aliquid ...trai... ato tamen ali-...o l... ur. nu. 10.

XLI. Moneo, nihil etiam obſtare ſe-
1 cundum, quod pręfatus N. aſſumit;
nempe, ꝙ diuiſio bonorum, uel fru-
ctuum, & redituum eorum, de qua in
c. Vobis.& c.Quatuor,& c. de rediti-
bus.12.q.1.& erectio prębendarum,&
beneficiorum, mutauit naturam pri-
męuam eccleſiaſticorũ redituum quò
ad hoc; id enim negamus,& falſum eſ
ſe probamus. Primo quidem, ꝙ actus
2 agentium non operantur ultra fines
eorum.l. Non omnis.ff. de reb. cred.
c.fin.de præb.c.Cum in illis, eod. tit.
lib.6. At intentio, & finis eorum, qui
pręfatas diuiſiones fecerunt, non fuit
exoneratio eorum ab onere quod in-
erat eis alendi pauperes ex ſuperfluis:
quod conſtat ex duodecim coiectu-
ris.Prima,ꝙ nec unde id conſtat,& fa-
ctum quale hoc eſt,non præſumitur.c.
Cum in iure peritus,de offi. deleg.l.1.
C. de mand.Principum. Secũda, quòd
conſtat fuiſſe ab hoc longe alium,ui-
delicet, auferendi rixas, diſſidia, & li-
tes, quæ inter epiſcopos, capitula, fa-
bricarios

bricarios, & eleemoſynarios accidere ſolent : quoniam cum uniuerſa bona ſoli Epiſcopi adminiſtrarent, ut tradit S.Clemens lib.2. cap.28. & cap.29. & affirmat Anacletus in c. Præcipimus. 12. q. 1. minimeq; exhiberent beneficiariis,& reliquis congruam quam debebant portionem, ut idem quoque S.Clemens in. d. cap. 28. & 29. ſignificat, iam hoc temporibus ſuis in uſu eſſe cœpiſſe, expediens fuit; ut bona eccleſiaſtica diuiderẽtur ad diſcordias ſedandas,quas rerũ cõmunio frequentiſſime ſolet importare.l.Cum pater.§. 3
Dulciſſimis.ff.de legat.2. & alia citata ibi a gloſ. & Doct. & illud Geneſ.13. Facta eſt rixa inter paſtores. Tertia, ꝙ diſpoſitio, & intẽtio diſponẽtis ad diminuendũ,nõ debet inducere augmentũ.l.Legata inutiliter.ff.de adimen.leg. & cap.fin.de uerb.ſignif.ſed præfatorũ bonorũ diuiſiones in hoc præcipue factæ fuerũt,ut diminueret̃ poteſtas Prælatis eccleſiaſtica bona pro libito inſumentibus;& ſæpe nihil, uel nõ ſatis di-

 ſtribuentibus

ſtribuẽtibus canonicis,clericis, fabricis,uel pauperibus: ergo nõ debet illis per eas augeri poteſtas,qua prius carebant.At oẽs poſt Thomã Sec.2.q.185. art.7.& Quodlib.6. art.12. fatẽtur,nõ fuiſſe prius illis poteſtatẽ aliam, ꝙ uictũ & ueſtitum honeſtũ ſibi deſumendi,& reliqua pauperibus erogandi: ergo neq; poſt eas diuiſiones habebunt. Quarta,ꝙ eadem quoq; cauſa perſuaſit, ut multæ quoque diuiſiones ætate noſtra fierent inter Abbates, Priores, ſuoſq; conuentus, & hoſpitalia nonnullorum monaſteriorum opulento-
4 rum,quæ per ſolos Prælatos gubernabantur: & in his illa quæ pridem facta fuit in illo noſtro illuſtri,& antiquiſſimo cœnobio generalique ac neceſſario hoſpitali celeberrimę Roncęuallis, quã precibus, & efflagitationibus noſtris motus, fecerat ille longe electiſſimus Prior, prole regia prognatus, uir regio ingenio, uirtuteque apoſtolica prædictus, D. Franciſcus a Nauarra, qui nuper Valẽtiæ Archiepiſcopus uita

ta functus eſt, pauper, ut pauperibus ſubueniret, quę illuſtre illud monaſterium cum hoſpitali generali ſibi adnexo ſeruauit, & ſeruat. Eadē item cauſa, & ratio fuit illuſtri monaſterio S. Crucis Conimbricenſis, quod ut quondā totius Europæ monaſteriorum canonicorum regularium opulentiſſimum fuit, ita nunc eſt omnium reformatiſſimum. Eadem etiam cauſa fuit aliarū diuiſionum, quas nos tractauimus, nō ideo profecto, ut Abbates, Priores, Canoniciq; libere ſuas portiones prodigerent; ſed ut eorum capitula, & conuentus, quoties res ipſa poſtulaſſet, eis coram Deo & hominibus, iuxta cap. Edoceri, cum ei late annotatis de reſcript. obuiam irent; palamq; contradicere poſſent, quo ad portiones, quæ ad ipſam hoſpitalitatem, pauperes, & fabricam pertinerent. De ſuis uero Prælati eam Deo redderent rationem, quam antea de omnibus reddere tenebantur. Itaq; præfatę diuiſiones, quę ad diminuendum Prælatorum admi- 3

 niſtrandi

niſtrandi facultatem factæ ſunt, non fuerunt operatæ augmentum . iuxta præfatum cap. final. de uerb. ſignif. & l. Legata inutiliter. ff. de adimen. leg. ad inſumendum pro libito portiones ſuas; quod ante illas minime facere
5 poterant. Quinta, quòd id quod ad aliquem finem, uel uſum conceditur, aut relinquitur, non debet in alios uſus commutari, neque inſumi; niſi ſuprema aliqua Imperatoris, aut Regis poteſtate id fiat l. 1. & l. Legatum. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. Quin etiam ipſi peccarent, ſi abſque iuſta cauſa id facerent: quia contra legem naturæ, quæ uetat ullum ſuo iure, ac diſpoſitione rei priuari, non poſſent ordinare ſine iuſta cauſa, cap. 1. de probat. c. Sunt quidam. 25. q. 1. & late probatur in c. Quæ in eccleſiarum, de conſtit. præſertim per Panor. Felin. & Decium. Quinimo non ſufficeret ulla facultas, etiam imperialis, aut regalis authoritas ad huiuſmodi mutationem faciendam, cir-

ca relicta ad uſus pios, etiam ſi in alios æque pios mutare uellent; quia eſt in hoc neceſſaria ſpiritualis, eademque ſuprema ſummi Pontificis. Clemen. Quia contingit, de relig. domib. Et quia ſæcularis poteſtas non ſe extendit ad ſpiritualia, c. Benequidem. *96.* diſt. & c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. Neq; illa ſufficeret, quò iuſte fierent, niſi aliqua iuſta cauſa id ſuaderet: id enim eſſet contraire alicui ex quinque legibus naturalibus relatis in præfato lib. noſtro. q. 1. num. 10. & conſeq. facit. c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. cum eis quæ ibi nunc latius ſcribimus. Tradit. Caiet. in Sec. 2. q. 43. art. 8. & Laugd. cum Cardinal. q. 2. in d. Clemen. Quia contingit. Cum ergo finis, & animus eorum qui præfata bona eccleſiis conceſſerunt, fuerint ſupradicti adeo pii, non potuerunt, neque debuerunt conuerti in alios uſus, præſertim profanos, ſine authoritate ſuprema Apoſtolica, quæ in nulla præfatarum diuiſionum

parte, quæ deputata eſt principaliter pauperibus, uel fabricis. Tertiū, quòd etiam tenetur ad reſtituendum quanti tatem notabilem, ultra ea quę ſibi decenter alendo ſufficerent, ſi bona ſunt communia ei, pauperibus, & fabricę. Quæ omnia tria dicta, nos quoq; fatemur: ita quòd dubium eſt, quantam partem dixiſſet ille eſſe deputatā præfatis Prælato, & beneficiariis ſuis uſibus neceſſariam. Nā Aduerſarii aiunt eſſe totam, quæ ex menſa communi totius eccleſiæ eſt deputata Prælato. Nos autem affirmamus, eſſe tantum illam, quæ uirorum bonorum iudicio, ad honeſtam eius ſuſtentationem opus eſt: & longe ueriſimilius eſt, eum intellexiſſe hoc, quàm illud. Tum, quia hoc conſonat traditionibus & canonibus Apoſtolorum, & Eccleſię, quorum ipſe ſemper fuit obſeruātiſſimus: & expedit tanti authoris dicta, quatenus uerba patiuntur, ita interpretari, ut illis concordent arg. l. 1. C. de inoff. dot. & c. Cum expediat, de

elect.

elect. lib. 6. Tum; quia ex contraria interpretatione, conſequeretur quiddam abſurdum, ideoque minime audiendum, l. Nam quod abſurdum. ff. de oper. libert. & c. Dudum. 2. de præb. lib. 6. uidelicet, quòd uir adeo doctus, & ſanctus dixiſſet; Prælatum, cui pro ſua parte ducentorum ducatorum millia in reditibus a menſa capitulari ſeparata eſſent, perinde poſſe de illis omnibus diſponere, ac de ſuis patrimonialibus, & ſicut Dux ſæcularis de ſuis ducalibus: ac cōſequenter poſſet theſaurizare omnes illos reditus ſi uellet, uel ſuis cognatis diſtribuere, ſi id mallet, emereq; ex illis quicquid in Regno uenale inueniretur, ſi triginta annos uiueret, retinēs eos ſine maiori obligatione, q̄ Dux: quod eſt contra concil. Trid. in c. 1. de reform. ſeſſ. 25. & contra illa multa quæ ſupra monito XXXVIII. & XXXVIIII. adducta fuere. Q d̄ ſi q̄s confeſſus fuerit, ſanctū illum doctorē non fuiſſe confeſſurū hoc de Prȩlato tantorū redituū; eadē ratione confiteri

confiteri eum oportebit, eundem non fuiſſe aſſerturum de Prælato. 150000. uel 100. millium redituũ : neq; de eo qui haberet 50000. uel 300. millia, neq; de habente uiginti millia, uel decem millia, ſi ſex millia ſufficiunt ei honeſte ſuſtendando; quãdoquidem eadem ratio idem ius in omnibus illis ſuadet: & ita eſt locus regulæ. l. Illud. ff. ad l. Aquil. Quòd ſi peruicaciter replicetur, eundem ſanctum Doctorem dicturũ fuiſſe, de omnibus, quod nos aſſerimus eſſe abſurdũ, triplicare poſſumus. Primo, ludibrio cuidam fore ſanctiſſimum Clementem, quem citauimus cum aliis in dicto libro. q. 1. nu. 28. & Concil. Carthaginen. & Trident. & alia quæ ſtatuerunt ſuppellectilem epiſcoporũ debere eſſe curtam, menſamq; pauperem; eſſeq; debere uictu, & ueſtitu moderato cõtentos, impenſaſq; ſumptuoſas ne faciant, ne ſint delicati, ne cognatos ſuos ditent. Deinde, quòd ignominia quædam eſſet S. Thomæ, tantę ſanctitatis, & doctri-

næ

næ puteo, aſſereret; quòd ipſe dixiſſet Hiſpaniæ Prælatos, qui opulentos reditus ſuarum dignitatum ſeparatos a menſa Capitulari habent, poſſe impendere perinde ut patrimoniales; prædidicando illum eſſe columnam, qua nitatur doctrina adeo ab apoſtolica, & philoſophia chriſtiana, imo & ethnica aliena. Quintò, præfata mens Thomæ colligitur, ex eo quòd eius ætate reditus epiſcopatuum, & beneficiariorũ, non adeo grandes erant ut nunc; & in Italia, ubi erat ille ortus, epiſcopi reditus habent tenues; quia decimæ fructuum non ſoluuntur hic ut alibi, & in Gallia, qua peregrinatus fuit, & ubi uita defunctus eſt, ubiq; ſuum corpus magna ueneratione colitur, & adoratur Tholoſæ in Conuentu reformatiſſimo Dominicanorum; ubi nos quoq; frequentiſſime adorauimus, & eius auxilium, ni fallimur, experti ſumus. In qua, inquam, Gallia, etiam epiſcopatus non ſunt adeo opulenti, ſicut in Hiſpania; quippe quos ſeptingentæ

Abbatiæ,

Abbatiæ, & Prioratus baculo & mitra inſignes, ſanguine redituum ſuorum minuunt, ut teſtatur author libelli de taxa epiſcopatuum regni Frãcie in 16. uolumine tractatuum, fol. 128. & ita partes quas eius ætate Epiſcopi tenebant a parte Capitulari ſeparatas, uix eorum ſuſtentationi honeſtæ ſufficiebant. At ſi admonuiſſent eum, eſſe Archiepiſcopum, qui habeat ducenta, uel centum quinquaginta millia ducatorum ſeparata ei a menſa Capituli, & fabricæ; & interrogaſſent, nunquid eſſet ei mens docendi aliquid, unde conſequeretur eiuſmodi Archiepiſcopum poſſe diſponere tã libere in uſus quos uellet, ac ſi eſſent patrimonii reditus; uidetur nobis, quòd q̃uis non uſq; adeo dure reſpondiſſet, ac Archidiaconus in præfato c. Statutum. §. Aſſeſſorẽ, de reſcrip. lib. 6. uidelicet, hoc affirmare, eſſe hæreſim; reſpondiſſet autem, ut minimum, quòd nunq̃ id cogitauit. Reſpondiſſet, qui fieri poteſt, ut hoc dixiſſem? quãdoquidem Sec. 2. q.

43.art.8.& q.87.art.1.ad 1.& art.4.ad 4. & in Quodlib.6. art. 10. & q.119. art. 3. ad 3. ſcripſi quędã unde neceſſario infertur cõtrariũ, uidelicet, decimas & reditus eccleſiaſticos nõ fuiſſe donatos in ſolã cleri ſuſtentationem; ſed etiã in pauperũ, & aliorum piorum operũ ſubuentionẽ. Itaq; recte acutiſſimus Maior. in 4. diſt.24.q.17. dixit, nunq̃ eũ fuiſſe in opinione quę cõtraria eſt cõmuni: qđ ipſum nos efficaciter monſtrabimus inferius q. 2. mon. VII. de illo eius magno diſcipulo Cardinali Caiet. Sexto, colligitur pręfata mẽs pręfati Thomę ex eo ꝙ ipſe fatet, ꝙ ſi nulla diuiſio bonorum eſſet facta inter Prælatos & Capitula, & beneficiarios, ſed oĩa eſsẽt in cõmuni & Epiſcopus uel alius Prelatus, haberet poteſtatẽ diſpẽſandi oẽs eorũ fructus, nõ poſſet ex eis q̃cq̃ pręter ſuſtentationẽ honeſtã, ſibi, aut profanis uſibus accipere; & ſi acciperet, non modo peccaret, ſed etiam teneretur illud reſtituere. Cuius ratio eſt, quia illa omnia

ſunt

ſunt dicata,& oblata ſuſtentationi honeſtæ miniſtrorum, & pauperum, & aliorum operum piorum; iuxta mentem Chriſti, ueri domini eorum, ut ſupra mon. XXIIII. & XXVII. monſtratum eſt. At qui diuiſionem eorum fecerunt,noluerunt,neq; potuerunt eximere illa a prȩfata deputatione,& obligatione,ut infra mon. ſeq. latius monſtrabimus:& aperte colligitur ex concil.Trident.cap.1.de reformat.ſeſſ.25. quatenus interdicit omnibus beneficiariis largitionem redituum in alios quàm pios uſus, etiã nunc poſt præfatas diuiſiones. Ergo uir doctiſſimus iuxta ac pientiſſimus,non potuit, neq; debuit ſentire contrarium. Quare nõ immerito, præfatus Petrus Sotus, uir eiuſdem ordinis, adamuſſim eius doctrinam doctus, eum pro noſtra, quæ communis eſt ſententia,eſſe dixit.

SVMMARIVM.

Diuiſionem bonorum eccleſiaſt. inter Prælatos,& Capitula & alios beneficiarios,non efficere eos liberiores

liberiores ſuarum partium dominos, quàm erát Prælati omnium ante diuiſionem, late, & euidenter probatum. nu.1. & ſeq.
Facta non præſumuntur. nu. 2.
Communio rerum, ſolet parere diſcordiam. nu.3.
Diſpoſitio ad minuendum, non opeartur augmentum. nu.3.
Roncauallis monaſterium illuſtre. nu.4.
Dominus Franciſcus a Nauarra ſtirpe Regia prognatus. nu. 4.
Monaſterium S. Crucis Conimbricenſis omnium ordinis Canonicorum Regularium olim opulentiſſimum, nunc autem etiá reformatiſſimũ. nu.4.
Pium in uſum datũ, non eſt cõmutandum in alium, ſine iuſta cauſa; neque cum illa ſine Papæ authoritate. num. 5.
Surrogatũ ſapit naturá eius cui ſurrogatur. nu.6.
Beneficiarius etiam præbendæ ſuæ diuiſæ, reditus ſuperfluos debet pauperibus. nu. 7.
Intellectus pulcher c. fin. de his quæ fiunt a mai. par. cap. num 8.
Maior pars non præiudicat minori, in rebus communibus ut ſingulis & cæt. nu. 8.
Beneficiarij ad reficiendas Ecclesias compelluntur. nu. 9.
Priuilegia, licet ita interpretanda ſint, ut aliquid contra ius commune operentur; dato tamen aliquo tali, quo ad alia reſtringuntur. nu. 10.

XLI. Moneo, nihil etiam obſtare ſe-
1 cundum, quod prefatus N. aſſumit;
nempe, ꝙ diuiſio bonorum, uel fru-
ctuum, & redituum eorum, de qua in
c. Vobis. & c. Quatuor, & c. de rediti-
bus. 12. q. 1. & erectio prebendarum, &
beneficiorum, mutauit naturam pri-
meuam eccleſiaſticorũ redituum quò
ad hoc; id enim negamus, & falſum eſ-
2 ſe probamus. Primo quidem, ꝙ actus
agentium non operantur ultra fines
eorum. l. Non omnis. ff. de reb. cred.
c. fin. de præb. c. Cum in illis, eod. tit.
lib. 6. At intentio, & finis eorum, qui
prefatas diuiſiones fecerunt, non fuit
exoneratio eorum ab onere quod in-
erat eis alendi pauperes ex ſuperfluis:
quod conſtat ex duodecim coiectu-
ris. Prima, ꝙ nec unde id conſtat, & fa-
ctum quale hoc eſt, non præſumitur. c.
Cum in iure peritus, de offi. deleg. l. 1.
C. de mand. Principum. Secũda, quòd
conſtat fuiſſe ab hoc longe alium, ui-
delicet, auferendi rixas, diſſidia, & li-
tes, quæ inter epiſcopos, capitula, fa-
bricarios

bricarios, & eleemoſynarios accidere ſolent: quoniam cum uniuerſa bona ſoli Epiſcopi adminiſtrarent, ut tradit S.Clemens lib.2. cap.28. & cap.29. & affirmat Anacletus in c. Præcipimus. 12. q.1. minimeq; exhiberent beneficiariis,& reliquis congruam quam debebant portionem, ut idem quoque S.Clemens in. d. cap. 28. & 29. ſignificat, iam hoc temporibus ſuis in uſu eſſe cœpiſſe, expediens fuit; ut bona ecclefiaſtica diuiderẽtur ad diſcordias ſedandas,quas rerũ cõmunio frequentiſſime ſolet importare.l.Cum pater.§. Dulciſſimis.ff.de legat.2. & alia citata ibi a gloſ. & Doct. & illud Geneſ.13. Facta eſt rixa inter paſtores. Tertia, ꝙ diſpoſitio, & intẽtio diſponẽtis ad diminuendũ,nõ debet inducere augmentũ.l.Legata inutiliter.ff.de adimen.leg. & cap.fin.de uerb.ſignif.ſed præfatorũ bonorũ diuiſiones in hoc præcipue factæ fuerũt,ut diminuerẽt poteſtas Prælatis eccleſiaſtica bona pro libito inſumentibus;& ſæpe nihil, uel nõ ſatis di- 3

N ſtribuentibus

ſtribuẽtibus canonicis, clericis, fabricis, uel pauperibus: ergo nõ debet illis per eas augeri poteſtas, qua prius carebant. At oẽs poſt Thomã Sec. 2. q. 185. art. 7. & Quodlib. 6. art. 12. fatẽtur, nõ fuiſſe prius illis poteſtatẽ aliam, q̃ uictũ & ueſtitum honeſtũ ſibi deſumendi, & reliqua pauperibus erogandi: ergo neq; poſt eas diuiſiones habebunt. Quarta, ꝙ eadem quoq; cauſa perſuaſit, ut multæ quoque diuiſiones ætate noſtra fierent inter Abbates, Priores, ſuoſq; conuentus, & hoſpitalia nonnullorum monaſteriorum opulento-
4 rum, quæ per ſolos Prælatos gubernabantur: & in his illa quæ pridem facta fuit in illo noſtro illuſtri, & antiquiſſimo cœnobio generalique ac neceſſario hoſpitali celeberrimę Roncęuallis, quã precibus, & efflagitationibus noſtris motus, fecerat ille longe electiſſimus Prior, prole regia prognatus, uir regio ingenio, uirtuteque apoſtolica prædictus, D. Franciſcus a Nauarra, qui nuper Valẽtiæ Archiepiſcopus uita

ta functus eſt, pauper, ut pauperibus ſubueniret, quę illuſtre illud monaſterium cum hoſpitali generali ſibi adnexo ſeruauit, & ſeruat. Eadē item cauſa, & ratio fuit illuſtri monaſterio S. Crucis Conimbricenſis, quod ut quondā totius Europæ monaſteriorum canonicorum regularium opulentiſſimum fuit, ita nunc eſt omnium reformatiſſimum. Eadem etiam cauſa fuit aliarū diuiſionum, quas nos tractauimus, nō ideo profecto, ut Abbates, Priores, Canoniciq; libere ſuas portiones prodigerent; ſed ut eorum capitula, & conuentus, quoties res ipſa poſtulaſſet, eis coram Deo & hominibus, iuxta cap. Edoceri, cum ei late annotatis de reſcript. obuiam irent; palamq; contradicere poſſent, quo ad portiones, quæ ad ipſam hoſpitalitatem, pauperes, & fabricam pertinerent. De ſuis uero Prælati eam Deo redderent rationem, quam antea de omnibus reddere tenebantur. Itaq; præfatę diuiſiones, quę ad diminuendum Prælatorum admi- 3

niſtrandi facultatem factæ ſunt, non fuerunt operatæ augmentum . iuxta præfatum cap. final. de uerb. ſignif. & l. Legata inutiliter. ff. de adimen. leg. ad inſumendum pro libito portiones ſuas; quod ante illas minime facere
5 poterant. Quinta, quòd id quod ad aliquem finem, uel uſum conceditur, aut relinquitur, non debet in alios uſus commutari, neque inſumi; niſi ſuprema aliqua Imperatoris, aut Regis poteſtate id fiat l. 1. & l. Legatum. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. Quin etiam ipſi peccarent, ſi abſque iuſta cauſa id facerent: quia contra legem naturæ, quæ uetat ullum ſuo iure, ac diſpoſitione rei priuari, non poſſent ordinare ſine iuſta cauſa, cap. 1. de probat. c. Sunt quidam. 25. q. 1. & late probatur in c. Quæ in eccleſiarum, de conſtit. præſertim per Panor. Felin. & Decium. Quinimo non ſufficeret ulla facultas, etiam imperialis, aut regalis authoritas ad huiuſmodi mutationem faciendam, cir-

ca

ca relicta ad uſus pios, etiam ſi in alios æque pios mutare uellent; quia eſt in hoc neceſſaria ſpiritualis, eademque ſuprema ſummi Pontificis. Clemen. Quia contingit, de relig. domib. Et quia ſæcularis poteſtas non ſe extendit ad ſpiritualia, c. Benequidem. 96. diſt. & c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. Neq; illa ſufficeret, quò iuſte fierent, niſi aliqua iuſta cauſa id ſuaderet; id enim eſſet contraire alicui ex quinque legibus naturalibus relatis in præfato lib. noſtro. q. 1. num. 10. & conſeq. facit. c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. cum eis quæ ibi nunc latius ſcribimus. Tradit. Caiet. in Sec. 2. q. 43. art. 8. & Laugd. cum Cardinal. q. 2. in d. Clemen. Quia contingit. Cum ergo finis, & animus eorum qui præfata bona eccleſiis conceſſerunt, fuerint ſupradicti adeo pii, non potuerunt, neque debuerunt conuerti in alios uſus, præſertim profanos, ſine authoritate ſuprema Apoſtolica, quæ in nulla præfatarum diuiſionum

inuenietur ulli ad hoc conceſſa. Sexta, quòd intentio eorum qui huiuſmodi diuiſiones primitus induxerunt, fuit iniuſta; quod credendum non eſt, uel certe fuit, ut unuſquiſque de ſua portione poſſet diſponere, illo modo quo ante diuiſionem Prelatus poterat de uniuerſis, uidelicet, ſuſtentare ſe honeſte, & reliqua pauperibus erogare. Septima, quòd abſurdum eſt, & ideo minime audiendum. l. Nam quod abſurdum, ff. de oper. libert. & cap. Dudum, 2. de præb. lib. 6. dicere; diuiſionem muneris, & gubernationis, quę uni incumbebat, in tres uel quatuor partes factam, iuſtam fuiſſe cauſam, ut finis atque uſus tam pii, in
6 uſus tam profanos mutarentur. Octaua, quòd id quod ſubrogatur, aut ſubſtituitur alterius loco, eandem eius naturam ſeruare debet. arg. l. ſi eũ qui. §. Qui iniuriarum. ff. Si quis caut. c. Eccleſia, ut lit. pend. Cũ ergo Epiſcopo, qui ſolus uniuerſa gubernabat, ſubrogati ſint ipſi, atq; alii, qui partes aſſignatas

gnatas eis gubernarent, omnes ſeruare tenentur id, quod Epiſcopus ante diuiſionem facere tenebatur; uidelicet, ſe honeſte ſuſtentare, & reliqua egenis erogare. Nona, quòd celebris ille Gratianus huius libri author, qui Decretorũ medullam antiquorũ callebat, perſpicue ait, in. §. fin. ſub. c. 7
penul, 12.q.1.etiã canonicos, in quorum præbendas capitularis portio diuiſa eſt, in earum regimine cum eadem qualitate ſuccedere, hoc eſt, ut quæ illis ſuperfuerint, debeant egentibus erogare; quod ipſum omnino ſentit D. Bernardus, in epiſt. 2. col. penul. qui ad quendã canonicũ diuiſam præbendam habẽtem, ſcripſit id quod ſuperius allegauimus, uidelicet; Quicquid præter neceſſarium uictum, & ſimplicem ueſtitum retines, tuum nõ eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Decima, ꝙ Alexander IIII. poſt diuiſionem ab anteceſſoribus ſuis Pontificibus, inter Epiſcopos, capitula, fabricas, & pauperes factam, in quadam ſolemni de-

cretali epiſtola reſpõdit, in c. Relatum. 2. de teſtam. non poſſe iure teſtari canonicos de rebus præbendarum ſuarum ratione quæſitis, niſi de reculis aliquibus mobilibus, remunerandorũ ſeruitiorum cauſa; idq; ſolum, ubi cõſuetudo id faciendi uiget. Ex quo plane colligi poteſt, intentionem eorum qui reditus eccleſiaſticos diuiſerunt, non fuiſſe faciendi magis portionum ſuarum dominos eos quibus eas applicarũt, quàm antea Epiſcopi fuerãt uniuerſorum redituum. Quod ipſum
8 colligitur è quodam Innoc. III. Pontificis doctiſſimi ſingulari reſponſo, in c. fin. de his quæ fiunt a ma. par. cap. quod alibi non inueniri ait Panor. in c. Cum omnes, de conſtit. col. 3. & Felin. 8. quo decreuit, fabricæ in neceſſitatem adductæ, poſſe Epiſcopum cum maiori parte capituli, etiam minore repugnante è portione capitulari applicare neceſſaria: quod tamen iuſtificari commode non poſſet, niſi dicamus per præfatas diuiſiones
non

non fuiſſe effectos dominos integros ſuarum portionum, & redituum, ſed ſolum adminiſtratores eorum; ita ut ſe honeſte ſuſtētatis, quod ſupereſſet, operibus impenderent piis: quoniam cum aliquid eſt ita multis commune, ut ſingulis unicuique propria contingat portio, tanquàm domino integro, ut contingerent canonicis ſuæ portiones particulares; ſi opinio contraria eſſet uera, tunc maior pars minori non poſſet præiudicare. In re enim quæ communis eſt pluribus ut ſingulis, non poteſt maior pars præiudicare minori. l. Per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. prȩd. l. Sabinus. ff. Cōmuni diuid. Ratioq; germana illius decretalis Innocentii, ex hac noſtra communi opinione facile colligi poteſt, ut pulchre de more colligit Dec. in d. c. Cū oēs, col. 3. perinde ac hæc noſtra illius ſingulari deciſione dilucide cōfirmatur. Ex quibus palam probatur; nō eſſe canonicis tantū iuris in reditibus ſuarum præbendarum, quantū in reditibus patrimonio-

trimoniorum ſuorum; cum manifeſtũ ſit, neq; Aduerſarius negat, non poſſe illos cogi ab Epiſcopo, ad ſubueniendum Eccleſiæ fabricæ neceſſitati de patrimonialibus. Quod autem ego non aſſignaui præfato cap. rationem decidendi, quam mihi N. imponit, moneo infra mon. LXXII.
9 Vndecima, quòd beneficiarii ſeparata beneficia, & ſeparatos reditus eorũ eccleſiæ habentes, compelli poſſunt ad reficienda tecta, & alia ædificia illius, de his quę illis ſuperſunt; ut ſingulariter probant cap. 1. & c. De his, de eccle. ædif. quos tamen certum eſt nõ poſſe compelli ad id faciẽdum de reditibus ſuorum patrimoniorum ſuperfluis. Ergo per diuiſiones huiuſmodi, reditus beneficiariorum qui eos diuiſos poſſident, non ſunt facti adeo liberi eorundẽ domini, ac ſunt redituum, & bonorum patrimonialium eorũ quæ aliũde habent. Duodecima, quòd diuiſiones præfatæ operari potuerunt, etiam aliquos alios effectus iuſtos, præter eum

quem

quem ſupra diximus; non operando illum iniuſtum, quem Sotus & Aduerſarius prætendunt, nempe, illum quem operatur diuiſio agri ad faciliorē culturæ commoditatem, quæ nec plures agros efficit, nec aliquid a prioris naturæ conditione immutat. l. Caius Seius. §. Titius. ff. de legat. 2. nec onus ullum adiunctum tollit. l. Cum pater. §. Hæreditatem. 2. ff. de legat. 2. & l. Qui cũ tutoribus. ff. de tranſact. Quē item operatur diuiſio facta inter ſe per adminiſtratores Reip. ſuæ commoditatis cauſa, quę Reip. nil præiudicat: quoniam ſinguli eorum poterunt in ſubſidium conueniri poſt talem diuiſionem, ſicut ante illam. l. Imperator, ff. ad municipal. Quem item operatur illa, qua iubet Prætor bina mancipia miniſterii cauſa reſeruari pupillis; per quam non cenſentur omnino diuiſa, imo permanēt cõmunia; licet unuſquiſque pupillorum ſibi reſeruatorum miniſterio cõuenięti uti poſſit. l. Bina mancipia, ff. Cõmu. diuid. Quem item facit

facit illa qua pater pluribus filiis hęre-
dibus inſtitutis moriēs claues & annu
lum cuſtodiæ cauſa maiori natu filiæ
tradidit,& liberto eius res quas ſub cu
ra ſua habuit, aſſignari iuſſit ;per quā
filia pręfata nihil debet habere præci-
puum.l. Cum pater. §. Pater pluribus.
ff. de legat. 2. Cum ergo pręfatæ diui
ſiones poſſint operari effectus omnes
prædictos iuri conſonantes, non ſunt
dicendæ uanæ; quàmuis non operen-
tur illum alium omnibus canonibus
contrarium : quia receptum eſt, quòd
10 priuilegia quæ contra ius commune
feruntur. c. Priuilegia. 3. diſtin. &
debent operari aliquid contra illud.
c. In his, de priuileg. ita interpretan-
da ſunt, ut dato aliquo quod contra
illud operentur, non operentur alia
maiora.arg. c. 1. de reſcrip. & multo-
rum quę adduxit Dec. ibi col. 7. Per
quę omnia, palam profecto eſt, ei qui
omnino non eſt cæcus, & habet uel
micam uoluntatis intelligēdi ut bene
agat, diuiſiones pręfatas bonorū,& re-

dituum

dituũ eccleſiarũ, nõ fuiſſe operatas id quod Sotus & N. parum canonice, ac religioſe aſſeruerũt: neq; ob eas ea uel reditus eorũ effecta fuiſſe patrimonialia bona beneficiariorum; neq; onere antiquo tribuendi ſuperflua pauperibus, aliiſue operibus piis exuta fuiſſe.

SVMMARIVM,

Diuiſio iuſtus titulus ad transferendum dominium illius ſpeciei, qualis erat ante diuiſionem, non tamen alterius, num. 1.

XLII. Moneo, nil etiam obſtare illud argumentum, quod pręfatus N. magnifacit; Diuiſionem, nimirum, bonorum communium eſſe ſufficientem titulum ad transferendum dominium; ita ut dominium quod antea erat cõmune, & indiuiſum in toto, per eã fiat in parte propriũ; ut de illius portionis fructibus tanquàm uerus dominus libere diſponere poſſit. l. 1. C. Communia utriuſque iudi. l. Cum pater. §. Hęreditatẽ, de legat. 2. At Epiſcopus, & alii beneficiarii, diuiſerũt bona eccleſiarum inter ſe, & fabricam, & pauperes. 1

peres.

peres. c. De reditibus. c. Quatuor. 12. q. 2. Ergo quilibet eorum poteſt libere diſponere de fructibus ſuę partis. Nihil, inquam, obſtat hoc argumentum: cui (licet diſſimulet N.) ſatis ſuperq; feci in præfato libello.q.1. nu. 32. & multis conſequentibus; & cui iterum cumulatiſſime ſatisfacimus ſupra in mon. præcedenti. Ex dictis igitur ibi reſpondemus formaliter; Primo, concedendo maiorem; intelligendo eam de tranſlatione talis dominii, quale habebatur in communi: negando autem, intelligendo illam de tranſlatione dominii alterius ſpeciei. Verbi gratia, eſt cõmune duobus aliquod prædium, quo ad utile, & directum dominium; diuiſo prædio, uterque fiet dominus directus, & utilis ſuæ portionis. Si autem prædium eſſet commune quo ad dominium directum tantum, uterq; fieret dominus directus tantum ſuæ portionis. Et ſi eſſet cõmune quò ad utile dominium tantum, uterq; fieret dominus utilis tantum ſuæ portionis.

nis. Et ſi prędium cõmune erat ſubiectum reſtitutioni, uel obligationi ſoluendi aliquam penſionem de fructibus eius, uterq; erit dominus ſuæ portionis; ſed cum onere reſtituendi, uel ſoluendi partem penſionis illius. Cum ergo, poſito ſine præiudicio ueritatis, ꝙ dominium bonorum eccleſiaſticorum fuiſſet commune Epiſcopo, clericis, fabricæ, & pauperibus; cum tamen illa omnia ante prædictam diuiſionem eis eſſent ita cõmunia, ut omnia quę ſupereſſent, miniſtris honeſte ſuſtentatis, erogarentur piis operibus; quod ore pleno etiam ipſe N. confitetur, patet ꝙ per eam non potuerunt fieri propria illorũ libera quo ad partes eos contingentes: ſed cum onere, & obligatione erogandi ſuperflua piis operibus, quali erant ſubiecta cum eſſent communia. Et ita hoc argumentum contra eum retorquetur, & irrefragabiliter noſtram ſententiam cõfirmat; tantum abeſt, ut eam infirmet. Secundo, reſpondetur ad hoc argu-

mentum, negãdo minorem, uidelicet; ꝙ Epiſcopus, & Clerici erant ante diuiſionem domini bonorum Eccleſiæ: quia ſolum erant oeconomi, adminiſtratores, & diſpenſatores eorum conſtituti, mediate, uel immediate a D. N. IESV CHRISTO uero domino illorum, ad ea fideliter & prudenter regenda; & ad diſpenſandum reditus in pauperes, & alia opera pia, ſuſtentatione honeſta ſibi retenta; ut efficaciter probauimus ſupra mon. XXIIII. & ita nullum per prædictam diuiſionem dominium fuit diuiſum; ſed ſolum poteſtas adminiſtrandi præfata cum onere prædicto: quæ etiam eſt irrefragabilis noſtræ ſententiæ confirmatio.

SVMMARIVM.

Bona fabricis & pauperibus deputata, non ſunt magis libera, quàm deputata Epiſcopo & beneficiarijs. num. 1.

XLIII. Moneo, nil etiam obſtare aliud argumentum, quo N. multum nititur, uidelicet; portiones pauperum, & fabricæ,

bricæ,poſt diuiſionem prædictam ſunt
libere omnino:ergo pari ratione por- 1
tiones applicatę beneficiariis,ſunt om
nino liberæ.Nam primo,falſum eſt an•
tecedens, uidelicet; Portiones paupe-
rum , & fabricę eſſe omnino liberas,
quia earum reditus nõ poſſunt impen-
di quibuſlibet uſibus; quia non profa-
nis:& ſi portiones Epiſcopi, & benefi-
ciariorum perirent,uel adeo extenua-
rẽtur, ut nullatenus ali poſſent ad mi-
niſterio ſuo fungẽdum,merito ex por-
tionibus pauperum , & fabricæ poſſet
deſumi ſupplementum. Secundo, ne-
gando conſequentiam, ſcilicet, quòd
eadem ratione Epiſcopus & benefi-
ciarii poſſint impendere reditus por-
tionum ſuarum uſibus ſuis profanis,
qua fabricæ, & pauperum portio uſi-
bus ſuis piis : quoniam ante diuiſio-
nem omnes poterant impendi uſibus
piis, & nulli profanis ; & ita concede-
mus adeo libere poſſe Epiſcopum , &
beneficiarios uti reditibus ſuis ad uſus
pios ſicuti fabrica, & pauperes ſuis ad

eoſdē;neq; tamen iſti,neq; illi poſſunt uti eis ad uſus profanos : quod etiam confirmat ſententiam communem.

SVMMARIVM.

Dominus non quilibet etiam uerus alicuius rei, de ea libere diſponit. num. 1.

Beneficiarios eſſe dominos ſuorum redituum non probat c. 1. de cler. non reſ. lib. 6. & ſi probaret tantū probaret eſſe dominos reſtrictos nu. 2.

Argumentum a contrario ſenſu inualidum, ad probandum id cuius contrarium iure exprimitur. num 2.

XLIIII. Moneo, non obſtare quicq̄ etiam illud quod pro ſuo Achylle op ponūt Aduerſarii, nempe c. 1. de cler. non reſ. lib. 6. quatenus habet, eos qui diuinis non interſunt officiis, non fieri dominos quotidianarum diſtributionum, quæ interuenientibus eis tribui debent: & ita ſignificat eos qui diuinis interſunt officiis, fieri dominos earum. Quod argumentum, neruoſius nos propoſuimus, in præfato libello noſtro. q. 2. nu. 14. ex mente Adriani in 4. de reſtit. q. 12. & Dom. Soti lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur. in hunc

hunc modum. Qui eſt alicuius rei dominus, poteſt de ea pro libito diſponere. l. Si quis ui. §. differentia. ff. de acq. poſſ. & ei annot. per Bart. & alios de dominio; & beneficiarii ſunt ſuorum redituum eccleſiaſticorum domini, eo quòd c. 1. de cler. non reſid. habet, beneficiarios qui nõ interſunt horis, nõ effici dominos diſtributionum quotidianarum: ſignificans a contrario ſenſu fieri dominos illarũ eos qui illis interſunt. Infirmiter, inquam, firmat ſuam opinionem per prædictum c. 1. & præfatam argumentationem. Primo quidem, quia ſoluitur negando maiorem; non enim quicumq; eſt dominus etiam uerus alicuius rei, poteſt de ea pro libito diſponere; ſed ſolum 1
ille qui eſt integer, & abſolutus, ac ſine onere ullo, & uinculo ei annexo. Nam notum eſt, quòd feudatarius, & Emphyteuta, qui habet uerum dominium utile. c. 1. in quib. caſib. feud. amit. iuncta gloſ. in uerb. feudo. l. 1. ff. ſi ager uectig. Nec dominus primo-

genii, quod Hiſpani uocant Maioraz-
go, ſiue Maioratum; nec fideicommiſ-
ſarius qui tenetur reſtituere, licet ſint
ueri domini etiam proprietatis, poſ-
ſunt libere de rebus ſuis pręfatis diſpo
nere: imo tenentur uoluntatem, onus,
& uincula per inſtitutores illorum, uel
alias diſpoſitiones impoſita obſerua-
re. l. Feminæ. C. de ſec. nupt. & toto
titulo.ff.& C.ad Trebell.& ff.de cond.
& demonſt. quod etiam ipſe Aduerſa-
rius plane fatetur in 4.part. ſui libelli,
cap.6. pagella. 16. neq; negare poteſt
per præfata, & per. l. Non ideo minus.
ff. dei rei uend. quatenus probat, gra-
uatum ad reſtituendũ poſt mortem do
minum eſſe, licet alienare non poſſit:
& l. generaliter. §. ſub conditione. ff.
qui, & a quib. quæ habet, ſeruos ſub
conditione legatos, pendente illa, ple-
no iure hæredis eſſe; licet libertatem
ab eo conſequi nequeant. Quin & pu
pillus, & furioſus domini ſunt abſoluti
rerũ ſuarum, & tamen eas alienare ne-
queũt; iuxta illud Iuſtiniani in princip.
inſtit.

inſtit. quib. al. non lic. Aliquâdo qui dñs eſt, alienare nõ poteſt: ubi etiã habetur, maritũ inuita uxore, fundũ dotalé alienare nõ poſſe; licet eius ſit dominus. l. Doce ancillã. C. de rei uend. Et ita licet pręfatũ. c. de cler. nõ reſid. lib. 6. probaret (quod tamen profecto non facit) beneficiarios eſſe dominos ſuorũ redituum, intelligẽdum erat de dominio reſtricto, & obligato ad erogandum ſuperflua pauperibus, & non de omnino libero: quoniã oportet iura iuribus concordare. c. Cũ expediat, de elect. lib. 6. & l. 1. C. de inoffi. dot. & per cõſequẽs ita interpretari illud cap. ut cõcilietur multis aliis iuribus, q̄bus contrariũ declaratur; & probatur ꝙ beneficiarii effectu ſolũ ſunt oeconomi, & diſpẽſatores illorũ ad erogandũ pauperibus, deſumpto ſibi tamen ante oĩa quod ſtatũ ſuum decet; iux. doctrinam Innoc. in c. Indecorũ, de ætat. & qual. Quod etiã præf. Adrian. licet reſtituendi neceſſitatẽ neget, ut N. tñ ita intelligendũ eſſe illud c. ſignificauit, in 4. de

reſt.q.12. col.2. & Maior affirm. in 4. diſt. 24.q.17.& lõge ante illos Archid. in Clem. Gratiæ, de reſcrip.col.penul. cum aliis multis,quę firmiſſima reſponſio eſt. Secundo, reſpondetur, ꝙ falſum
2 eſt probari per illud cap. beneficiarios eſſe dominos redituum ſuorum beneficiorum. Nam illud cap. ſolum inducitur a contrario ſenſu, quod tamen licet alias dicatur fortiſſimum in iure. l. 1. ff. de offi. eius cui mand. c. Cum Apoſtolica, de his quæ fiunt a præl. nullatenus tamen habet uires ad probandum id cuius contrarium in iure exprimitur. gloſ. ſollemnis, recepta in c. Significaſti, de for. comp. ubi late Felyn,& text. omnium optimus in. c. A nobis, de ſent. excõm. At contrarium, ſcilicet, quod non ſunt domini exprimitur in.c.Quod autem.23.q.7. ibi. Non ſunt noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem gerimus. c. Conuenior, ead. cau. & quæſtione, & cap. penult. & fin. 12. q. 1. & c. Edoceri, de reſcript. c. 2. de donat. & Clemens

mens ante illos, lib. 2. cap. 29. & 39. de conſtit. Apoſt. & ſanctus Thom. cuius authoritate Aduerſarii nitũtur, aſſerit in d. Quodlib. 6. art. 12. & Sec. 2. q. 187. art. 7. clericos non eſſe dominos redituum ſuorum beneficiorũ, ſed tantum diſpenſatores, ſiue quibus eſt credita diſpẽſatio. Quod ipſum affirmat magnus ille Gratianus huius libri Decretorũ author in cap. penult. 12. q. 1. & probatur per cap. penult. ead. cauſ. & quæſtione, quæ etiam eſt firmiſſima reſponſio: quod ſupra monito. XXIIII. latius probauimus, monſtrando efficaciter uerum omnium bonorum Eccleſiæ dominium eſſe penes CHRISTVM. Imo & hoc eſſe hodie neceſſaria in ſalutem fide credendum, per concil. Trident. in cap. 1. de reform. ſeſſ. 25. cuius ea de re uerba ibi tranſtulimus.

SVMMARIVM.

Beneficiariorum facultas impendendi reditus ſuos, non fundatur in dominio eorum, ſed in conceſſione ipſius a iure facta. num. 1.

Beneficiarius regularis tam libere diſponit de reditibus ſui beneficij regularis, ac ſæcularis de ſui beneficij ſæcularis. nu. 2.

XLV. Moneo, nil etiam obſtare illud fundamentũ, quod prefatus N. ubi ſupra præſupponit, uidelicet, quòd pote
1 ſtas impendẽdi reditus eccleſiaſticos, fundatur in dominio quod habent in illis beneficiarii, q̃a id falſum eſt: non enim fundatur in eo, ſed in facultate data eis a iure id faciẽdi. Nã Epiſcopi qui ſunt religioſi, & alii quilibet bene-
2 ficiarii regulares tam libere poſſunt im pẽdere de reditibus ſuis, quàm alii Epi ſcopi, & beneficiarii ſæculares de ſuis, iuxta determinationem Cardinalis flo rent. in Clem. 2. §. Sed & tales, de uita & honeſt. cler. & in Clemen. Gratiæ, col. penult. de reſcript. quem etiam in præfato libello q. 1. citauimus, cui nemo unquàm contradixit: cum tamen certum ſit, eos non eſſe dominos illorum, neque capaces dominii eorum, neq; alius alicuius rei temporalis propter ſolemne paupertatis uotũ, quod

in

in profeſſione emiſerunt. c. Non dicatis. 12. q. 1. & c. Cum ad monaſterium. §. fin. de ſtat. monach. Id quod late probauimus in illa rubri. de ſtat. monach. q. 1. & ſatis ſupra mon. IX. & octo ſequent.

SVMMARIVM.

Soluens alij, quod alij debet, non ſatisfacit. nu. 1.
Intellectus optimus. c. Peruenit, de fideius. nu. 2.
Princeps reſpondens ad conſultationem, ſecundum ius præcedens uidetur reſpondere. nu. 3.
Beneficiarius poteſt ſoluere debita ſua, etiam iniuſte contracta, de reditibus beneficij. nu. 4.

XLVI. Moneo, nil etiam obſtare. c. Peruenit, de fideius. quod neruoſius quàm per præfatum N. inducatur, poteſt ſic induci. Nemo liberatur ſoluendo uni, quod debet alteri; uel ſoluẽdo debita quę aliis debet, de rebus aliis 1
debitis. argumento. c. Forte, & c. Denique. 14. quæſtione 5. & c. Ea te, de iure iur. At beneficiarius qui non habet patrimonialia unde ſua debita ſol-

uat,

uat, debet; imo cogi poteſt ſoluere creditoribus ſuis debita ſua de reditibus beneficii ſui, per d.c. Peruenit; ergo reditus non ſunt debiti pauperibus. Ad quod argumentum uno modo reſpondet Archid. in d. §. Aſſeſſorem, uidelicet, quòd id fecit Papa ex gratia ſpeciali, & expreſſa diſpoſitione. Quæ reſponſio nunquàm nobis placuit, & recte ab N. cõfutatur, quam & nos confutauimus anno. 1525. Salmanticę prælegẽdo illud cap. pro clariſſimo illo doctore Tapia, quem ſolũ a tempore immemoriali uidit Salmantica utriuſque iuris doctoratu a ſe
3 inſignitum. Et merito quidem reprobauimus; quia cum Princeps reſpondet ad conſultationem, ſecundum ius prius ſtatutum reſpondere uidetur. iuxta gloſ. celebrem c. Conſultationi, de temp. ord. & c. Ex tua, de fil. presb. Tum, quia ſecundum eius reſponſionem, cap. illud de nihilo ſeruiret extra caſum in eo contentum, & ita eſſet delendũ, ne membranas inutiliter occupa-

occuparet. iux. c. Si Romanorum. 19. diſt. Aliter reſpondet Panor. in. c. Cū eſſes. nu. 27. de teſtam. uidelicet, ꝙ Papa non iubet, ut debita de quibus ibi agitur, ſoluantur de reditibus beneficii; ſed ſimpliciter de reditibus clerici: & quod ille habebat alios reditus ſæculares. Quam ſolutionem etiā tanquàm diuinatoriā, quando & ubi ſupra confutauimus. Aliter uidentur reſpondere Card. & eius ſequaces ibidem. Ex quorum tamen reſponſione ſequeretur, ꝙ beneficiarius ſola debita intuitu eccleſiæ cōtracta, & non alia poſſet ſoluere de reditibus ſui beneficii; cuius contrarium nos ſemper tenuimus; & ita ſcripſimus in Manuali confeſſ. cap. 25. nu. 131. aſſerentes, poſſe beneficiarium debita ſua, etiam iniuſte contracta, ſi alios patrimoniales non habet, ſoluere ex reditibus ſui beneficii, ſibi ea capiendo tanquàm pauper. & cæt. licet decis. Rot. in antiq. de ſolut. 1. & 41. de probat. in eiſdem nō ſe adeo extendat. Quare ali- 4

ter

ter reſpõdimus nos præf.anno.25.quã reſponſionem,& modũ intelligendi illud cap.ſignificauimus in d.Manu.ubi ſupra: & latius explicauimus ad aliud propoſitũ in lib. noſtro, quẽ defendimus q.2.nu.35.quod neſcio quare N. diſſimulauit, niſi q̃a forte deerat ei replicatio cõtra ſolutionem,quæ eſt omni legi & conſuetudini conſonantiſſima. Reſpondemus ergo, ꝙ beneficiarius qui non habet alia bona ex quibus aliis ſuis creditoribus ſatisfacere poſſit,eſt unus de pauperibus: & ideo ſolutio debitorum eius, cenſenda erit in pauperes erogatio;ac ita ipſe beneficiarius tanquàm ſuorũ redituum diſtributor, poteſt ex reliquis ipſorũ capere ſibi tanq̃ pauper, unde ſua debita tanq̃ debita pauperis ſoluat. Neq; ob id ipſius beneficiarii creditores prȩferuntur pauperibus; ſed ipſe beneficiarius ſeipſum tanq̃ pauperẽ prȩfert aliis pauperibus ꝓpter poteſtatẽ ſibi a iure cõceſſam ſecundũ Tho.& oẽs erogandi reliqua ſuorum redituum pauperibus

bus quos ipſe elegerit. Per quæ applicata formaliter ad præfatam inductionem, conceſſa maiore & minore, negamus cõſequentiam. Ex eo enim ꝙ nemo liberatur ſoluendo uni, quod debet alteri, quod continet maior; & ex eo ꝙ beneficiarius poteſt ſoluere ſua debita, & cõtracta intuitu perſonæ ſuæ de reditibus eccleſiaſticis ſi nõ habet aliud unde ſoluat, quod continet minor; non infertur ꝙ reditus illi nõ debentur pauperibus, quod eſt conſequens: cum ſoluendo illos creditoribus beneficiarii pauperis non habentis unde illa ſoluat, cenſentur dari pauperibus: quia dantur pro clerico paupere, qui habet facultatem eligendi pauperem cui eos diſtribuat; & eligit in primis ſeipſum, quem debet eligere ſecundum charitatem ordinatam. iuxta c. Si non licet. 23. q. 5. & l. Præſes. C. de ſeruit. & aqua.

SVMMARIVM.

Intellectus nouus, & aptus c. Quod quibuſdam. de fidcius. num. 1.

XLVII.

XLVII. Moneo,non obſtare c.Quod
1 quibuſdam,de fideius. quia longe uerior eſt intellectus, qui ad id colligitur ex ſolutione proxime data ad prçfatum. c. Peruenit, eod. tit. quàm ſit ille quem præfatus N. illi tribuit,uidelicet, quòd Abbas, & Conuentus debẽt ſoluere pecuniam per ſe, uel ſuum religioſum, uel alium, mutuo acceptam de reditibus ſui monaſterii, etiã ſi non probetur in utilitatem eius cõuerſa,tanquàm pauperes quidam, qui proximiores ſunt ſibi,quàm aliis; qui non habent alia quàm reditus monaſterii, unde illam ſoluant; & poſſunt cogi ad hoc a Iudice, quia iuſte id facere poſſunt: quandoquidẽ iuſte poſſunt ſibi pro ſuorum debitorum ſolutione tanquàm pauperibus accipere, id quod poſſent in ſolutionem debitorum aliorum pauperum, ne ob ea uexarentur, erogare.

SVMMARIVM.

Intellectus extrauag: ſuſcepit, tit. Ne ſede uacan. inter cões, & tit.de elect. inter, Io.XXII. nu.1.

Conſue.

*Conſuetudo ut beneficiario poſt mortem cedant fru-
ctus primi uel ſecundi anni, non inſert poſſe il-
lum de illis pro libito diſponere. nu. 2.*

*Fructus beneficiario poſt mortem cedentes in quã
impendendi. num. 2.*

XLVIII. Moneo, nil etiam obſtare extrauag. ſuſcepti; Ne ſed. uac. quia late in noſtro libello illi reſponſum fuit q. 3. nu. 12. licet id præfatus N. diſſimulet, & forte [quod defuerunt ei copiæ ad impugnandam noſtram reſponſionem, quæ cõtinet, primo extrauag. illam eſſe Io. XXII. quę eſt in tit. de elect. inter extrauagantes eius, & in tit. Ne ſed. ua. inter extrauagantes cõmunes; & in eo ſolo contra nos & cõmunem induci poſſe, quod approbat conſuetudinem, ut beneficiarius percipiat poſt mortem reditus beneficii primi, aut ſecundi anni, Secundo, q ex eo nõ infertur, eam probare; quòd liceat ex conſuetudine beneficiariis pro libito teſtari, uel impendere fructus primi aut ſecundi anni, poſt mortem: quia hoc longe diuerſum eſt; & a

Margin numbers: 1 (beside "te in noſtro libello"), 2 (beside "çipiat poſt mortem").

diuerſis

diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Imo uir doctiſſimus Zenzelinus a nemine alio citatus, ſingulariter ibidem in gloſ. eiuſdem extrauagantis, quam habet inter extrauagantes Io. XXII. tit. de elect. in uerb.
1 defuncto, ait; fructus iſtos conuertendos eſſe in utilitatem animæ defuncti; uel, ut idem Zenzelinus in alia gloſ. poſita in uerb. Eccleſiæ, ſentit in ſolutionem nominum, uel debitorum defuncti: quod ſummam habet rationẽ, perpenſa mente illorum, qui induxerunt præfatam conſuetudinem id permittentem, quæ fuit; ne bona deeſſent ſumptibus funeris, & debitorum ſolutioni. Quin & in alia gloſ. ſuper uerb. Perſonis, addidit idem Zenzel. non ua
2 lere conſuetudinem deferentem prædictos fructus perſonis laicis diuitibus. Tertio, quòd prædictis non refragatur, quod Io. And. frequentius receptus, in c. Nemo plus iuris de reg. iur. lib. 6. ait, approbari per illam extrauagantem ſuam opinionem, qua tradi-

derat ualere cõſuetudinem permittentem beneficiario teſtari de fructibus primi, aut ſecundi anni poſt mortem ſuam perceptis: nam illius contextus haudquaq̃ id probat, ut diximus; & ſi probaret, eſſet intelligendus de cõſuetudine teſtandi in pios uſus, & nõ profanos, ut aperte colligit̃ ex tribus gloſſis Zenzelini proxime citatis. Neque etiam ipſe Io.And. contrarium expreſſit, & rationes in prȩfato libello ubi ſupra citatæ, repetitæq; mon. XXXIX. & præcedenti, & tangendȩ infra, mon. L. in hanc concordiã nos neceſſario adducunt argument. c. Cum expediat, de elect. lib. 6. & l. 1. C. de inoffi. dot. Quarto, ꝙ ex his ſequitur; hȩredes beneficiarii defuncti non poſſe præfatos fructus ꝑcipere, niſi tanq̃ pauperes; aut quia debita defuncti ex aliis ſuis ipſorũ hæredũ bonis ſoluiſſent, uel in locũ aliorum bonorũ, quȩ defunctus ex ſuis bonis patrimonialibus, uel quaſi prius in pauperes, aut in pios uſus impẽdiſſet. iuxta ea quȩ dicemus infra ead. q.

monito LXXVII. & in q.3.monito ultimo, quæ eſt noua, & ualde utilis declaratio prædictorum, & aliorum quæ Doctores leuiter attingentes dixerũt.

SVMMARIVM.

Stipendium militi datur liberum ab onere largiendi ſuperflua pauperibus: non autem Epiſcopo, uel beneficiario pars deputata ei per diuiſionem. num. 1.

XLIX. Moneo, nil etiam obſtare illud argumentum quo præfatus N. utitur a ſimili, uidelicet; Miles ſtipẽdium quod ei datur, facit ſuum; & mercenarius mercedem quæ ei datur, facit ſuã: ergo Epiſcopus, & beneficiarius reditus ſibi per prædictas diuiſiones aſſignatos, faciunt ſuos. Soluitur enim negando conſequentiam, & ſimilitudinem: quia militi, & mercenario ſoluitur ſtipendium liberum ab omni onere; Epiſcopo autem, & beneficiario per præfatas diuiſiones aſſignantur reditus illi oneri ſubiecti, cui erant ante diuiſionẽ, per ſupradicta mon. XXVII.

1

& in

& in libello præfato q. 3. Eodem modo ſoluitur illud debiliſſimum argumẽtum, quod N. format, nempe; beneficiarius facit ſuos fructus beneficii exigui, ergo & beneficii pinguis; quãdoquidem manifeſta eſt ratio diuerſitatis: nam habenti exiguum beneficiũ, nihil ſibi honeſte ſuſtentato ſupereſt; habenti autem pingue, ſupereſſe poteſt, & ſi ob circunſtantias perſonę nõ ſupereſſet, idem eſſet de habente pingue, & exiguum: per quod apparet, nõ facere quod aiunt, ad rhombum, ea quæ ſubdit, quòd maius & minus non faciunt differre ſpecie, neq; in prædicamento ſubſtantiæ uerificari magis & minus, & cæt.

SVMMARIVM,

Conſuetudo ut beneficiarij diſponant in uita & morte de reditibus eccleſiaſticis pro libito, nullibi gentium eſſe uidetur; & ſi eſſet, non ualeret: nec hoc debet uideri durum. nu. 1. & ſeq.

Conſuetudo ut legi deroget, debet eſſe maioris partis. num. 2.

Academia Caturcenſis a Io. XXII. erecta. nu. 3.

Conſuetudinem libere teſtandi de reditibus beneficiorum, non eſſe clericis in Italia, conſtat ex literis multorum Rom. Pontif. recentioru. nu. 4.
Author Commentarium de ſpolijs clericorum, una cum hac Apologia componit, in c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. num. 4.

L. Moneo, non item obſtare, quod præfatus N. ait; quòd ex opinione recepta ſequeretur quiddam abſurdum, uidelicet; ꝙ conſuetudo cõtraria, quam ille ait ubiq; terrarum eſſe, non excuſaret beneficiarios ea utentes. Tum, quia id nullatenus eſt abſurdum, licet aliquibus uideretur durum, ferendum tamen, ut ait Pelagius ubi ſupra lib. 2. cap. 29. col. fin. aſſimilando id ſermoni CHRISTI de ſuę carnis eſu. Io. 6. qui durus quidẽ fuit Iudæis, cum eſſet uerus. Durum, inquam, uidebitur duris corde, & parum in pauperes miſericordibus: non autem uolentibus imitari ueſtigia miſericordiæ D. N. IESV CHRISTI, Apoſtolorũ eius, & aliorum omnium, quos hactenus legimus in ſanctorum catalogum relatos: neq; his,

his, qui quæ ſurſum ſunt ſapiunt, & non quæ ſuper terram, ad Coloſſen. 3. neque his quæ Chriſti, & non quæ ſua ſunt, quærunt, ad Philippen. 2. Tum, quia, licet id præfatus N. diſſimulet, huic obſtaculo reſpondimus in prædicto libro q. 3. nu. 7. negando, quod etiam nunc pernegamus; eſſe ubique terrarum, ut ipſe ait, conſuetudinem r teſtandi, & donandi pro libito de reditibus eccleſiaſticis. Quoniam primo neque Epiſcopi, neque Abbates, neque alii beneficiarii religioſi, neq; item uiri litterati, Deum (ut par eſt) timentes, pauperesque diligentes, qui ſaniorem beneficiariorum partem cõſtituunt, uſquàm teſtantur, ſine ſpeciali Papæ licentia, niſi ad ſummum in opera pia. Deinde quòd pauci ex his qui in profanos uſus teſtantur, id faciunt de reliquis, & ſuperfluis ſuorum redituum eccleſiaſticorum: quia collatione aliorum pauci ſunt, qui habent beneficia, quę pluſquàm ad honeſtam eorum ſuſtentationem ſuffi-

ciant. Tertio, quòd multi obtinentium pinguiora beneficia, decedunt oneratiores debitis, quàm ſuperfluis abundantes. Quarto, ꝙ etiam paucis eorum qui frugalioris uitæ ſunt, beneficia pinguiora habentibus, ſuperfluunt multa de ſuis eccleſiaſticis reditibus, deductis ex illis ſuo uictu, & neceſſariis; ſiue omnia illa impendant, ſiue parcius uiuendo aliquã partem ſibi relinquent. Deductis denique, quæ ipſi ſua induſtria, ſuis muneribus, & functionibus, xeniis, & donis magnatum, cognatorum, donatorum, & aliorũ amicorum quęſierunt. Deductis tertio ſubuentionibus; quibus toto tempore quo beneficiarii fuerunt, ſubuenerunt mendicantibus, religioſis, uel aliis cognatis, familiaribus, & amicis egentibus, intuitu egeſtatis. Deductis etiam quarto iis, quæ decedentes teſtamento relinquunt, ſumptibus funeris, famulis benemeritis, atque aliis piis operibus. Deductis quinto mercedibus, quas forte meruerunt per officia eccleſiæ uniuerſali,

uerſali, aut particulari impēſa, ultra ea quæ intuitu beneficiorum debebant; iuxta ſententiam Io. Maioris, in prædicto libello q. 1. a nobis relatam, & infra mon. LXXV. repetitam. Quæ omnia, iuſte deduci poſſe, in præfato libello q. 1. a nu. 48. uſq; in finem quæſtionis probamus, & infra repetemus, a mon. LXXV. uſq; in finem; & reducetur in ſummam infra q. 3. mon. ult. Itaq; pauci profecto ſunt, qui attentis his, teſtantur de reliquis beneficiorum ſuorum in uſus profanos; ſed ſolum de patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus; & de his quæ frugalitate, parſimonia, induſtria, labore, negotiatione, ac officiis, ſiue, ut ita dicam, ſeruitiis parta poſſident. Quare, auſim affirmare, ne dum omnes beneficiarios, ſed neq; illorum maiorem partem, ſed neque eorū uiceſimam, neq; etiam quadrageſimam contra ſententiam communem teſtari, uel donare conſueuiſſe: & cum ad legem abrogādam oporteat maiorem ſubditorum partem cō- 2

tra eam facere, ſecundum Panor.receptũ in c.fin.nu.18.de conſuet.apparet liquido,non eſſe inductã ullam cõſuetudinem, qua beneficiarii ad libitum teſtentur,aut donent,niſi ut plurimum in opera pia,etiam ſi conſuetudo præfatę legi derogare poſſet; quod tamen facere non poſſe, infra q.3.mon.III. probabitur. Et quicquid prædictus N. dimidio ætatis me iunior,facile de huiuſmodi cõſuetudine pronunciet,ego iam agens annũ LXXVIII.gratias Deo, coram quo hæc ſcribo; licet ab infantia ſtudiis litterarum dicatus,quaſi eas fugientes ſequens, peregrinatus fuerim, primũ, per Celtiberiam, ſiue Nauarram;deinde,per Caſtellam nouam: tertio,per Galliam:quarto,per Caſtellam ueterem: quinto, per Luſitaniam: ſexto, per utramq; Caſtellã, & Nauarram: & deniq; per Galliam, & Italiam; in cuius Roma, omnibus nominibus, noſtra ſententia, ſumma; in qua plura dicens,iam tertiũ annũ continuũ ago. Et q̃uis a quinquaginta annis,aut am-

plius

plius de iure cõſulor, non memini uſquàm uidere conſuetudinẽ beneficiariorũ utendi tam in morte q̃ in uita reditibus eccleſiaſticis perinde ac patrimonialibus. Imo audiui Cathurci, dũ in eius Academia erecta a Io. XXII. ibi 3
(ut aiunt) orto, ſacros canones prælegerem; rectores eccleſiarũ, qui uellent ne teſtaméta eorũ a fiſco Epiſcopi in ius uocarẽtur, ſolere quotãnis certã quantitatẽ in opera pia ipſi ſoluere, qđ aiebant præfati Io. XXII. priuilegio niti. Et in oĩbus prædictis prouinciis, uidi plurimos ſecundũ cõem ſentiẽtes, & operãtes; imo & cõſulentes, quantũ, & qua uia poſsẽt donare in uita uel relinquere in morte aliqua aliquibus cognatis de reditibus beneficiorũ etiã tenuiorũ; eo ꝙ ignorabãt dictũ Innocẽtii cõiter receptũ in cap. Epiſcopus, de pręb. de quo in præf. libello q. 1. diximus, & ſupra mon. XXX. repetiimus: per quod magnopere temperatur cõmunis ſententia, ſcilicet; poſſe beneficiarium ſeruare ſuum patrimonium, & reditus eius

Conſuetudo beneficiariorum diſponendi ad libitum de reditibus, non eſt nota Papæ; imo contrariam eſſe in Italia, ipſi Põtifices teſtãtur. nu 1.

LI. Moneo, non etiã obſtare illud argu-
1 gumen. præfati N. ſcilicet; Ex nullo uero ſequitur falſum, ſecũdum oẽs; at ex ſentẽtia recepta, & noſtra ſequit̃ quiddã non ſolũ falſum, ſed impoſſibile, uidelicet; ꝙ Eccleſia fouet peccatũ, & habet maculã, & rugam, cõtra extrauag. Vnã ſanctã, de maio. & obed. eo ꝙ Eccleſia uidetur fouere utentes cõſuetudine contraria receptę ſententiæ; cum ut ipſe ait, ſciens & prudens nõ puniat eos. ergo illa nõ eſt uera: tollitur enim facile, reſpondendo, ꝙ Eccleſia in hoc nullum fouet peccatũ. Tum, quia nullatenus approbat illos qui opinione contraria cõmuni utuntur: imo ipſã repræſentata per concil. Trid. nuperrime tacite uetuit, ne quis tali cõſuetudine uteretur, ut uidere eſt, in ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. cuius uerba retulimus ſupra monito XXIII. & XXVII. Tum, quia ut in monito proxime prę-

cedente

cedente probauimus, nullibi eſt talis conſuetudo; & quod non eſt, non ſcitur: quia non entis non ſunt qualitates. l. ſi ſeruum, §. 1. ff. de act. empt. Tum, quia etiam ſi eſſet, non tamen eſſet nota Papæ: quod deciſio prima de ſolut. in antiq. & 41. de probati. in eiſdem, ſatis ſignificant, dum habent; beneficiarii mortui ab inteſtato bona intuitu eccleſiæ quæſita, ad eccleſiam, & non ad hęredes pertinere, & alia. Per quę apparet ignotã eis fuiſſe con-
ſuetudinem præfatam. Tum, quia imo 2
cõſtat p̃ cõſtitutiones citatas in mon. proximo nu. 4. cõſtare Papæ de cõtraria conſuetudine Italiæ. Tum, quia ut in præd. lib. q. 3. nu. 16. dixi, & mox in ſeq. mon. latius probabo; falſum eſt Papam, uel alium monarcham fouere omne quod ſcit illicite fieri: & non pu
nit; quia, ut Innoc. III. ait, in c. Cũ iam 3
dudum, de pręb. Multa tolerantur, quę ſi in iudicium deducerentur, iuſtitia id exigente, non tolerarentur: quæ eſt reſponſio in noſtris terminis Caietani

in

XLVII. Moneo, non obſtare c. Quod
1 quibuſdam, de fideius. quia longe uerior eſt intellectus, qui ad id colligitur ex ſolutione proxime data ad pręfatum. c. Peruenit, eod. tit. quàm ſit ille quem præfatus N. illi tribuit, uidelicet, quòd Abbas, & Conuentus debēt ſoluere pecuniam per ſe, uel ſuum religioſum, uel alium, mutuo acceptam de reditibus ſui monaſterii, etiā ſi non probetur in utilitatem eius cōuerſa; tanquàm pauperes quidam, qui proximiores ſunt ſibi, quàm aliis; qui non habent alia quàm reditus monaſterii, unde illam ſoluant; & poſſunt cogi ad hoc a Iudice, quia iuſte id facere poſſunt: quandoquidē iuſte poſſunt ſibi pro ſuorum debitorum ſolutione tanquàm pauperibus accipere, id quod poſſent in ſolutionem debitorum aliorum pauperum, ne ob ea uexarentur, erogare.

SVMMARIVM.

Intellectus extrauag: ſuſcepit, tit. Ne ſede uacan. inter cōes, & tit. de elect. inter, Io. XXII. nu. 1.

Conſue-

Conſuetudo ut beneficiario poſt mortem cedant fru ctus primi uel ſecundi anni, non inſert poſſe illum de illis pro libito diſponere. nu. 2.

Fructus beneficiario poſt mortem cedentes in qua impendendi. num. 2.

XLVIII. Moneo, nil etiam obſtare extrauag. ſuſcepti; Ne ſed. uac. quia late in noſtro libello illi reſponſum fuit 1
q. 3. nu. 12. licet id præfatus N. diſſimulet, & forte [quod defuerunt ei copiæ ad impugnandam noſtram reſponſionem, quæ cõtinet, primo extrauag. illam eſſe Io. XXII. quę eſt in tit. de elect. inter extrauagantes eius, & in tit. Ne ſed. ua. inter extrauagantes cõmunes; & in eo ſolo contra nos & cõmunem induci poſſe, quod approbat conſuetudinem, ut beneficiarius percipiat poſt mortem reditus beneficii 2
primi, aut ſecundi anni, Secundo, q ex eo nõ infertur, eam probare; quòd liceat ex conſuetudine beneficiariis pro libito teſtari, uel impendere fructus primi aut ſecundi anni, poſt mortem: quia hoc longe diuerſum eſt; & a diuerſis

diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Imo uir doctiſſimus Zenzelinus a nemine alio citatus, ſingulariter ibidem in gloſ. eiuſdem extrauagantis, quam habet inter extrauagantes Io. XXII. tit. de elect. in uerb.
1 defuncto, ait; fructus iſtos conuertendos eſſe in utilitatem animæ defuncti; uel, ut idem Zenzelinus in alia gloſ. poſita in uerb. Eccleſiæ, ſentit in ſolutionem nominum, uel debitorum defuncti: quod ſummam habet rationẽ, perpenſa mente illorum, qui induxerunt præfatam conſuetudinem id permittentem, quæ fuit; ne bona deeſſent ſumptibus funeris, & debitorum ſolutioni. Quin & in alia gloſ. ſuper uerb. Perſonis, addidit idem Zenzel. non ua
2 lere conſuetudinem deferentem prædictos fructus perſonis laicis diuitibus. Tertio, quòd prædictis non refragatur, quod Io. And. frequentius receptus, in c. Nemo plus iuris de reg. iur. lib. 6. ait, approbari per illam extrauagantem ſuam opinionem, qua tradiderat

derat ualere cõſuetudinem permittentem beneficiario teſtari de fructibus primi, aut ſecundi anni poſt mortem ſuam perceptis: nam illius contextus haudquaq̃ id probat, ut diximus; & ſi probaret, eſſet intelligendus de cõſuetudine teſtandi in pios uſus, & nõ profanos, ut aperte colligit ex tribus gloſſis Zenzelini proxime citatis. Neque etiam ipſe Io.And. contrarium expreſſit, & rationes in pręfato libello ubi ſupra citatæ, repetitæq; mon.XXXIX. & præcedenti, & tangendę infra, mon. L. in hanc concordiã nos neceſſario adducunt argument. c. Cum expediat, de elect. lib.6. & l.1.C.de inoffi. dot. Quarto, ꝙ ex his ſequitur; hęredes beneficiarii defuncti non poſſe præfatos fructus ꝑcipere, niſi tanq̃ pauperes; aut quia debita defuncti ex aliis ſuis ipſorũ hæredũ bonis ſoluiſſent, uel in locũ aliorum bonorũ, quę defunctus ex ſuis bonis patrimonialibus, uel quaſi prius in pauperes, aut in pios uſus impẽdiſſet. iuxta ea quę dicemus infra ead. q.

monito LXXVII. & in q.3.monito ultimo, quæ eſt noua, & ualde utilis declaratio prædictorum, & aliorum quæ Doctores leuiter attingentes dixerũt.

SUMMARIUM.

Stipendium militi datur liberum ab onere largiendi ſuperflua pauperibus: non autem Epiſcopo, uel beneficiario pars deputata ei per diuiſionem. num. 1.

XLIX. Moneo, nil etiam obſtare illud argumentum quo præfatus N. utitur a ſimili, uidelicet; Miles ſtipẽdium quod ei datur, facit ſuum; & mercenarius mercedem quæ ei datur, facit ſuã: ergo Epiſcopus, & beneficiarius reditus ſibi per prædictas diuiſiones aſſignatos, faciunt ſuos. Soluitur enim negando conſequentiam, & ſimilitudinem: quia militi, & mercenario ſoluitur ſtipendium liberum ab omni onere; Epiſcopo autem, & beneficiario per præfatas diuiſiones aſſignantur reditus illi oneri ſubiecti, cui erant ante diuiſionẽ, per ſupradicta mon. XXVII. & in

& in libello præfato q. 3. Eodem modo ſoluitur illud debiliſſimum argumētum, quod N. format, nempe; beneficiarius facit ſuos fructus beneficii exigui, ergo & beneficii pinguis; quādoquidem manifeſta eſt ratio diuerſitatis: nam habenti exiguum beneficiū, nihil ſibi honeſte ſuſtentato ſupereſt; habenti autem pingue, ſupereſſe poteſt, & ſi ob circunſtantias perſonę nō ſupereſſet, idem eſſet de habente pingue, & exiguum: per quod apparet, nō facere quod aiunt, ad rhombum, ea quæ ſubdit, quòd maius & minus non faciunt differre ſpecie, neq; in prædicamento ſubſtantiæ uerificari magis & minus, & cæt.

SVMMARIVM.

Conſuetudo ut beneficiarij diſponant in uita & morte de reditibus eccleſiaſticis pro libito, nullibi gentium eſſe uidetur; & ſi eſſet, non ualeret: nec hoc debet uideri durum. nu. 1. & ſeq.

Conſuetudo ut legi deroget, debet eſſe maioris partis. num. 2.

Academia Caturcenſis a Io. XXII. erecta. nu. 3.

Conſuetudinem libere teſtandi de reditibus beneficiorum, non eſſe clericis in Italia, conſtat ex litteris multorum Rom. Pontif. recentiorũ. nu. 4.
Author Commentarium de ſpolijs clericorum, unà cum hac Apologia componit, in c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. num. 4.

L. Moneo, non item obſtare, quod præfatus N. ait; quòd ex opinione recẽpta ſequeretur quiddam abſurdum, uidelicet; ꝙ conſuetudo cõtraria, quam ille ait ubiq; terrarum eſſe, non excuſaret beneficiarios ea utentes. Tum, quia id nullatenus eſt abſurdum, licet aliquibus uideretur durum, ferendum tamen, ut ait Pelagius ubi ſupra lib. 2. cap. 29. col. fin. aſſimilando id ſermoni CHRISTI de ſuę carnis eſu. Io. 6. qui durus quidẽ fuit Iudæis, cum eſſet uerus. Durum, inquam, uidebitur duris corde, & parum in pauperes miſericordibus: non autem uolentibus imitari ueſtigia miſericordiæ D. N. IESV CHRISTI, Apoſtolorũ eius, & aliorum omnium, quos hactenus legimus in ſanctorum catalogum relatos: neq; his,

his, qui quæ ſurſum ſunt ſapiunt, & non quæ ſuper terram, ad Coloſſen. 3. neque his quæ Chriſti, & non quæ ſua ſunt, quærunt, ad Philippen. 2. Tum, quia, licet id præfatus N. diſſimulet, huic obſtaculo reſpondimus in prædicto libro q. 3. nu. 7. negando, quod etiam nunc pernegamus; eſſe ubique terrarum, ut ipſe ait, conſuetudinem teſtandi, & donandi pro libito de redribus eccleſiaſticis. Quoniam primo neque Epiſcopi, neque Abbates, neque alii beneficiarii religioſi, neq; item uiri litterati, Deum (ut par eſt) timentes, pauperesque diligentes, qui ſaniorem beneficiariorum partem cõſtituunt, uſquàm teſtantur, ſine ſpeciali Papæ licentia, niſi ad ſummum in opera pia. Deinde quòd pauci ex his qui in profanos uſus teſtantur, id faciunt de reliquis, & ſuperfluis ſuorum redituum eccleſiaſticorum: quia collatione aliorum pauci ſunt, qui habent beneficia, quę pluſquàm ad honeſtam eorum ſuſtentationem ſuffi-

ciant. Tertio, quòd multi obtinentium pinguiora beneficia, decedunt oneratiores debitis, quàm ſuperfluis abundantes. Quarto, ꝙ etiam paucis eorum qui frugalioris uitæ ſunt, beneficia pinguiora habentibus, ſuperfluunt multa de ſuis eccleſiaſticis reditibus, deductis ex illis ſuo uictu, & neceſſariis; ſiue omnia illa impendant, ſiue parcius uiuendo aliquã partem ſibi reliquent. Deductis denique, quæ ipſi ſua induſtria, ſuis muneribus, & functionibus, xeniis, & donis magnatum, cognatorum, donatorum, & aliorũ amicorum quęſierunt. Deductis tertio ſubuentionibus, quibus toto tempore quo beneficiarii fuerunt, ſubuene unt mendicantibus, religioſis, uel aliis cognatis, familiaribus, & amicis egentibus, intuitu egeſtatis. Deductis etiam quarto iis, quæ decedentes teſtamento relinquunt, ſumptibus funeris, famulis benemeritis, atque aliis piis operibus. Deductis quinto mercedibus, quas forte meruerunt per officia eccleſiæ uniuerſali,

uerſali, aut particulari impẽſa, ultra ea quæ intuitu beneficiorum debebant; iuxta ſententiam Io. Maioris, in prædicto libello q. 1. a nobis relatam, & infra mon. LXXV. repetitam. Quæ omnia, iuſte deduci poſſe, in præfato libello q. 1. a nu. 48. uſq; in finem quęſtionis probamus, & infra repetemus, a mon. LXXV. uſq; in finem; & reducetur in ſummam infra q. 3. mon. ult. Itaq; pauci profecto ſunt, qui attentis his, teſtantur de reliquis beneficiorum ſuorum in uſus profanos; ſed ſolum de patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus; & de his quæ frugalitate, parſimonia, induſtria, labore, negotiatione, ac officiis, ſiue, ut ita dicam, ſeruitiis parta poſſident. Quare, auſim affirmare, ne dum omnes beneficiarios, ſed neq; illorum maiorem partem, ſed neque eorũ uiceſimam, neq; etiam quadrageſimam contra ſententiam communem teſtari, uel donare conſueuiſſe: & cum ad legem abrogãdam oporteat maiorem ſubditorum partem cõ- 2

tra eam facere, ſecundum Panor.recep-
tũ in c. fin.nu.18.de conſuet.apparet
liquido,non eſſe inductã ullam cõſue-
tudinem, qua beneficiarii ad libitum
teſtentur,aut donent,niſi ut plurimum
in opera pia,etiam ſi conſuetudo præ-
fatę legi derogare poſſet; quod tamen
facere non poſſe, infra q. 3. mon.III.
probabitur. Et quicquid prædictus N.
dimidio ætatis me iunior,facile de hu
iuſmodi cõſuetudine pronunciet,ego
iam agens annũ LXXVIII.gratias Deo,
coram quo hæc ſcribo; licet ab infan-
tia ſtudiis litterarum dicatus,quaſi eas
fugientes ſequens, peregrinatus fue-
rim, primũ, per Celtiberiam, ſiue Na-
uarram;deinde,per Caſtellam nouam:
tertio,per Galliam:quarto,per Caſtel-
lam ueterem: quinto,per Luſitaniam:
ſexto, per utramq; Caſtellã, & Nauar-
ram: & deniq; per Galliam, & Italiam;
in cuius Roma, omnibus nominibus,
noſtra ſententia, ſumma; in qua plura
dicens,iam tertiũ annũ continuũ ago.
Et q̃uis a quinquaginta annis,aut am-
plius

plius de iure cõſulor, non memini uſquàm uidere conſuetudinẽ beneficiariorũ utendi tam in morte q̃ in uita reditibus eccleſiaſticis perinde ac patrimonialibus. Imo audiui Cathurci, dũ in eius Academia erecta a Io. XXII. ibi (ut aiunt) orto, ſacros canones prælegerem; rectores eccleſiarũ, qui uellent ne teſtamẽta eorũ a fiſco Epiſcopi in ius uocarẽtur, ſolere quotãnis certã quantitatẽ in opera pia ipſi ſoluere, qđ aiebant præfati Io. XXII. priuilegio niti. Et in oĩbus prædictis prouinciis, uidi plurimos ſecundũ cõem ſentiẽtes, & operãtes; imo & cõſulentes, quantũ, & qua uia poſſet donare in uita uel relinquere in morte aliqua aliquibus cognatis de reditibus beneficiorũ etiã tenuiorũ, eo ꝙ ignorabãt dictũ Innocẽtii cõiter receptũ in cap. Epiſcopus, de pręb. de quo in præf. libello q. 1. diximus, & ſupra mon. XXX. repetiimus: per quod magnopere temperatur cõmunis ſententia, ſcilicet; poſſe beneficiarium ſeruare ſuum patrimonium, & reditus 3

eius

eius quibus uolet donare, uel relinquere, alendo ſe decenter ex ſui beneficii fructibus: quo intellecto conſolabantur. Vidi etiam plurimos longe largiores in eleemoſynas de reditibus eccleſiaſticis quàm de patrimonialibus, dicentes; ii ſunt omnino noſtri, illi uero non item. Quamobrem non ſolum putamus falſum, ubiq; terrarum, ut ait præfatus N. eſſe conſuetudinem hanc pernicioſam diſponendi de reditibus eccleſiaſticis in uita & in morte, perinde ac de patrimonialibus; ſed credimus nullibi gẽtium eſſe talem, quàmuis fieri poſſit ut unus, aut alter parum ſui officii memor, id faciat. Et quàmuis ſint quidã ditiores ægre audientes ſententiam receptam, eo ꝙ eiuſmodi bona per donationem inter uiuos, uel ultimam uoluntatem, iam quæſierũt, uel ardenter ſperant acquirere, & ita eorum conſcientias pungit. Quinetiam non parum miror, ꝙ N. tamdiu uerſatus in Rotę prætorio, talem conſuetudinem eſſe ubiq; teſtetur; poſteaquàm

legi

legi librum quendam de ſpoliis cleri-
corum, in quo eius Author, uir pius, &
in audiēdis cauſis ſuper beneficiario-
rum teſtamentis egregie uerſatus, tam
Romæ, quàm in regno Neapolitano,
aſſerit non eſſe talem conſuetudinem 4
in his partibus: imo ꝙ in tota Italia ius
commune ſeruetur, colligitur ex litte-
ris Pauli III. Iulii III. Pauli IIII. Pii IIII.
& Pii V. qui nunc regnat, pientiſſimi;
quas præfatus author præfati libri edi-
dit, & quarum partes huc pertinentes
nos tranſcribimus in Cōmentario quē
in c. Non liceat Papæ, cum hac Apo-
logia, tanquàm rem ad eam pertinen-
tem compoſuimus Ratio autem quare
conſuetudine inductum ſit, ne benefi-
ciariorum teſtamenta in ius uocentur
in Hiſpania, explicatur infra q. 3. mo-
nito IIII. ſub finem.

SVMMARIVM,

Eccleſia non fouet peccata, eo ſolo quòd ex cauſa relinquit ea impunita. nu. 1. & 3.

Permiſſio duplex impunitatis, & approbationis. num. 1.

Conſue-

Conſuetudo beneficiariorum diſponendi ad libitum de reditibus, non eſt nota Papæ; imo contrariam eſſe in Italia, ipſi Pōtifices teſtātur. nu 1.

LI. Moneo, non etiā obſtare illud ar-
1 gumen. præfati N. ſcilicet; Ex nullo uero ſequitur falſum, ſecūdum oēs; at ex ſentētia recepta, & noſtra ſequit̃ quiddā non ſolū falſum, ſed impoſſibile, uidelicet; ꝙ Eccleſia fouet peccatū, & habet maculā, & rugam, cōtra extrauag. Vnā ſanctā, de maio. & obed. eo ꝙ Eccleſia uidetur fouere utentes cōſuetudine contraria receptę ſententiæ; cum ut ipſe ait, ſciens & prudens nō puniat eos. ergo illa nō eſt uera: tollitur enim facile, reſpondendo, ꝙ Eccleſia in hoc nullum fouet peccatū. Tum, quia nullatenus approbat illos qui opinione contraria cōmuni utuntur: imo ipſa repræſentata per concil. Trid. nupeirime tacite uetuit, ne quis tali cōſuetudine uteretur, ut uidere eſt, in ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. cuius uerba retulimus ſupra monito XXIII. & XXVII. Tum, quia ut in monito proxime prę-

cedente

cedente probauimus, nullibi eſt talis conſuetudo; & quod non eſt, non ſcitur: quia non entis non ſunt qualitates. l. ſi ſeruum, §. 1. ff. de act.empt. Tum, quia etiam ſi eſſet, non tamen eſſet nota Papæ: quod deciſio prima de ſolut. in antiq. & 41. de probati. in eiſdem, ſatis ſignificant, dum habent; beneficiarii mortui ab inteſtato bona intuitu eccleſiæ quæſita, ad eccleſiam, & non ad hęredes pertinere, & alia. Per quę apparet ignotã eis fuiſſe conſuetudinem præfatam. Tum, quia imo 2
cõſtat ꝑ cõſtitutiones citatas in mon. proximo nu. 4. cõſtare Papæ de cõtraria conſuetudine Italiæ. Tum, quia ut in præd. lib. q. 3. nu. 16. dixi, & mox in ſeq. mon. latius probabo; falſum eſt Papam, uel alium monarcham fouere omne quod ſcit illicite fieri: & non punit; quia, ut Innoc. III. ait, in c. Cũ iam 3
dudum, de pręb. Multa tolerantur, quę ſi in iudicium deducerentur, iuſtitia id exigente, non tolerarentur: quæ eſt reſponſio in noſtris terminis Caietani in

in ſec. 2. q. 185. & quidem ſatis firma; licet dicat N. ſibi eam nõ placere, nulla cur nõ placeat adducta ratione: cui diſplicet etiam ratio, quam nos adducimus, ſcilicet, ꝙ poteſt permittere illa non approbando, ſed ſolum non puniendo ad alia damna euitanda, & alios fines bonos, iuxta gloſ. celebrẽ ab omnibus receptam in c. Omnis. 3. diſtinct. & in c. Meretrices 32. q. 4. per quas Io. And. in Mercur. c. Peccatum de reg. iur. lib. 6. receptus ubique, has duas permiſſionis ſpecies expreſſit. Qua etiam ratione eccleſia multa obſcœna in Dominica Quinquageſimæ, & feria tertia inſequente, fieri impune permittit. c. Deniq; 4. diſt. multamq; in proſtibulis, ſeu lupanaribus fornicationem relinquit impunitam: ſed nõ ideo iſthæc approbare cenſetur d. c. Meretrices, nec poſſet contra iuris diuini prohibitionem c. Sunt quidam. 25. q. 1. Ea uero ratione diſplicet ei noſtra ſolutio, quod eam conſequeretur totum eccleſiæ ſtatum dãnatum iri;

iri; quod tamen non conſequi palam cõſtat ex prædictis in mon. præcedẽte.

SVMMARIVM.

Papa non ſolum laicorum, ſed etiam clericorum peccata frequenter relinquit impunita. nu. 1.

LII. Moneo, pro proxime dictorum cõfirmatione, falſam eſſe differentiam illam, quam præfatus N. noue contra omnium mentem ponit inter clericos & laicos, uidelicet; ꝙ nuſquàm in iure reperitur, ꝙ Papa diſſimulet punire crimina clericorum, licet diſſimulet quandoq; punire crimina laicorũ; id quod ait ſe conſtantiſſime aſſerere. Quæ doctrina, noua profecto eſt, & falſa. Tum, quia nemo quem legere meminerim, hanc differentiam aſſeruit. Tum, quia deſtruitur per præfatũ cap. Cum iamdudum, quod de peccatis clericorum quæ ex pluralitate beneficiorũ fluunt, agit. Tum, quia diſſimulat, & nõ punit peccata multorum clericorum, qui nõ ſolum alibi, ſed etiam Romæ aliquot diebus laruati incedunt. Tum, quia 1

etiam

etiam diſſimulat illa, quæ in conuiuiis ubiq; gentium, contra cap. Quando, & c. Conuiuia. 44. diſt. a clero admittuntur, bibendo pluries quàm bis, uel ter in prandio. Tum, quia etiam diſſimulat illa quę clerici, & etiam religioſi per tres ſentẽtias, quę in rem iudicatam tranſierunt, occulunt. c. Quod ad conſultationem, de re iudic. & etiam illa quæ per regulam de triennali poſſeſſore defenduntur; & etiam illa quæ petentes reſtitutionem beneficiorum quibus ſpoliati, etiam ob titulos non canonicos per rigorem cap. In litteris, de reſtit. ſpol. patiantur; & multa id genus alia, quæ longum eſſet referre.

SVMMARIVM.

Conſuetudinem diſponendi ad libitum de reditibus beneficiorum, nec eſſe, nec induci poſſe. nu. 1.

LIII. Moneo, nil etiam obſtare quod N. ait, quòd conſuetudo prædicta, ut beneficiarii tam libere diſponant de reditibus eccleſiaſticis, quàm de patrimonialibus, non eſt praua: & recte induci

luci potuit, uel poteſt. arg. cap. fin. de conſuet. & l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo. Tum, quia nullibi, ut ſupra mon. L. dixi, talis conſuetudo inuenitur. Tum quia, ut Reuerendiſs. Caiet. dixit, ubi ſupra Sec. 2. q. 185. ar. 5. non eſſet conſuetudo, ſed corruptela, & ita nulla. c. Quæ contra, & c. Mala cõſuetudo, diſt. 8. Tum, quia grauiſſime prædictus Petrus Sotus relatus in monito XXXVIII. determinauit communem ſententiam iuris eſſe diuini; ac eius cõtrariam eſſe grauiſſimum errorem cõtra iuſtitiam, & mores: non obſcure ſignificans, eſſe etiam cõtra ſcripturam, & ita ſapere hæreſim ueram. Cuius dictum roboratur per quatuor leges diuinas naturales in mon. XXXIX. ſupraſcriptas, & per poſita in mon. L. 1

SVMMARIVM.

Falſa octo ex undecimo argumento Aduerſarij colliguntur. num. 1.

Falſum eſt, cõmunem ſententiam conſequi, reditus

eccleſiaſticos; & bona unde illi redeunt, nullatenus poſſe tribui laicis. nu. 2.

3 *Bona eccleſiaſtica iuſta de cauſa poſſunt concedi laicis. num. 3.*

LIIII. Moneo, nihil etiam obſtare un-
1 decimum argumentum præfati N. poſitum ab eo in 4. par. cap. 1. quia continet; Primum, ꝙ noſtra, quæ ſententia communis eſt, habet, ꝙ reditus eccleſiaſtici non poſſunt dari aliis q̃ perſonis eccleſiaſticis. Secundum, ꝙ Commẽdatores ordinum militarium S. Iacobi Calatrauæ & Alcantarę in Hiſpania non ſunt eccleſiaſticæ perſonæ. Tertium, ꝙ non ſunt uere religioſi. Quartum, ꝙ bigamia, & irregularitas repugnant ſtatui eccleſiaſticarum perſonarum. Quintum, ꝙ ex ſententia communi & recepta, inferretur quoddam abſurdum maximum, uidelicet; ꝙ bona eccleſiaſtica prędicatis militaribus ordinibus iniuſte, & illicite eſſent applicata. Sextum, quòd ex eadem opinione Archid. & communi inferretur eccleſiam erraſſe, concedendo illa bona prædictis

prædictis ordinibus, Septimum, quòd prefati ordines, & milites iniuſte poſſident bona eis ab Eccleſia conceſſa. Octauum, quòd prædicti præfatorũ ordinum milites, iuſte poſſunt ſuos reditus eccleſiaſticos uſibus profanis impendere. Quæ omnia, ita eſſe falſa, & parum pia, ſicut ſunt noua, monſtrabo in hoc mon. & ſeptem ſeq. Falſum eſt enim primum, ſcilicet; quod ſententia 2
quæ recepta eſt, habeat, non poſſe reditus eccleſiaſticos dari aliis perſonis quàm eccleſiaſticis. Tum, quia nuſquã non docet poſſe, debereq; ſuperflua illorum dari pauperibus omnibus tam laicis quàm clericis, tã feminis quàm maribus, tam infantibus & pueris q̃ adultis & ſenibus. Tum, quia nuſquàm ſententia cõmunis negat iuſta de cauſa poſſe per Sedem Apoſtol. concedi perſonis laicis bona eccleſiaſtica tit.
feudi, uel emphyteuſis, uel precarii, uel 3
locationis, imo & uenditionis; ut probatur in c. 1. de feud. & in c. 1. de precario, in c. Veſtra, de locat. in c. Querelam,

relam, ne præl. ui. ſu. & in c. Sine exceptione. 12. q. 2. & in ſumma eius, & in c. Nulli, de reb. ec. non al. latiſſime probatur.

SVMMARIVM.

Commendatores S. Iacobi de Spata Calatrauæ, & Alcantaræ, ac ſimiles, ſunt eccleſiaſticæ perſonæ. num. 1.

Perſona omnis eſt eccleſiaſtica, uel laica. num. 1.

Regularis omnis eſt perſona eccleſiaſtica, & gaudet priuilegio canonis. & cæt. num. 20.

LV. Moneo, nil obſtare prædictũ arg. undecimũ præfati N. qa, ut in ꝓximo mon. diximus, pręſupponit ſecundũ falſum, uidelicet, ꝙ pręfati milites ordinis
1 S. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, non ſunt eccleſiaſticæ ꝑſonæ, qđ nullus catholicus quẽ legere meminerim, tenet. Nã & ſi Dom. Sotus, quẽ ipſe uidet in hoc arg. imitatus, in lib. 7. q. 5. art. 3. de iuſt. & iure, auſus fuit dicere, eos nõ eſſe uere religioſos; non tñ negabit, eos eſſe ꝑſonas eccleſiaſticas: neq; cũ colore aliquo negare poterat. Primo quidẽ, qa oĩs perſona eſt eccleſiaſtica, uel laica, c. Duo ſunt genera hoĩum. 12. q. 1. &

1. & præfati Cõmendatores non ſunt laici. ergo ſunt eccleſiaſtici. Deinde, ꝙ oĩs perſona gaudens priuilegio canonis, Si quis ſuadẽte. 17. q. 4. quo excõmunicantur iniicientes manus uiolentas in perſonas eccleſiaſticas, eſt pſona eccleſiaſtica. At prædicti Cõmendatores gaudẽt illo priuilegio, ut quotidianus uſus habet. ergo ſunt eccleſiaſticæ pſonę. Tertio, ꝙ oĩs pſona regularis, ſiue ſit clericus, ſiue ſit monachus ad chorũ pfeſſus, ſiue cõuerſus, ſeu deuotus, & perpetuo mancipatus alicui monaſterio, eſt eccleſiaſtica pſona gaudẽs præf. priuilegio, per d. c. Si q̃s ſuadente, & c. Nõ dubium, de ſent. excõ. etiã ſi ſit mulier, c. de monialibus, eod. tit. Imo etiã ſi nondũ ſit profeſſus, ſed tantũm nouitius. c. Religioſus, eod. tit. lib. 6. At oẽs præfati Cõmendatores ſunt, uel profeſſi ad officia diuina dicenda, uel faciẽda in choro, aut deuoti, addicti, & mancipati ſuis ordinibus, & monaſteriis ad munera, & alia officia ſui ordinis exercenda; & palam 2

geſtant regularem habitum, & faciunt profeſſionem, poſteaquàm prius egerint nouitios: ergo ſunt eccleſiaſticæ perſonæ. Quarto, quòd omnis qui eſt capax beneficii eccleſiaſtici, eſt perſona eccleſiaſtica. Tum, quia laici ſunt incapaces ad eccleſiaſtica beneficia, tam ad ſuſcipiendum, quàm ad conferendum cap. Ex litteris, de tranſact. c. Cum adeo, de reſcrip. & c. 2. de inſtit. cum eis annotatis: neq; poſſunt fieri capaces, niſi priuilegio S. Sed. Apoſt. iuxta gloſ. c. Imperium. 10. diſt. & in ſumma, 16. q. 7. Tum, quia beneficium eccleſiaſticum definitur eſſe ius percipiendi reditus eccleſiaſticos, conferibile tãtum a perſona eccleſiaſtica perſonę eccleſiaſticę, ut colligitur ex Calderino, in c. Poſtulaſti, de reſcrip. & ex Anchar. in c. Beneficiũ, de reg. iu. lib. 6. & aliis citatis a Fely. in d. c. Poſtulaſti, & a Ioan. Selua, in tract. de beneficio, 1. par. q. 1. quod late poſt eos probauimus in rubr. de præb. At præfati Commendatores ſunt capaces beneficiorum

ficiorum eccleſiaſticorum, quę uocant commendas, quas conferunt ſolæ eccleſiaſticæ perſonæ, puta Papa, uel alii Prælati, & adminiſtratores eorum ordinum, priuilegio S.Sed. Apoſt. ad id deputati; neq; poſſunt conferri laicis. ergo ipſi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ. Poſtremo, quòd omnis perſona deputata, & donata perpetuo alicui Eccleſię, ſiue ſæculari, ſiue regulari, ſaltem ſi defert habitum aliqua ex parte religio ſum, licet non emittat tria ſubſtantialia uota, cenſetur eccleſiaſtica perſona, & gaudet priuilegio eccleſiaſtico canonis, & fori, ut colligit ex Hoſtię. Io. And. Anton. Panor. in cap. Vt priuilegia, de priuileg. Quæ communis ſentētia eſt, quā tenet etiam D. Anton. in part. 3. tit. 11. cap. 2. Syluester, uerb. Eccleſia, 1. q. 5. & uerb. Excommunicatio. 6. q. 5. & uerb. Immunitas. q. 4. & alii alibi. At Cōmendatores præfati, ſunt perſonæ perpetuo deputatæ, & donatæ ordinibus ſuis, & monaſteriis ſuis regularibus, ut mox dicetur latiùs:

ergo ſunt perſonæ eccleſiaſticæ,& gau dent priuilegio canonis,& fori.

SVMMARIVM.

Commendatores ordinum militarium, S. Iacobi Calatrauæ, Alcantaræ,& ſimiles eſſe uere religioſos late probatur. nu. 1. & ſeq.

Religioſus uerus eſt quicunq; tria ſubſtantialia uota in religione approbata emittit; regularis item omnis. num.2.

Beneficia regularia ſolis regularibus cõferẽda n.2.

Cõmẽdatores prædicti quotánis ſe expropriát.n.3.

Religioſus ordo non deſinit eſſe talis, propter ſolam facultatis contrahendi matrimonium conceſſionem; neque propter tranſgreſſiones eius profeſſorum. num. 4.

Papa per Papatum ab obedientiæ uoto ſoluitur; ſed non deſinit eſſe religioſus. nu.5.

Religioſus uerus non eſt, qui non emittit tria ſubſtantialia uota; licet aliquem uiuendi modum ad religionem pertinentem uoueat. nu.6.

Papa ſuper uoto caſtitatis ſolẽni diſpẽſare põt.n.7.

Religiones ob religioſorũ uitia nõ eſſe dánádas. n.8.

Votũ caſtitatis tam facile poteſt ſeruari, ac præceptum ſextũ Decalogi extra matrimoniũ. nu.9.

1 LVI. Moneo,nil obſtare prædictũ arg. N. alia etiam ratione: quia præſuppo-

nit

nit tertium falſum, ut in mon. LIIII. diximus, ſcilicet; Commendatores pręfatos non eſſe religioſos. Primum, quòd licet eis ducere uxores. Deinde, quòd Tho. Sec. 2. q. 186. ait, ꝙ illi modi uiuēdi, ſecundum quos homines matrimonio utuntur, non ſunt ſimpliciter & abſolute loquendo religioſi; ſed ſecundum quid, inquātum participant quędam quæ ad ſtatum religionis pertinent; cui addo gloſ. ſingularem in Clem. Ex eo, de ſent. excommunicationis, quatenus habet; fratres ordinis tertii ſancti Frācīſci, qui ſunt, uel poſſunt eſſe coniugati, non eſſe religioſos; licet quendam uiuendi modum ad religionis ſtatum pertinentem habeant. Maxime autem uidetur motus authoritate Dom. Soti, licet eum non citet in lib. 7. de iuſtit. & iure q. 5. art. 3. qui noue fuit auſus dicere hoc; ſed ut antea cōtra illum ſcripſi in rubr. de ſtat. monach. ita nūc contra utrumq; affirmo, prętatos Cōmendatores pręditorum ordinum militarium S. Iacobi

Alcantarę,

Alcantaræ, & Calatrauæ, qui per Sed. Apoſt. approbati ſunt, eſſe uere religioſos. Primo quidẽ, quòd omnis qui
2 emittit tria ſubſtantialia uota in religione approbata per S. Sedem Apoſt. eſt uere regularis, & religioſus: & Cõmendatores prędicti in religionibus ſuis, quæ per S. Sedẽ Apoſt. ſunt approbatæ, uouent illa tria ſubſtantialia uota. ergo ſunt uere religoſi. Secundo, ꝙ omnes perſonę uere regulares ſunt proprie religioſi, ut concludit Panor. in hoc receptus, in rubr. de regul. & in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. At præfati Commendatores ſunt uere regulares, quippe qui profitentur regulas B. Auguſt. uel B. Benedicti, uel Bernardi, ſeu Ciſtertienſem. ergo ſunt proprie religioſi. Tertio, ꝙ beneficia regularia non poſſunt conferri niſi uere regularibus, & proprie religioſis. c. Cum ſingulã. §. Prohibemus, de præb. lib. 6. & Clem. 1. de ſupple. neg. præla. Quibus conſonat concil. Trident. ſeſſ. 14. de regul. cap. 10. At Commendatoribus

bus præfatis paſſim conferuntur beneficia regularia, uidelicet, Prioratus, Cõmendæ maiores, Clauariæ, Theſaurariꝫ, & aliæ commendæ minores: ergo ſunt proprie regulares, & religioſi. Quarto, quòd ratio quare Magiſtri prædictorum ordinum, nunquàm cõferunt, neq; conferre poſſunt prædicta beneficia regularia ullis laicis, donec poſt ſuſceptum habitum prædictorum ordinum fecerint profeſſionem in manibus prælatorum ad id deputatorum, eſt; quia per prædictam habitus ſuſceptionem, & regulæ profeſſionem, deſinunt eſſe laici, & ſeculares; & incipiũt eſſe regulares, & religioſi. ergo poſt profeſſionem prædictam, ſunt uere religioſi. Quinto, quòd obſeruantia præfatorum Commendatorum, ut ipſemet Sotus fatetur, habet; ut quilibet illorum quotãnis ſe expropriet, ideſt, faciat, & tradat ordinis magiſtro, uel alii prælato in id deputato, inuentarium, ſeu memoriale omnium bonorũ quæ tenet, in ſignũ recognitionis paupertatis 3

tatis

tatis ſolemniter promiſſæ: per quod ſignificat ſe nihil pro proprio habere; & quod poſſidet, ſiue tenet, nomine ordinis, & nõ proprio tenere, ac poſ-
1 ſidere. Quod profectò ſuperfluum, & nulla ratione faciẽdum eſſet, ſi ſolemni paupertatis uoto nõ obligarentur. At nullum uotum dicitur ſolemne, niſi uerâ ueræ religionis profeſſione, uel ſacri ordinis ſuſceptione muniatur. ergo prædicti Commendatores uere uerã religionẽ profitentur. Sexto, quòd omnes Commendatores prædictorum ordinum, eodem omnino modo ſuas regulas profitentur; neque eſt ulla differentia inter profeſſionem quam aliqui profitetur ad ſeruiendum in choro uel alia diuina officia faciẽda; & inter pro-
2 feſſionem quam faciunt alii, qui profitentur ad faciendum militaria, uel alia miniſteria, quæ etiam laicis congruunt. At nemo negare poteſt eos Commendatores, qui ad diuina officia facienda ſuſcipiuntur, & profitentur eſſe, uere ac proprie religioſos;

ut & ipſe Sotus cõnfitetur. ergo nemo negare poteſt etiam alios qui eundem habitum accipiunt, & eandem profeſſionem faciunt, eſſe uere ac proprie religioſos. Septimo, quòd in præfatis ordinibus non ſolum inueniuntur uiri, quos omnes Commendatores appellant; ſed etiam feminæ, quas Commendatrices dicunt. Et omnes tam uiri, quàm mulieres, eodem modo profitentur; & nemo negat præfatas Commendatrices, ſimul in ſuis monaſteriis conuiuentes, eſſe proprie religioſas. 2
ergo propoſitum. Octauo, quòd ipſemet Sotus fatetur, Commendatores cruciferos ordinis S. Ioannis hoſpitalis Hieroſolymitani eſſe ueros religioſos; & tamẽ illi, & Commẽdatores ſancti Iacobi, eandẽ regulã S. Auguſtini profitẽtur; licet iſti ex Apoſtolico priuilegio uxores habere poſſint: qđ non 3
efficit ne ſint religioſi, ut mox dicã. Nono, quòd ii ordines ueræ religiones erãt antequàm facultas cõtrahendi matrimoniũ eis cõcederetur. At per illam
concessionem

conceſſionem nō deſierunt eſſe tales: quia intentio Papæ illam cōcedentis, non fuit talis: & actus agentium non operantur ultra intentionem eorum.l. Non omnis.ff. de reb.cred. & cap.fin. de præb. Decimo, quòd ipſemet Sotus ait, præfatos ordines eſſe ueras religiones, ſi ſecundum primæuam inſtitutionem ſeruarentur. At nulla regula deſinit eſſe uere religioſa, ex eo quòd cum eam profeſſis quò ad aliqua diſpenſetur, ut palam eſt. Non obſtant illa, quibus N. & Sotus mouentur. Non primum, uidelicet; quòd prædicti Commendatores poſſunt ducere uxores. Tum, quia id ſolum poſſunt ex diſpenſatione Sed.Apoſt. non autem ex tenore regulæ, uel profeſſionis. Tum, quia illa diſpenſatio non tollit uotum caſtitatis; ſed ſolum reſtringit, ne ſit ei locus in copula maritali; quod longe aliud eſt. Tum, quia qui uere eſt religioſus, non deſinit eſſe talis, eo quòd ſuper aliqua parte uoti cum eo diſpenſetur. ergo eadem ratione neque præ-

fati

fati Commendatores deſinunt eſſe uere religioſi, eo quòd ab aliqua parte uoti caſtitatis abſoluantur. arg. l. Illud, ad l. Aquil. cum uulgat. Nullus enim uere religioſus deſinit eſſe talis, eo ꝙ cum eo diſpẽſetur a S. Sede Apoſt. ſuper aliqua parte uoti paupertatis, puta; ut impendat inter uiuos aliqua bona in aliquos uſus pios, uel alios bonos, in quos ſine diſpenſatione id facere nequiret: uel, ut de eiſdem teſtetur in morte. ergo neq; ullus Cõmendator deſinit eſſe uere religioſus, eo ꝙ cum eo a S. Sede Apoſt. diſpenſetur ſuper aliqua parte uoti caſtitatis. Tum demum, ꝙ nemo dicat S. D. N. Pium V. non eſſe uere religioſum, eo quòd per ſummum Pontificatum fuerit ab- 5
ſolutus penitus ab obedientię uoto, quo alicui Prælato humano ante illũ adeptum tenebatur. Ad ſecundum autem argumentũ reſpondeo, ꝙ S. Tho. in loco præcitato, & gloſ. pręf. Clem. Ex eo, nõ loquuntur de modis uiuendi eorum, qui profitentur aliquam regulam

gulam religionũ approbatarum; neq; de illis, ſecundum quos in aliqua huiuſmodi religionum tria ſubſtantialia uota emittuntur: ſed tantum de illis, qui aliqua conuenientia ſtatui huiuſmodi religionum ſeruant, quales ſunt uiri, & feminæ ordinis tertii Prædicatorum, uel Franciſcanorum, non uiuentes ſimul, neq; profitentes tria ſubſtantialia uota; ſed obligãtes ſe tantum ad quædã ieiunia, & preces, & ad continentiam quorundam dierum; & ad deferendum aliquem habitum ſecretũ, uel publicum, quo ſignificentur eſſe illius, uel illius tertii ordinis. Non obſtãt etiam rationes Soti, ſcilicet; quòd rei uxoriæ perinde ac cæteri ſæculares inſeruiunt, eoſdem, ſcilicet, ambientes honores, eaſdemque facultates ſuæ ſoboli procurantes; & quòd neque paupertatem, neque obedientiam, niſi ſolo nomine profitentur. Quænã enim, ait, paupertas eſt, relationem tantum magiſtro facere ſuarum facultatum? ex quibus ſi uel obolum eis adimeret,

perinde

perinde reclamarẽt ac cæteri regni nobiles. Et quòd neque obedientiã ſeruant; eo quòd per totam ferme uitam nullum ſuperioris mandatum audiũt, niſi dùm eorum comitia fiũt. Et quòd non ſufficit eis dicere; hæc eſt noſtra religio, neque ad aliud tenemur: quia ſecundum primæuam eorum inſtitutionem, nonnullum clauſuræ genus ſeruabant; multoque crebriora obedientiæ perſoluebant munera; longeque aliam habebãt paupertatis rationem. Et quòd ſi Dominicanorum, & Franciſcanorum ordines tantum collaberentur, ac præfati ordines ſunt collapſi, deſinerẽt eſſe religiones. Et quòd S. Thomas fuit ĩ hac opinione in Sec. 2. q.186. art.4. ad 3. ubi ſcripſit uerba ſupra ꝓxime hoc eodem mon. relata. Et quòd caſtitas in eiuſmodi uitę inſtituto, ſi humano more loquamur, non eſt ſeruatu poſſibilis. Quas ob rationes, qa fragiles ſunt; nõ debuerat, mea ſentẽtia, uiã reliquiſſe regiã, & contra omniũ ſententiã, nouã cudere. Ex eis

enim ſola duo argumenta in ſumma conficiuntur. Alterum eſt; hoc utuntur matrimonio. ergo nõ ſunt ueri religioſi: quod argumentum, quàmuis neruoſum ſit, præſuppoſita opinione S. Tho. in Sec. 2. q. 88. art. 11. cum ipſe late ſequitur in eodem lib. de iuſt. & iur. q. 5. art. 3. At facile diluitur tenendo contrariam, quę communis eſt ſententiam Innoc. & aliorum, in c. Cum ad monaſterium, de ſtat. mona. quam etiã tenet Caietanus in dicto art. 11. & ſentit Scotus in 4. diſt. 38. q. 1. ubi latius Maior. q. 3. & alii multi ibidem, & alibi ſequuntur. Quæ, ut concedit poſſe
7 Papam iuſta de cauſa diſpenſare ſuper uoto caſtitatis monachi; ita concedit poſſe diſpenſare ſuper eo quo ad copulam maritalem tantũ, quæ pars eius eſt. arg. l. Quę de tota. ff. de rei uend. & c. Paſtoralis. §. Item cum totum, de offi. deleg. qua diſpenſatione non obſtante, manebit perſona eccleſiaſtica, quæ gaudeat priuilegio fori, & canonis; & ſit habilis ad omnia beneficia

regularia,

regularia, & alia omnia, ad quæ ſunt habiles omnes uere religioſi, excepto uno articulo caſtitatis coniugalis. Et ſi quis reſpondeat, Sotum noluiſſe dicere, præfatos Commẽdatores habentes uxores, non eſſe religioſos; ſed nõ eſſe adeo aſtrictos ac alii qui eas non habent, nihil nobis obſtabit præfatum eius prius argumentum, cui in hoc ſenſu accepto etiam nos cõſentimus. Alterum, & poſterius argumẽtum, quod ex eius dictis ſumitur, tale eſt; Præfati equites ambiunt honores, procurant diuitias, perinde ac laici alii; tam ægre ferunt, ut Prælatus eorum quicquàm accipiat de facultatibus quas ſe habere illi manifeſtant, ac alii nobiles; nihil fere præcipitur eis ab eo quod faciant, niſi cum Conuentus aguntur. ergo nõ ſunt uere religioſi, & ordo quem profitentur, non eſt uera religio. Ad quod reſpondeo negando conſequentiam uti peſſimam. Tum, quia eſt ſimilis illi, qua ſola uſum fuiſſe ferunt peſtiferum illum Lutherum, quando cœpit

pit ordines, & religiones ſanctas cò
euertere, quòd earum profeſſores ma-
le illas ſeruabant, quàmuis poſtea etiã
8 alias addidiſſet. Abſit autem ut ob pec
cata religioſorum, religiones damne-
mus; ſicut neque ob peccata Chriſtia-
norum, Chriſtianiſmum damnare de-
bemus. Tum, quia male imitatur Pon
tificem Max. qui commotus ambitio-
ne, auaritiaque religioſorum quatuor
ordinum mendicantium, & aliorum
non mendicantium, ſic exorditur, in
cap. Quorundã, de elect. lib. 6. Quo
rundam oculos ſic uitium ambitionis
excæcat, ꝙ quaſi ſuæ profeſſionis im-
memores, qua contemptis honoribus
abiectis diuitiis, ſpretiſq; delitiis, arbi-
triũ propriũ ſubiugarũt alterius ditio-
ni, retro reſpiciũt, ad aratrũ manu miſ-
ſa, dum præcipitãter ruunt in litigiorũ
anfractus, & cauſarũ ſtrepitibus ſe in-
uoluunt. hæc ibi. Ex quibus tamẽ nõ
infert eorũ ordines nõ eſſe ueras reli-
giones, eoſque nõ eſſe ueros religio-
ſos; ſed malefacere peccareque, ac de-

bere

bere illis obuiã iri. Et ita ſtatuit ibidẽ, qđ ad ea reprimenda iudicauit opportunum. Sic Sotus inferre debebat, eos equites cruciferos, qui neq; obedientiã, neq; paupertatem, neq; caſtitatem ſeruant, male quidẽ facere, peccareq; ac debere a Prælatis ſuis corrigi, & a cõfeſſariis ſuis, ne amplius agant talia, admoneri, regiamq; Maieſtatẽ adhortari, ut quando gratia Dei, & Papæ, factus eſt Magiſter, & Prælatus tot tã illuſtriũ, tamq; fortiſſimorũ uirorũ, eos reformaret, & in antiquã reſtitueret formã: quò religionis inimicos, terra mariq; in caſtitate, & abſtinentia, quibus bellica uirtus, fortitudo, & prudẽtia cõſeruatur & augetur, inſectantes, diuinę, humanęq; Maieſtati pro ſua dignitatẽ inſeruirent. Quòd autẽ ſignificat, oẽs pręfatos Cruciferos, Equites, & Commẽdatores, eſſe in damnationis ſtatu; eo quòd ait eos nõ poſſe, humano more loquẽdo, ſeruare quã promittũt paupertatẽ, obedientiã, & caſtitatẽ; uiuentes laute, torneamẽta, & alia militaria

 exercentes,

exercentes, feminas aulicas uiſentes, & cæt. inſignis iniuria multorum illuſtrium, & aliorum eſſe uidetur: quia non eſt difficilius eis ſeruare uotum caſtitatis, quàm præceptum de non fornicando extra matrimonii ſtatum, quod eſt ſextum Decalogi. Tum, quia
9 Rolandus uir in catalogum ſanctorum authore Petro de Natalibus relatus, in aulis Regum, & maximis bellis, & bellorum exercitiis, ſeruaſſe uirginitatem traditur. Tum, quia S. Thomas optime probat in Sec. 2. q. 188. art. 1. poſſe inſtitui, & de facto inſtitutas eſſe ueras religiones ad militiam armatã exercendam. Tum, quia non eſt uerum, quod parum caute ſignificat, omnes religioſos uti oportere clauſura, & ſolitudine, cum ea non debeat, neque poſſit uti religioſus armatæ militiæ. Tum, quia ſunt q̃plurimi uidui, & uiduę, & uirgines in aulis Regiis, quos, & quas magna cura caſtitatẽ ſeruaſſe, ſeruareque per earum ſacras confeſſiones cognouimus. Aduertereque potuiſſet

tuiſſet plus ſatis ſignificare raros coelibes, præter eos quos monaſteria claudunt, ſeruare caſtitatem; imo, neque ſeruare poſſe more humano loquendo: cum negari nõ poſſit id aliqua ex parte ſpurciſſimæ Lutheri doctrinæ fauere. Ad authoritatem autem S. Thomæ, qua etiam nititur, iam reſponſum fuit in mon. præcedenti, ſcilicet; quòd non loquitur de modis uiuendi eorũ, qui in Cõuentibus, uel extra eos ſine ullo triũm, quæ præfata ſunt, uotorũ; uel cum uno, uel altero eorum, uel etiam tribus ſimpliciter, & non ſolemniter emiſſis, uiuunt. De quibus gloſ. ſolemnis, in d. Clem. Cum ex eo, de ſent. excom. & tex. cũ gloſ. in Clem. 1. in princip. & fin. de relig. dom. & late Panor. & alii, in rubr. de regul. & in c. 2. de for. comp. & idẽ & Felyn. & Dec. in c. Eccleſia, de conſtit. quorum de numero eſſe illos qui regulam tertiam S. Franciſci extra Conuentus in ſuis domibus degentes ſeruant, omnes affirmant. Imo & ipſe-

met Sotus, dicens idem de his, qui, uel quę de ordine tert o Dominicanorum ſunt, & extra Conuentus degunt. Eſt igitur falſum; Equites, & Commendatores non eſſe proprie religioſos, etiã accepto aſtricte uerbo, religioſus; & falſius nõ obligari eos uotis quæ emiſerunt: & falſius eos non poſſe uotum caſtitatis, ſi uelint, Dei ope perinde ſeruare, ac ſextum prçceptum de nõ mœchando, nec fornicando; imo falſum, ꝙ non multi ea ſeruant, ſicut & prædictum ſextum Decalogi Dei præceptũ.

SVMMARIVM.

Eccleſiaſtico ſtatui non repugnat bigamia, nec irregularitas; licet ordini ſuſcipiendo, uel eius uſui obſtet. nu 1.

Eccleſiaſtica perſona ſine ordine ullo eſſe poteſt. num. 2.

LVII. Moneo, ea item ratione non obſtare prçfatum undecimũ argumentũ prædicti N. quia præſupponit quartum falſum, ut diximus in mon. LIIII. ſcilicet; ꝙ bigamia, & irregularitas eccleſia-

cleſiaſtico ſtatui repugnant. Tum, quia nō repugnant ſtatui monialium, quas conſtat eſſe perſonas eccleſiaſticas. c. De monialibus, de ſent. excom. & c. Indemnitatibus, de elect. lib. 6. Tum, quia non repugnant ſtatui monachorum, uel religioſorum, quales poſſunt eſſe, & ſunt multi bigami, & homicidæ, mutilati, & corpore uitiati. Tum, quia ſunt irregularitates aliquæ, quæ per profeſſionem regularē, ſaltem quò ad aliquos effectus tolluntur. c. 1. de fil. presb. At palam eſt, monachos, & ſi nō ſunt clerici, eſſe perſonas eccleſiaſticas, & de ſtatu eccleſiaſtico, c. Duo ſunt genera. 12. q. 1. c. Si quis ſuadente. 17. q. 4. adiuncto c. Non dubium. & c. Parochiano, de ſent. excōm. ut late probatū eſt in mon. LV. Tum, q̃a licet clericatui, & ordinis ſacramento ſuſcipiēdo, & utēdo repugnet bigamia, & irregularitas, nō tñ repugnāt monachatui, & ſtatui eccleſiaſtico, qua parte capit etiam nullo charactere clericali inſignitos: cū poſſit eſſe q̃s monachus,

uel

uel monacha, ſine ordine ullo, & cle-
2 ricatu c. Alia eſt cauſa clerici, alia mo-
nachi, & c. Si clericatus titillat. & c.
Legi. 16. q. 1. quales hodie ſunt plu-
1 rimi, & olim fuere multo plures. Et ita
in prædictis ordinibus militaribus, alii
ſunt ordinati, & deputati ad officia di-
uina, quibus contraria eſt irregulari-
tas; & alii non ordinati, præſertim ordi
ne ſacro ad officia militaria, uel alia
etiã laicis cõuenientia deſtinati: qui-
bus nil nocẽt bigamia, & irregularitas.

SVMMARIVM.

Bona eccleſiaſtica non eſſe iuſte applicata ordinibus militaribus male infertur ex ſententia communi. num. 1.

Bona eccleſiaſtica fiunt profana per alienationem iuſtam in laicos; & tunc eorum reditus fiunt adeo liberi ac aliorum profanorum. nu. 2.

LVIII. Moneo, ea item ratione nõ ob-
ſtare præfatum undecimum arg. quia,
ut diximus in. LIIII. mon. præſuppo-
nit quintum falſum, nempe; ex opi-
nione Archidia. cõmuni & noſtra, in-
1 ferri; ꝙ bona eccleſiaſtica iniuſte, & il-
licite eſſent applicata ordinibus præfa-
tis

tis militaribus S. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ. Tum, q͞a per nullã, quæ bona ſit conſequentiã, poteſt inferri hoc ex eo qđ prędicta cõis ait, ſuperflua reditũ bonorũ eccleſiaſticorum eſſe tribuenda pauperibus; quia hæc duo ſeparata ſunt, & a ſeparatis nõ fit illatio. l. Naturaliter. §. Nihil cõc. ff. de acq. poſſ. Tum, quia non negat Archidia. cum cõmuni, poſſe Papã erigere nouas religiones, & noua monaſteria, & collegia pia inſtituere: neq; cõſequenter negat, ꝙ eadẽ ratione qua põt concedere Papa aliis monaſteriis, collegiis, & ordinibus eccleſiaſticis, approbatis a ſe, uel ab eius Sede; eadem potuit, & põt concedere collegiis, monaſteriis, & ordinibus militaribus: quia, ut ſupra probauimus in monit. LV. & LVI. ita ſunt hæc eccleſiaſtica, & religioſa, ſicut & illa. Tum, quia cõcedere bona eccleſiaſtica eiuſmodi piis, & religioſis ordinibus, & collegiis ad uſus pios inſtitutis, potius uidetur cõſonare, q̃ diſſonare ſententiæ cõi aſſerenti,

ſaltem

ſaltem ſuperflua eroganda eſſe pauperibus, aut piis operibus. Tum deniq; quod Archid. cum communi non negat, ut ſupradictum eſt mon. LIIII. poſ-
2 ſe Papã, & alios Prælatos iuſta de cauſa concedere bona eccleſiaſtica etiam laicis in feudum, uel emphyteoſim in perpetuum, uel uſq; ad aliquod tempus, prout cauſa exegerit; imo & uendere, ac omninò alienare, ſi cauſa id expoſcat. iuxta cap. Sine exceptione. 12.q.2. Neq; negat quòd qui acceperit ea per eiuſmodi iuſtos contractus, poſſit ad libitum diſponere de reditibus eorum, ſeruatis conditionibus, & modis eis adiectis; quia iam deſierunt eſſe eccleſiaſtica, per prædictos iuſtos contractus; ſed ſolum negat, poſſe Prçlatos, & alios beneficiarios erogare iuſte in uſus profanos, & ſuperfluos reditus bonorum eccleſiaſticorum, dum manent eccleſiaſtica, & anteq̃ iuſta de cauſa cum ſolẽnitate debita fiant profana, & deſinant eſſe ſacra, etiã quartæ ſpeciei ſacrorũ; qualia ſunt anteq̃ iuſte

ſtẽ alienẽtur. iuxta Tho. in Sec. 2. q. 99. ar. 3. & alia cit. in mon. XXIIII. & XXV.

SVMMARIVM.

Eccleſiam erraſſe concedendo bona militaribus ordinibus, nullatenus ex communi ſententia infertur. num. 1.

LIX. Moneo, ea item ratione non obſtare undecimũ argumentũ præfati N. quia pręſupponit ſextũ falſum, ut ſupra mon. LIIII. diximus, ſcilicet; inferri
1 ex opinione cõmuni eccleſiã erraſſe, concedendo bona eccleſiaſtica ordinibus militaribus; & profeſſores eorũ iniuſte illa tenere. Tum, q̃a per nullã, quæ bona ſit, conſequentiã hoc inferri põt ex opinione Archid. quatenus aſſerit, ſuperflua redituũ eccleſiaſticorũ eroganda eſſe piis operibus: imo ex dictis in præcedenti mon. potius infert contrariũ, cũ largiri pręfatis ordinibus ſancte inſtitutis, ad ſanctam fidei catholicę defenſionem armatam, ſit largiri piis operibus, cum præfati ordines, ut prædictum eſt, ſint pii, eccleſiaſtici,

&

& religioſi, ad illam defenſionem inſtituti. Tum, quia ut diximus in præcedenti mon. neque Archid. neque eius ullus ſequax, negat poſſe Eccleſiam creare huiuſmodi ordines, & concedere illis bona eccleſiaſtica ad uſus pios, in quos ſunt inſtituti: neque cõſequenter negat eorum profeſſores iuſte poſſidere illa, quæ ſibi iuſte ſunt conceſſa; ſed ſolum negat Eccleſiam conceſſiſſe unquàm illis illa bona, ad utendum eorum reditibus in uſus malos, uanos, aut profanos ſuo pio inſtituto contrarios: & ita teneri eos ad impendendum reditus, in ſuos uſus decentes, & alios pios. Quare, non debuit. N. ex tam pia opinione prædicti Archid. ad tam impiam concluſionẽ, quæ haberet Eccleſiam erraſſe, & præfatos milites iniuſte poſſidere bona ab ea conceſſa inferre.

SVMMARIVM.

Commẽdatores iniuſte poſſidere bona eccleſiaſtica, non infertur ex ſententia communi, cum contrarium potius inferatur. nu. 1.

LX.

LX. Moneo, ea item ratione non obſtare undecimum arg. præfati N. quia præſupponit ſeptimum falſum, ut diximus in mon. LIIII. uidelicet; quòd ex opinione, quæ communis & recepta eſt, Archid. & noſtra, inferretur, ſi uera eſſet, quoddam maximum abſurdum, ſcilicet; præfatos milites, & eorum ordines, iniuſte poſſidere bona eccleſiaſtica. Tum, quia nullo colore illud ex ea inferri poteſt; quia nullatenus ex eo quod beneficiarii teneantur ad impendēda ſuperflua piis operibus, conſequitur; quod bona eccleſiaſtica iniuſte poſſideantur a prædictis Commendatoribus, & eorum ordinibus; neque quod errauit eccleſia concedendo eis illa: quoniam præfati ordines ſunt inſtituti ad opera pia, uidelicet, ad bella iuſta, non qualia qualia; ſed pia, quæ pro fide catholica, ac religionis Chriſtianæ defenſione aſſumuntur, ut expreſſe Thomas receptus docet in Sec. 2. q. 188. art. 3. & profeſſores eorū ſunt perſonę eccle- 1

ſiaſticæ,

ſiaſticæ; imo religioſæ, imo & benefi-
ciarii regulares, tenendo cum gloſſ.
Clem. Diſpendioſam, de iudic. cano-
nicatum regularem, & monachatum
eſſe beneficia regularia, qua parte ſunt
iura recipiendi reditus eccleſiaſticos,
ſaltem alimentorum; & ita bona, &
reditus per eccleſiam eis addicta, piis
operibus cenſentur applicata. Tum,
quia licet aliquot perſonæ eorum or-
dinum non impendentes eorum redi-
tus ſuperfluos in id ad quod bona il-
la ſunt a Papa illis ordinibus applica-
ta, neque in obſequium regis, qui eſt
eorum Magiſter & Prælatus, uel alias
de ipſius mandato iuſto certe pec-
cent; tamen ob earum ſingularum pec-
cata non dicitur ordo peccare, ne-
que illa debent ei nocere. iuxta regu-
lam; Delictum perſonæ, non debet
in damnum Eccleſiæ redundare. de
reg. iur. lib. 6. Et eſt caſus in cap. ſi
Epiſcopum. 16. q. 6. Tum, quia non
bene ſequitur, quòd beneficiarius pec-
cat in impendendo reditus ſui benefi-

cii,

cii. ergo iniuſte poſſidet beneficium, & bona eius, quia ſeparata ſunt; & a ſeparatis non fit illatio. l. Papinianus exuli, cum concordantiis, ff. de minoribus.

SVMMARIVM.

Commendatores reditus ſuarum commendarum regularium, male, uel profane ultra ſuam decentiam impendentes, peccare late probatur. nume. 1. & ſeq.

Votum paupertatis, non tantum ſolemne, ſed etiam ſimplex efficit, ne uouens licite aliquid ſibi quærere, uel quæſito uti poſſit. numero. 2.

Votum paupertatis ſimplex non uidetur impedire acquiſitionem rei, ſicut nec uotum caſtitatis acquiſitionem uxoris, quàmuis utrumque impediat uſum iuris quæſiti. nu. 3.

LXI. Moneo, ea item ratione nihil obſtare undecimum argumentum præfati N. quia præſupponit octauum falſum, ut diximus in monito LIIII. ſcilicet; prædictos milites, & Commen-

datores non peccare impendendo reditus ſuos ſuperfluos in uſus profanos, & alios ab his in quos per regulas, & iuxta præcepta Sed. Apoſt. & Regis, qui eorum ſummus magiſter eſt, impendunt. Tum, quia negari non
1 poteſt, id eſſe rebus acceptis in unum uſum, uti ad alium; quod eſt peccatum. §. furtũ. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſ. Tum, quia negari nõ poteſt, eos emiſiſſe uotũ paupertatis ſolemne; quod neque etiã Sotus negat. Cui conſequens eſt, non poſſe illos impendere ſua, niſi in ea in quæ impendere debent, ſecundum regulam quam profeſſi ſunt: ſicut neque Abbates, neque Priores, & alii Prælati, expreſſe, uel tacite profeſſi regularium ordinem, poſſunt abſque peccato monaſteriorũ ſuorum bona, & reditus impendere in alias uſus, quàm in illos in quos regula quam profeſſi ſunt, iubet impendi; uel in alios pios, in quos Prælati iuſte ac rationabiliter præcipiunt iuxta ſacros canones, ut uigilantiſſime

Ioan.

Ioan. Maior. definit in 4. diſt. 38. q. 2. col. 3. & 4. dicens; Abbatem qui contrarium facit, eſſe omnium monachorum maxime proprietarium : quod ſatis colligitur ex c. 2. de teſtam. & ex toto titulo de ſtat. monac. præſertim cap. Cum ad monaſterium. §. fin. quatenus habet uotum ſolemne paupertatis eſſe tam indiſpenſabile, quàm uotum ſolemne caſtitatis. Colligitur itẽ ex cap. 1. 18. q. 1. & cap. 1. & cap. Quàm ſit, & cap. Abbates, & c. Viſitandi, & cap. Eleutherius, ead. cauſ. 2
q. 2. Tum, quia etiam uotum paupertatis ſimplex obligat uouentem ad ſui obſeruantiam ; & conſequenter ne uelit ſibi dominium aliquod quęrere, & rebus illis tanquàm eorum dominus uti ; iuxta illud pſal. 75. Vouete, & reddite. relatum in cap. Magnæ, de uot. Et ita, quàmuis uota prædictorum militum, & commendatorum, eſſent ſimplicia, quæ tamen certũ eſt eſſe ſolemnia, & in religione approbata emiſſa per ſupradicta mon. LVI. obligaren-

tur tamen per ea nolle habere quic-
quàm proprium; neq; uti re quapiam
tanquàm ſua. Nam licet dicamus eum
qui paupertatem ſimpliciter uouit, nō
3 fieri incapacem, quò minus ſi emeret
aut hæreditatem, aut donationem ac-
ceptaret, fieret eius dominus: ſicut &
qui caſtitatem ſimpliciter uouit, ſi de
facto matrimonium contrahat, peccat
quidem, quærit tamen dominium uxo-
ris: oportet tamen dicere, quòd pec-
cat uolendo emere, uel emendo ali-
quid ut fiat ſuum, uel hæreditatem,
uel donationem acceptando; & quod
ſicut qui uoto caſtitatis ſimplici alli-
gatus, contraxit matrimonium, non
poteſt petere debitum, licet reddere
ualeat. cap. Quidam, & cap. 1. de
conuerſ. coniug. ita qui poſt pau-
pertatis uotum etiam ſimpliciter emiſ-
ſum, aliquid quærit, etiam ſi faciat il-
lud ſuum, tamen non poteſt uti tan-
quàm ſuo. Quoquo igitur ſe. N. uer-
tat, non poteſt defendere, præfatos
milites licite poſſe uti reditibus hô-

norum illorum ordinibus addictis, tanquàm ſuis propriis, & ut dominos illorum; licet poſſint, & debeant tanquàm adminiſtratores eorum, uti eis in ſuos, & pauperum, uel alios pios uſus; & defendere contrarium, eſt impietati longe proximius, quàm dicere; Clericos ſęculares uti poſſe reditibus eccleſiaſticis, tam libere ac patrimonialibus. Quod eſſe ueram hæreſim, uel ſaltem illi proximum, dixit Petrus Sotus in mon. XXXVIII. & duobus ſequentibus, ſupra relatus.

SUMMARIUM.

Commendatores militarium ordinum male æquiparari clericis ſæcularibus quò ad bona temporalia late probatur, nu. 1. & ſeq.

Votum paupertatis, non tantum ſolemne, ſed etiam ſimplex, facit illicitam uoluntatem acquirendi temporalia, eam uouenti. nu. 2.

LXII. Moneo, nõ etiam obſtare illam æquiparationẽ, qua prȩfatus N. æquiparat in. 4. part. cap. 2. nu. 4. prædictos Cõmendatores aliis clericis ſęcularibus

laribus,quo ad dominium, & poſſeſſio
nem bonorum temporalium, nimium
1 blandiens eis,blande ſuadendo,ut cō-
ſcientias ſuas dirigant in hoc ſecun-
dum regulas, quibus clerici ſæculares
poſſunt dirigere ſuas,quia id falſiſſimū
eſt.Tum,quia clerici ſæculares nullum
paupertatis uotum emittunt, & iuſte,
ac ſancte poſſunt habere propria.c.Ha
bebat. c.Certe, & ſeq.12.q.1. Adeo ꝙ
etiā teſtari poſſunt de bonis patrimo-
nialibus, ſine ulla ullius diſpenſatione
c.Quia clerici,de teſtam. & c. Fixum,
12.q.5. etiam ſi eſſent Eremitæ. 19. q.
2. §. Econtra, ſub c. Perlatum: præfati
autem Commendatores emittunt uo-
tum,non quale quale, ſed ſolemne,ut
proximo monito probatum eſt. Tum,
quia hoc eſt æquare religioſos ſæcula-
ribus clericis, quò ad paupertatem;
cum tamen omni iure clerici ſint capa
ces dominii temporalium,& nullo ne-
que diuino,neq; humano religioſi; ut
probatum eſt,monito. IX. & octo ſeq.
Tum,quia nullus, qui uotum pauper-
tatis

tatis perpetuum, etiam tantum ſimplex 2
emiſit, poteſt iuſte quærere, uel retinere
ſibi ullum dominium bonorũ temporalium; quia contrairet uoto licet
ſimplici, quod eſt peccatum mortale.
c. Magnæ, de uot. c. Vouentibus. 17.
q. 2. Nam quẽadmodum qui uouit caſtitatem, ideſt, renunciauit omnibus
uenereis, promittẽdo ſe nunquàm uſurum eis, contrauenit uoto, habendo,
uel habere uolendo rem carnis etiam
maritalem; ita qui uouit uotum paupertatis perpetuum, etiã ſimplex; quod
eſt renunciare omnibus bonis temporalibus, promittẽdo Deo, ſe nunquàm
quæſiturum, neq; habiturum illa ſibi
tanquàm propria, mortaliter peccat,
quoties uult illa ſibi quærere, uel habere tanquàm propria; quia contrauenit
uoto per præfata iura. Tum, quia
nil obſtat his dicere, quòd plus ligat
uotum caſtitatis, quàm uotum paupertatis: quia hoc nemo dixit, neque ulla
ratione defendi poteſt; quia eodem
omnino modo quo uſus uenereorum,

& uolũtas utẽdi eis repugnat uoto caſtitatis perpetuo, ideſt, quo ꝓmiſsũ eſt ſemp̃ a uenereis abſtinere; ita habere dñium tẽporaliũ bonorũ, uel uelle habere illa tanq̃ propria, repugnat uoto paupertatis perpetuo, ideſt, uoto quo promiſit, ſe nunq̃ habiturũ aliq̃d propriũ. Tum, q̃a nemo negat, neq; negare põt, ꝙ qui uouet uoto ſimplici obediẽtiã alicui Prælato: ſicut in aliquot religionibus uouent aliquot nouitii ante profeſſionẽ, perpetuo, uel pro tp̃e quo in eis manebunt, peccãt mortaliter nõ obediendo, uel nolendo obedire tp̃e quo ibi ſunt; ita nemo negare debet, ꝙ qui uouit paupertatẽ perpetuã, uel temporariã, non ſeruãdo, uel nolẽdo ſeruare illã. Nam ꝑfecto qui hęc negaret, negare cõuinceretur uota caſtitatis, paupertatis, & obediẽtiæ perpetua nõ ligare; q̃d eſt hæreſis Lutherana, & abominãda cõtra ſacras, & canonicas ſcripturas Cũ ergo præfati Cõmendatores uoueãt prædictas regulas, & cõſequenter emitant tria uota ſubſtantialia, è q̃bus unum

unū eſt uotū paupertatis, qđ etiā ſi nō eſſet ſolēne, uti eſt, obligaret ad nunq̄ habendū, neq; uolēdum habere aliqđ tpale propriū, quanto magis, ad nō diſponēdū de illo tanq̄ de proprio: & per conſecutionē, nullatenus debet q̄s docere, ipſos quò ad hoc ęquiparari clericis ſęcularibus, ſi formidat lutherizare.

SVMMARIVM.

Commendatores ordinū militariū, caueāt ab aſſentatoribus, cōtra receptiſſimas ſententias. nu. 1.

LXIII. Moneo, fieri ex præmiſſis, ut charitas, & obſeruantia quā ſum, & eſſe debeo in prædictos ordinū militariū Cōmēdatores, genere, dignitate, ac bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratione adeo illuſtres, & eorum confeſſarios adeo doctos; cogat me admonere, ſimul orare eos, nē huiuſmodi aſſentationibus ullatenus aſſentiantur: neq; credāt per authoritatē. N. etiam ſi longe maior eſſet q̄ eſt, excuſari a peccato in re adeo inſolenti, & cōtra ſentētias adeo receptas, & fundatas iure tā diuino, q̄ naturali, iubēte ſeruari ea quę ꝓmittuntur 1

mittuntur non ſolum Deo, ſed etiã homini; pręſertim in Hiſpania, cuius legibus ex iure põtificio deriuatis, tanti fit fidei datæ obſeruantia, ut omne pactũ, q̃libet nudum; & omnis pollicitatio, quomodolibet facta; ſi modo licita eſt, efficaciter obligat promittentem, & parit actionem contra legem iuriſgentium. §. Igitur nuda, & alias ei confor mes. ff. de pact. deriuatis inquam, ex iure pontificio, imo è naturali, & diuino; de quo in cap. 1. de pact. & c. Iuramenti. 22. q. 5. & l. 1. ff. de pact. quæ eſt recepta ſententia; quicquid aliqui Nouatores innouent.

SVMMARIVM.

Decimas ante Lateranenſe concilium laicis conceſſas, & alias quas Principes habent, non poſſe iuſte ab eis teneri, non inferri ex cõmuni ſententia, late probatur. nu. 1. & ſeq.

Decimarum fructus, bonaq; alia eccleſiaſtica iuſta ex cauſa per Sedem Apoſt. concedi poſſunt laicis, ita ut eis tanquàm profanis utantur. nu. 2.

Quàmuis Thomas, cui ſua tribuit Aduerſarius, expreſſe dixerit, ius percipiendi decimas non poſſe illis dari. num. 3.

LXIIII.

LXIIII. Moneo, nihil obſtare illud aſſumptum pręfati N. in duodecimo argumento, nempe; ex prædicta opinione Archid. & cõmuni ſequi non poſſe, ullos laicos iuſte poſſidere decimas eis ante concilium Lateranenſe ab Eccleſia in feudum conceſſas; & quòd neque Principes ſæculares partem ullam decimarum per Eccleſiæ gratiam accipere poſſent; quod eſt contra c. Cum Apoſtolica, de his quæ fiunt a præl. cap. Prohibemus, de decim. cum eis annotat. & contra Thom. Sec. 2. q. 87. art. 2. ad 3. Nil, inquam, id ob- 1
ſtat; quoniam falſum eſt illud aſſumptum: non enim inferuntur contenta in eo ex communi ſententia. Tum, quia decimæ ante concilium Lateranenſe conceſſę, quarum conceſſionem iura probant, fuerunt iuſta de cauſa conceſſæ; & ſolàs illas decimas poſſunt iuſte habere Principes, quas Apoſtolica Sedes ex iuſta cauſa illis conceſſit: & Archid. cum communi non negat; imo confitetur poſſe Eccleſiam

iuſta de cauſa concedere bona eccle-
ſiaſtica laicis ad tempus, & in perpe-
2 tuum, etiam taliter ut fiant profana:
ita ut eorum reditibus tanquàm alio-
rum profanorum libere uti poſſint, ut
dictum eſt, mon. LIIII. & LVIII. Tum,
quia, ut dictum eſt, in duobus moni-
tis proximis. Arcihdia. & communis
loquitur de reditibus bonorum eccle-
ſiaſticorum, pro tempore quo ma-
nent eccleſiaſtici; non autem pro tem-
pore quo iuſta de cauſa, & cum ſo-
lemnitate debita deſierunt eſſe ſacra
1 & eccleſiaſtica: qualia eſſe deſinunt
per alienationem factam in perſonas
profanas, ad hoc ut eis pro libito per-
inde ac patrimonialibus utantur, per
notat. in ſumma, & in cap. ſine ex-
ceptione. 12. q. 2. & in cap. Nulli,
de reb. ecc. non al. & ideo licet ex ea
ſequatur, quòd aliqui laici iniuſte poſ-
ſident decimas, ii ſcilicet, qui ab Eccle
ſiæ prælatis ſine iuſta cauſa, & ſolem-
nitate debita acceperunt: non ta-
men ſequitur in uniuerſum omnes lai-

cos,

cos, etiam Reges, & Principes iniuſte poſſidere omnes quas poſſident decimas: quoniam quàm plurimi poſſident eas in feudum, uel alio titulo iuſta de cauſa,& cum ſolemnitate debita quæſitas; quales uidentur eſſe omnes conceſſæ ante concilium Lateranenſe: ex quibus ſunt illæ, quæ olim cum Pyrenæi montes cœperunt a Mauris, & Sarracenis occupari,pro ſtipendio perpetuo cõceſſæ fuere ad iuſtos ſumptus faciendos multis nobilibus, tam citra, quàm ultra noſtram, quæ celeberrima eſt, Roncam Vallem; tam qua parte in Hiſpanias, quàm in Gallias, & mare Oceanum protenduntur, quò illarum, & patrimoniorũ ſuorũ reditibus militantes,Chriſticolarũ terras defenderẽt, & in CHRISTI, & ſanctæ Sedis Apoſt. obedientiã reducerent.Quã ob eandẽ cauſam, in multis aliis terris idem factum fuit, & iuſte fieri poteſt; cum oĩa bona eccleſiaſtica iuſta de cauſa,& cũ ſolemnitate debita, poſſint alienari. c. Sine exceptione, 12. q. 2. & cum

cauſa

cauſa pietatis, & religionis conſeruan dæ, uel reſtituendæ, ſit una principaliſſima, ob eandem cauſam, & ad colligendos & alēdos peregrinos, & alios pauperes, tum ægrotos, tum ſanos, in uariis Regnis, uariis ordinibus, militaribus, & hoſpitalariis, & hoſpitalibus, ſunt conceſſæ aliquot decimæ, cum aliis bonis eccleſiaſticis: & hoc eſt, & non amplius, quod ait S. Thom. in Sec. 2. q. 87. art. 3. ad 3. quicquid
3 N. ſignificet. Imo expreſſe diſtinguit inter conceſſionem decimarum iuſta de cauſa factā, & aliam, dum ait; poſſe illas concedi laicis, pro Eccleſiæ neceſſitate, uel ad ſubuentionem pauperum; clare ſignificans, non poſſe illas ſine iuſta cauſa in uſus profanos cōcedi. Imo (qđ neſcio quare. N. nō animaduertit) expreſſe habet ibi Thom. non poſſe concedi ius eas percipiendi laicis, eo quòd ſit quid ſpirituale, etiā cum iuſta cauſa; ſed ſolum res ipſæ, iā perceptæ, uel percipiendæ, quæ pro decimis ſoluuntur, retento iure percipiendi

piendi

piendi per eius Eccleſiæ miniſtros. Id quod Caiet. ibi animaduertit. Itaque ex opinione Archid. recepta, infertur quidem, non poſſe decimas concedi ulli laico, etiam Regi, abſque iuſta cauſa, ad hoc ut eis pro ſuo libito, perinde ac patrimonialibus utatur in quoſcumque uolet uſus, ſiue pios, ſiue profanos: non autem (quod non poſſent concedi) tam perſonis profanis, quàm eccleſiaſticis ad uſus pios; neque quod non poſſent concedi iuſta de cauſa, & cum ſolemnitate debita, etiam perſonis profanis, ad hoc ut eis perinde ac patrimonialibus pro libito utantur; & quòd Thom. ſtrictius in hoc ſcribit, quàm Archid. quia ille negat ius percipiendi decimas, poſſe laicis concedi, etiam cum iuſta cauſa: qđ neq; negat, neque affirmat Archid. Quodque, quia eſt cõtra N. allegantẽ illũ pro ſe, illi relinquo reſoluendum.

SVMMARIVM.

Decimæ, uel fructus beneficiorum, & alia bona eccleſiaſtica iuſte data in ſolutum, uel in pretium

tium damnorum, impenſarum, uel laborum ſubitorum, uel ſubeundorum Nobilibus, uel alijs, libera eſſe uidētur ab onere dandi ſuperflua pauperibus: ſicut erant bona perdita, uel dānificata, impenſæ, & pretium laborum, pro quibus ſunt data. nu. 1. licet non illa, quæ alias ob cauſas conceduntur. num. 2.

LXV. Moneo, pro maiori huius rei luce, ꝙ ex præmiſſis infertur, plurimum referre; an decimæ, ſiue ut Thomas loquitur, res quæ pro decimis ſolutæ, uel ſoluendę ſunt, concedantur laicis in ſo
1 lutionem, & cōpenſationē damnorū, & impenſarum, quas de ſuis patrimoniis, antea fecerunt, uel poſtea facturi erant, & in remunerationē laborū ſubitorum, uel ſubeundorum pro Eccleſia, eiuſq; ſancta fide catholica, ipſa id adhortante: quales uidentur conceſſiones factæ laicis ante conciliū Lateran. nobilibus ſupradictis. An uero concedantur, ut eas in futurum in pia bella, uel in alimenta pia impendant, non pręcedētibus aliis ſui patrimonii damnis, laboribus, & impenſis ſuſceptis. Quales uidentur conceſſiones factæ

multis

multis ordinibus militaribus, ad tuen
dos,& alendos in futurũ peregrinos,
& alios fideles,ac ipſam fidem catho-
licam. Nã multo amplius & liberius
ius eſt in conceſſis priori modo q̃ po-
ſteriore : q̃a cõceſſiones priori modo
factæ,ſunt quædã debitorũ ſolutiones,
& alienationes iuſta de cauſa factæ, ꝑ-
ſonis etiã laicis,& ꝓfanis in uſus quos
ipſæ uellẽt, nullo eis onere, uel modo
adiecto.Poſteriori uero modo cõceſſę
ſunt donationes ſub modo,& ob cau-
ſam factæ,quę ad modũ,& onus in cõ- a
ceſſione poſitũ ligãt, nec ab onere dã-
di ſuꝑflua pauperibus liberant,cũ ma-
neãt eccleſiaſtica. Nã quẽadmodũ Epi
ſcopus,uel alius beneficiarius,qui ali-
quos reditus de ſuis patrimonialibus,
ſuæ dederit Eccleſiæ, poterit tantundẽ
ĩpẽdere ĩ uſus quos uolet,de reditibus
eccleſiaſticis,iuxta Gratiani doctrinã ĩ
§.Itẽ,ſub c.Iniuſtũ. 12.q.2.quã ꝓbat ꝑ
c.ſeq. Si qualibet, & alia duo ſequen-
tia,ead.ca.& q.Qđ etiã nos ĩ præf. lib.
q.1.nu.67. ĩ corol.15.q.5. diximus,&

infra mon. LXXVII. dicemus. Sic illi quibus pro ſolutione, ſeu iuſta compēſatione ſumptuum, impenſarũ, labo rum, & damnorũ, pro eccleſia ſuſceptorũ, aliqua bona eccleſiaſtica ſunt libere data, poterũt eis perinde uti in quos uolẽt uſus, ac potuiſſent uti bonis, quę præfatis ſumptibus, impenſis, laboribus, & damnis quærere ſibi potuerant.

SVMMARIVM.

Bona empta ex reditibus eccleſiaſticis, fieri Eccleſiæ: empta uero ex patrimonialibus beneficiarij non fieri eius, neceſſario infert, non eſſe eiuſdem rationis utroſque. nu. 1.

LXVI. Moneo, nil ualere reſponſionẽ
1 præfati N. ad illud arg. uidelicet; Empta ex fructibus beneficii, fiunt eccleſiæ, ſecundũ ipſum, in. 3. par. c. 2. & empta aliũde, ſunt clerici, ſecundũ eundẽ. ergo nõ ſunt eiuſdẽ rationis fructus beneficiorũ, & bona patrimonialia, & fructus eorũ. Reſpõdet enim; bona diuiſa per diuiſionẽ, facta eſſe tanq̃ tabulam raſam, in qua nihil dēpictũ eſt, &cær. Tum, quia cõceſſo antecedẽte, ut ipſe late

late in ſuo lib. 3. par. c. 2. concedit, neceſſario eſt cõcedendũ eius cõſequẽs, quod irrefragabiliter concludit; q̃uis ſupra mon. XXXVII. mõſtrauimus prę fatum antecedens non eſſe adeo generaliter affirmandum, ac ipſe affirmat.

SVMMARIVM.

Bona eccleſiaſtica qui dicit eſſe iure naturali diuino in opera pia dicata, cogitur fateri, quòd conſuetudo impendendi ea in profana, eſt contra illud, & inualida, nu. 1. Quicquid inepte reſpondeat Aduerſarius. num. 2.

Legem naturalem, & diuinam, qualis eſt de ſacrificando Deo, de puniendis delictis, & de confitendo presbytero, poteſt iuuare & determinare lex humana, cui ſatisfaciens ſatisfacit naturali. num. 3.

Legem naturalem non iuuat, ſed deſtruit lex humana, quæ contrarium eius quod illa intendit, ſtatuit. num. 4.

LXVII. Moneo, ꝙ non obſtat reſponſio præfati N. ad duo argumenta noſtra; quorũ alterũ eſt: Iure naturę, & per conſequens diuino, & Apoſtolorũ primęuo inſtituto, bona eccleſiaſticæ ſunt

deſtinata in miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem, & diuini cultus exhibitionem, & pauperum alimenta, ut ambo concedimus; ille in principio ſui
1 libelli, nos uero in 1. q. noſtri. Ergo conſuetudines, & leges huic inſtituto cōtrariæ, prauę, iniquæ & iniuſtæ ſunt. c. Quæ contra. & c. Mala. 8. diſt. Alterum eſt, ꝙ hæc bona, ex quibus portiones prædictæ ſunt aſſignatæ, ſiue cōſtent ex oblationibus, ſeu decimis, ſiue piorum hominum largitionibus, ſeu per induſtriam ab Eccleſia aliis titulis acquiſita ſunt operibus piis iure diuino, ut dictum eſt, uel piorum hominum donantium uoluntate dicata: ergo natura eorum non eſt ita mutabilis, ac habet opinio, quam ipſe male
2 tribuit Thomæ. Reſponſum autem eius ad ea, eſt; concedere quidem, ꝙ hæc bona iure naturali, & diuino generali, & ex eorum inſtitutione habent naturam ſupradictam; ſed ꝙ lex canonica, & poſitiua poteſt legem naturalem, & diuinam generalem determina-

re:

re:& ꝙ ſatis eſt ſeruare illas determina
tiones,uerbi gratia, offerendũ eſſe ſa- 3
crificium Deo in genere iubet lex na-
turæ: determinatio autem ſacrificiorũ,
quomodo, & quo tempore fiant, eſt
de lege diuina, poſitiua, uel humana,
ut colligitur ex S.Thoma,Sec.2.q.85.
art.1.ad 1. Punienda item eſſe delicta
in genere,eſt iuris naturalis,ſed deter-
minatio ut ſic,uel ſic puniantur, eſt iu-
ris humani, ſecundum eũdem Thomã
receptũ in Quodlib.2.q.4.ar.8. Con-
fitenda item eſſe peccata mortalia ſa-
cerdotibus,eſt iuris diuini,iuxta cõcil.
Trident. in cap.5. ſeſſ. 14. canon.6. &
ſecundum omnes in 4.diſt.17. Deter-
minatio uero,quibus temporibus,uel
quibus ſacerdotibus id faciendum ſit,
eſt iuris humani, c. Omnis, de pœnit.
& remiſſ.& alia ſimilia,ut colligitur ex
eodẽ Thoma.q.122.art.4.& 147.ar.3,
& 4. Sic in propoſito noſtro, ut ipſe
ait,decimę,oblationes,& alia bona ec
cleſiaſtica iure quidem diuino,& natu-
rali generali ſunt impendẽda præfatis

operibus piis : at determinatio in par-
ticulari, fieri poteſt per Eccleſiæ leges,
& conſuetudines, quas ſufficit ſerua-
re. Quę profectò ſolutio, inepta eſt ar-
gumento ſoluēdo, neq; uim eius ulla-
4 tenus minuit, imo auget. Tum, quia ſo
læ illę determinationes humanę legum
naturaliū ualent, per quas non tollun-
tur illæ, ſed adiuuantur, & determinan
tur, ut præfata exempla demonſtrant.
At conſuetudo quam N. defendit, le-
gem naturalem ab ipſomet cōceſſam,
deſtruit; quod per eadem exempla de-
monſtro. Nam licet lex humana, ut il-
lo, uel illo modo rationabili Deo ſa-
crificetur, adiuuet & declaret legem na
turalem, de ſacrificando Deo; lex ta-
men humana, quæ ſtatueret, ut ſic, uel
ſic ſacrificetur alicui creaturæ, eſſet ini-
qua; quia aduerſaretur legi naturali,
quæ ſoli Deo ſacrificandum eſſe di-
ctat, ut in Sec. 2. q. 85. art. 2. probat
Thom. Sic etiam lex humana quæ di-
ctat ut illo, uel illo modo rationabili
crimen puniatur, adiuuat, & declarat
legem

legem naturalem de puniendo crimine: at lex humana, quæ dictaret, ut hoc uel illo modo crimen præmiaretur, deſtrueret illam. Sic lex humana, quæ iubet confiteri ſemel in anno peccata mortalia ſacerdoti, iuuat, & declarat legem diuinam de confitendo ſacerdoti: ſed quæ lex humana, uel conſuetudo dictaret, ut confiteri ſolum Deo ſufficeret, uel angelo cuſtodi, uel laico, uel clerico non inſignito presbyterio, deſtrueret legem diuinam de confitendo presbytero. Sic in propoſito, lex uel conſuetudo humana, quæ determinaret modum rationabilem, quo præfata bona in illa, aut illa opera pia impenderentur, iuuaret quidem, & determinaret bene legem naturalem, & diuinam, de impendendis eis in opera pia. At quæ lex, uel conſuetudo dictaret, ut ea impenderentur in uſus profanos, & alios ab his in quos lex naturalis ac diuina dictant, deſtrueret illam: & ita ſolutio N. cum ſimilibus per eum adductis,

ctis,irrefragabiliter conuincit eius opinionem eſſe falſam, & contrariam ſibi concedenti iure naturali,& diuino præfata bona eſſe in prædicta pia opera dicata.

SVMMARIVM.

Bona eccleſiaſtica non ſolum intentione, ſed etiam præcepto, & traditione Chriſti, Apoſtolorum, & Eccleſiæ ſunt operibus pijs deputata. nu. 1.
Lex non obligat ad finem quem intendit; ſed ad illud quod in illum præcipit; nec legis fine, uel cauſa ceſſante, ceſſat lex. num.1.

LXVIII. Moneo, nil obſtare quod N. inepte applicat ſuis reſponſionibus in eadem parte.4.c.2. nu.8. dum ui prædictorum argumentorum preſſus,quaſi diuerticula quærens, uere, ſed parum ſibi utiliter, ait hæc, ſcilicet; non obligari nos per leges ad implendam
1 intentionem earum, ſed ſolum ad faciendum ea quę ipſæ præcipiunt, ut probat S.Thom. 1. ſec.q.100.art.9. & 10.ut lex de colendis feſtis,cuius finis eſt, ut uacantes exterius ab operibus ſeruilibus, uacemus Deo interius, intendendo

tendendo in eum mentes, per fidem, ſpem, & charitatem, non obligat nos ad illam intentionem, ſed tantum ad uacandum ab operibus ſeruilibus, ut colligitur ex Thom. Sec. 2.q.122.art. 4. ad 3. & quòd ceſſante fine legis, nō ceſſat lex; & quòd licet deficiat legis intentio, uel finis, non deficit ipſa lex, q̃uis ſit iuſta cauſa, uel mutādi legem, uel diſpenſandi, ut per S. Thom. 1.2.q. 96. art. 3. Neque ceſſante cauſa legis, ceſſat lex, per l. primā.ff.de minor.adiuncta.l.1. C. de his qui ueniam ætat. impet. in quibus plus ſatis ſpatiatur, ſed fruſtra quo ad nos, tum quia ea nō negamus: tum quia late probamus in mon. XXVII. CHRISTVM, & Apoſtolos eius, & ſucceſſores eorum, non ſolum habuiſſe intentionem, ut bona eccleſiaſtica præfatis miniſtris Eccleſię & piis operibus impenderentur, ſed etiam ut id fieret, præcepiſſe. Tum, quia etiā ipſemet N. in reſponſione ad duo argumēta, in pręcedēti mon. poſita, ingenue fatetur id quod in initio libri

libri ſui affirmauerat, nempe, iure naturæ, diuino apoſtolicoque inſtituto eccleſiaſtica bona eſſe in præfatorum piorum operũ ſuſtentationẽ deſtinata.

SVMMARIVM,

Decimæ, licet quò ad ſuſtentationem neceſſariam miniſtrorum, debeantur iure naturali diuino; tamen quò ad quotam debentur iure humano: & ideo Eccleſia iuſta de cauſa, poſſet illam augere, & diminuere. nu. 1.

Decimæ non debentur, etiam ſi petantur, extante conſuetudine præſcripta, ne ſoluantur, nu. 2.

LXIX. Moneo, quòd infirma eſt reſponſio præfati N. in d.c.nu.10. ad illud argumentum, quod plurimum eum urget, uidelicet; Plurimas diuiſiones, & beneficiorũ erectiones inueniri factas ex bonis, quæ fuerunt communia; & ex quibus pauperibus, & fabricis debebantur ſuperflua, nulla pauperibus portione deſtinata; & ita uideri, quòd portiones Epiſcopis, & aliis beneficiariis aſſignatæ, tranſierunt ad eos cũ præfato onere partiendi eis ſuperflua de portionibus ſuis. Replicari enim poteſt;

teſt; Primum, quòd idem facit ipſe in hoc quod ait, Dominicum Sotum feciſſe, in lib. 10. q. 4. de iuſt. & iur. uide licet, quærere diuerticula, quibus uim argumenti euadat. Replicari etiam poteſt, ſecundo, quòd N. a Soto recedẽs, tres pene paginas implet dictis Thomæ ad uerbum tráſlatis ex Quodli. 2. q. 4. ar. 8. Ex quibus nil aliud quod eius propoſito conueniat, colligitur, quàm quòd Eccleſia iuſta de cauſa poſſet ſtatuere, ut plus, uel minus quàm decima pars fructuum miniſtris Eccleſiæ ſolueretur; quod nemo negat. Et nos concedimus, quòd Eccleſia uel conſuetudo iuſta de cauſa inducere poteſt, ut in multis Italiæ terris iã induxit, ne populus peccet, non ſoluendo decimas, ſi nõ petantur. Quod nos non ſolum concedimus, ſed etiam ampliamus, ut procedat etiam ſi petantur, modo miniſtris Eccleſiæ neceſſaria aliunde prouideantur ſufficienter, ut in eiſdem Italiæ terris fieri audio: eo quòd ut pridem Salmãticæ ab

hinc

hinc quadraginta annos cum interpre-
tarer prælectione extraordinaria c. 1.
de decim.lib.6.irrefragabiliter proba-
ui gloſ.illius,& Inno.in rub.de decim.
cum pleriſq; omnibus noſtris doctori-
bus, errare in aſſerendo decimam par-
tem fructuum in lege noua iure diui-
no deberi, ſecutus opinionem Thom.
Prima.2.q.99. & Sec.2.q. 87. art.1. &
aliorũ Theologorũ, quã etiã illa gloſ.
1 recitat, quæ habet; legẽ de ſoluendis
Eccleſiæ decimis eſſe legẽ humanam,
quo ad quotam, ut.ſ.ſoluatur pars de-
cima potius q̃ alia maior, uel minor;
q̃uis ſit naturalis & diuina, quo ad hoc
ut ſuſtentatio neceſſaria ſoluatur mi-
niſtris; iuxta illud. Dignus eſt merce-
narius mercede ſua, Luc. 10. & alia
citata in c. 1. 13. q.2. Vbi memini re-
ſpondere Petro Rauennati, qui in fi-
ne compendii ſui noſtrorum ſenten-
tiam adeo mordicus tenuit, ut quen-
dam Theologum, cognomento de Al-
ta platea, & contrariæ opinionis ad-
ſertorẽ ob hoc hæreſeos argueret, ci-
tauiq;

tauiq; Io. Maiorem in 3. ſent. diſt.37. q.36.ubi etiam præfato Rauennati reſpondit, pronuncians eum hæreticum, ſi ſuæ opinioni pertinaciter contra prædictam, quæ fundatiſſima eſt Theologorum, inhæreret. Itaque plus confitemur ipſi N. q̃ qđ ipſe colligit ex Thoma, nempe; poſſe Papam, imo & conſuetudinem præſcriptam iuſta de cauſa minuere, uel augere obligationem, qua populus debet ſoluere decimas, dummodo ex eis, uel aliunde, miniſtris & fabricæ, ſufficienter iuxta legẽ præfatã naturalem prouideat. Confitemur, inquam, hæc oĩa; ſed negamus ex eis inferri quicquam qđ ei proſit. Tũ, quia præſupponit falſum, uidelicet, ꝙ Eccleſia uel Papa ſtatuerit; uel quòd in diuiſionibus a ſe factis, bona diuiſa ab hoc onere dãdi ſuperflua pauperibus, exemerit; uel quòd ulla cõſuetudo canonica id induxerit: q̃a, ut ſupra mon, L. probauimus, ſanior & maior pars beneficiariorũ Deũ timentiũ cõmunẽ opinionẽ, quę poſt concil. Trid. cœpit a

cœpit eſſe de fide, ut in mon. XXIIII. & XXVII. diximus, ſeruauit, & ſeruat, & diuina uoluntate ſemper ſeruabit. Tum, quia eſto, eſſet uerum hoc quod præſupponit, non tamen ex eo infertur, quòd Eccleſia uel Papa eius opinionē poſſint inducere, ſcilicet, quòd decimæ, & alia bona eccleſiaſtica iure naturali & diuino piis operibus debita, pro libito clericorum in uſus impendantur profanos: quia non bene conſequitur; Papa uel Eccleſia poteſt inducere, ne ſoluatur decima, imo, neque quinta, neque ulla alia pars fructuum pro miniſtris Eccleſiarum, & piorum operum. ergo a fortiori poteſt inducere, id quod eius opinio habet, ſcilicet, ne miniſtri Eccleſię teneantur de bonis Eccleſię tribuere ſuperflua piis operibus, atque pro libito poſſint illa in profanos uſus impendere. Non, inquam, ualet hæc illatio; Primo quidem, quòd ratio longe diuerſa probat antecedens, quàm ſuadeat conſequens. Inducere namq;
quòd

quòd populus non ſoluat decimā partem fructuum miniſtris Eccleſiæ, neq; aliam maiorem, neque minorem, modo prouideat eis de ſufficienti ſuſtentatione, non eſt contrarium ulli iuri naturali uel diuino, ut eſt prædictum. Inducere uero id quod eius opinio cōtinet, uidelicet, ꝙ miniſtri Eccleſiæ pro libito inſumant eas in uſus profanos, contrarium eſt legi naturæ, quæ iubet pacta ſeruari, & onera iniuncta impleri, quæ continetur in ſeptimo præcepto Decalogi, Exod. 20. & l. 1. ff. de furt. quæ dum generaliter prohibent furtum, non ſolum prohibent contrectationem rei alienæ, inuito domino, præfata l. 1. ſed etiam omnem rei alienæ uſurpationem c. Pænale. 14. q. 5. Prohibent item contrectationem rei alienæ, in aliū uſum quàm conceſſum, §. furtum. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſ. prohibēt retentionem rei, non ſeruato modo in quem accipitur; neque ſoluto onere cum quo datur. l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub mod. Prohibēt

denique,

denique, ne quis rem in unum uſum, præſertim pium, deſtinatam in alium, præſertim profanum uertat. At inducere, ut opinio N. ſeruetur, eſt inducere, ut beneficiarii omnes has leges tranſgrediantur, utendo rebus alienis, ſcilicet, Chriſti, contra mentem eius, ab ipſomet, & ab Apoſtolis eius eorumque ſucceſſoribus tam factis, quàm dictis, & canonibus longe lateque præceptas, utendo in alium uſum rebus dicatis ad alium, utendo in profana rebus dicatis ad pia, utendo eis non adimplendo modum, non ſoluendo onus eis iniunctum, per adducta ſupra mon. XXVII. Tum, quia ſicut Eccleſia uel Papa poſſet iuſta de cauſa inducere, ne ſoluatur decima, etiam poſſet iuſta de cauſa inducere, ut miniſtri Eccleſię fructibus eorum in quos uellent uſus uterentur: puta, ſi tantundem, uel amplius, impenderent de ſuis bonis patrimonialibus, in illos uſus pios, in quos illi fructus erant conuertendi: quod ſupra mon. LXIIII.

cx

ex Gratiano in.§.Item,ſub c.Iniuſtum. 12.q.2. diximus,probando id per c. Si quis qualibet,& c. ſeq. ead. cau. & q.

SVMMARIVM.

Papa non poteſt iuſte, ſine iuſta cauſa,deſtinata in unum uſum pium,conuertere in alium:& numquàm etiam ſine iuſta cauſa ſtatuit, ut bona eccleſiaſtica in pios uſus deſtinata, conuertantur in profanos. nu. 1. & ſeq.

LXX. Moneo,ꝙ N. in 4. par. c.3. licet longa uerborũ ambage,in extraria parum neceſſaria ſpatietur,non ſatisfacit illi argumento,uidelicet;Nemo etiam Monarcha, etiam ſpiritualis,qui eſt Papa, poteſt mutare iuſte, ſine cauſa iuſta,uoluntates diſponentium in unum uſum pium, in aliũ præſertim profanũ: neq; facere facultatẽ cuiꝗ, ut rebus in unum uſum dicatis,utatur in alium,ſecundũ oẽs argumẽto l.1.ff.de pact.c.1. de probat.& Clem. Quia cõtingit, de relig.dom.l. Legatam.ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. Teſtamenta. C. de teſtam.l. De contractu. C. de reſcind. 1

uend. l. Reſcripta. C. de precib. Imp. off. cum notatis in eis. Ergo bona Eccleſiæ ad uſus pios per fideles dicata, non poſſunt beneficiarii in uſus profanos cõuertere. Reſponſio autem illius uaga, in ſummam redacta, eſt; ꝙ Monarchæ, qui publici iuris cuſtodes ſunt, poſſunt ex cauſa iuſta mutare defunctorum, & uiuorum uolũtates, cum id ius publicum poſcit, etiã pias, ſi ſit Papa. Quæ ſolutio, argumento ſoluendo inepta eſt. Nam argumenta nõ tendunt ad probandum, ꝙ Monarchæ nõ poſſunt mutare uolũtates defunctorũ; ſed ꝙ nemo antequàm id iuſta de cauſa fiat, poteſt rebus in unũ uſum pium dicatis, uti ad alium; & ꝙ nullus Monarcha, ſaltem ſpiritualis, iuſta de cauſa; imo neq; iniuſta, ſtatuit, ut beneficiarii poſſint in uſus profanos uti rebus dicatis ad pios: & ꝙ illa quæ illis honeſte alitis ſupereſſent, poſſent uſibus impendere profanis. Bona enim pars diuiſionum, & erectionum beneficiorum, facta eſt authoritate Epiſco-

porum,

porum, Abbatum, & aliorum Præſulum eis ſuperiorum, inferiorum tamen Papa; quibus & ſi ſit poteſtas diuidendi bona, & erigendi beneficia, iuxta cap. Edoceri, cum ei annotatis, de reſcript. non eſt tamen poteſtas eiuſmodi mutationum faciendarum; Clem. Quia contingit, de relig. dom. quod etiam ipſe N. fatetur. In illis autem quas Papa fecit, aut confirmauit (quarum aliquot uidimus) nulla talis clauſula inuenitur. Neq; eſt præſumendum in dubio, Papas in huiuſmodi rerum diuiſionibus, gratis cõtra tot canones, cõtra traditionem Apoſtolicã, imo & ipſiuſmet domini, quibus cõtrariũ inductũ eſt, id facere uoluiſſe; cũ id faciendo peccaſſent, ut & ipſemet N. fatetur; & ita argumentum manet inſolutum.

SVMMARIVM.

Votũ de aliquo dando alicui Eccleſiæ uel altari, põt cõmutari per Papam ſine ullius conſenſu. nu. 1.
Bonum publicum, præferendum priuato. nu. 2.

LXXI. Moneo, ꝙ nil obſtat reprehenſio, qua præfatus N. incidenter repre-

hendit Caiet.in 2. tom. tract. 11.q.3. dicẽtem: Votum quo quis uouet dare aliquid alicui Eccleſiæ uel altari, eſſe commutabile, ſine ullo illius Eccleſiæ uel altaris præfati conſenſu: quia eũ iniuſte repræhendit N. Tum, per rationes eius, quibus ipſe minime reſpondet. Tum, quia per eiuſmodi uotum nõ eſt ei quęſitum tale ius Eccleſię uel altari, quod per diſpenſationem, aut cõmutationem tolli nequeat, ſine illius conſenſu, cum obligatio principaliter, & formaliter Deo ipſi quæratur c. Magnæ, de uoto. Et Tho. neruoſe probat Sec. 2.q.88.art.5. & in 4. diſt. 38.q.1. art. 1. ad 5. Eccleſiæ uero uel altari ſecundario, & materialiter, & ueluti quędam circunſtantia loci, quod nõ eſt attendendũ. c. Quàmuis, iuncta gloſ. fin. de pact. lib. 6. & l. ſi quis nec cauſam. ff. de reb. cred. & ꝑ alia irrefragabilia fundamẽta, quibus nõ reſpondet N. Tum, quia male ſignificat, ꝙ Caiet. uilipẽdit in hoc noſtros doctores: quia, imo eos ſatis honorãdo declarat, ut palã eſt eũ legenti.

legenti. Tum, quia Bart. fere ab oĩbus receptus in l. Qui Romæ. ff. Flauius. nu. 1. ff. de uerb. oblig. tenet, ꝙ donans aliquid alicui, ut poſt aliquod tempus perueniat ad aliquam Eccleſiã, poteſt illud onus remittere donatario ſaltem in id cõſentienti, nõ obſtante ꝙ Eccleſiæ ſit quęſita utilis actio minus principaliter per l. Quoties. C. de donat. quę ſub mod. quam doctrinã ab oĩbus fere approbari late tradit Iaſon in d. §. Flauius, col. 1. & 2. & merito per illũ tex. qui probat ꝑ donationẽ ſerui factã alicui, ut eũ manumittat, quæri quidẽ ſeruo ius petendi libertatẽ, ſed per donantem & donatariũ, mutata uolũtate, poſſe illud tolli. Idẽ probat per. l. 3. ff. de ſeru. expor. quatenus habet, onus exportãdi ſeruũ, poſſe remitti a uẽdẽte & emẽte ſine illius cõſenſu. Nec obſtat, ꝙ utilis actio, uel officiũ Iudicis quęrat illi tertio; quia ut elegãter, & noue reſpondit Iaſ. ubi ſupra nõ eſt quæſitũ irreuocabiliter, ſed eſt locus pænitentiæ: quia quo ad illũ tertium eſt cõtractus

innominatus,in quo licet pænitere, in l. Si pecuniam, ff. de reb. cred. Non autem poteſt dici id quòd Caiet. ait; nullam actionem uel ius quæri per huiuſmodi uotum Eccleſiæ, ſed illud eſſe reuocabile uolente donatore, & donatario principali,qui eſt Deus ipſe, qui uidetur uelle, uolente iuſta de cauſa eius Vicario. Parergon autem, ſeu incidens illud, quod præfatus N. infert, uidelicet; de bono communi præferendo priuato, & de non diſſimulando malo publico propter damnum priuatum, ex Thom. 1. par. q. 92. ar. 1. ad 3. Et quòd reformatio officiorum publicorum iuſte fieri poteſt, parum nos tangit: & confitemur ea iuſte fieri poſſe, modo in eis ſeruentur ſeruanda, euitentur ſcandala, & bonũ priuatum non adeo excedat publicũ, & cætera. iuxta intentionem Tho. ibidem art. 1. & Prima 2. q. 113. art. 9. ad. 2. & gloſ. Bart. & aliorum in l. 1. ff. ſol. matr. & glo. Panor. & aliorum in c. Licet, de regul.

SVM-

SVMMARIVM.

Intellectus c. fin. de his quæ fiunt a ma. par. cap. nu. 1.

Cõmuni re poteſt quis uti ad uſum deſtinatum, inuito conſorte. nu. 2.

LXXII. Moneo nil obſtare, quòd incaute ait N. in 3.par.c. 3. nu. 8. quod ego ſcripſi in meo lib. q. nu. 39.in fin. 1
quòd ratio decidendi. c. fin. de his quæ fi. a ma. par. cap. quòd ſtatuit ſingulariter, ꝙ emergente neceſſitate Eccleſię, maior pars capituli ſtatuere poteſt renitẽte minori, quòd aliqua pars redituum ſingulorum de capitulo applicetur eis quia reditus illi ſunt deſtinati ad illum uſum, & ꝙ communi re poteſt uti unus ad uſum deſtinatum contradicente ſocio, §. Religioſum, 2
Inſtit. de rer. diui. Tũ, ꝗa licet Panor. aſſignet illam in d. c. Cum omnes, tamen efficaciter confutat eum Dec. quẽ ego ſequor. col. 3. 1. lect. Tum, quia ego non allegaui Pan. ad hoc propoſitum, ſed ad hoc quòd ipſe in d. c. Cum omnes, dixit non inueniri alibi

deciſionem illã præfati c. fin. ad quod etiam ſupra. mon.XLI. nu.8. allegaui. Tum, quia ego ibi dixi rationem germanam illius deciſionis eſſe illã, quam ponit ubi ſupra Dec. quæ longe diuerſa eſt a prædicta, ſcilicet; quòd ibi nõ agitur de rebus omnino pertinentibus ad ſingulos de capitulo, ſed de his quæ ſaluis alimentis Canonicorũ, debentur operibus piis: & ita iuſte potuit ſtatuere Innoc. ibi, ut ſtãte neceſſitate Eccleſię, in illã inſumeretur aliqua pars, quę nõ eſſet neceſſaria eis honeſte alẽdis.

SVMMARIVM.

Lex ſecundum rationem & intentionem legiſlatoris ligat. nu. 1.

Finis præcepti non eſt in præcepto, nec mortificatio carnis in præcepto ieiunij ad eam præcepti. nu. 2.

LXXIII. Moneo, non obſtare id quod præfatus N. aut falſe, aut certe improprie dicit. in 4. part. cap. 2. nu. 7. ſcilicet; quòd intentio legis nõ ligat, ſed ipſa lex. Tum, quia leges ſecundũ ratio

nem

nem, ex qua colligitur intentio legiſla- 1
toris, obligant; ita ꝙ nec plus, nec minus obligant, q̃ ipſe per eam obligare intendit. arg. l. Cũ pater. §. Dulciſſimis. ff. de leg. 2. & c. Meminimus, iuncto c. ſuggeſtum, de appell. ubi Panor. receptus hoc annotauit col. 2. & arg. c. Marchion. 1. q. 1. in illis uerbis: Nec putemus in uerbis ſcripturarum eſſe euangeliũ, ſed in ſenſu; non in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. & arg. cap. ult. de reg. iur. lib. 6. ubi is committit in legem, qui legis uerba complectens, contra legis intitur uoluntatem, & alia multa, quæ citat Fely. in c. In tua, de iureiur. Tum, quia S. Thomas allegatus per eum in Prima 2. q. 100. art. 9. & 10. non ait ut ipſe: ſed ꝙ finis præcepti, nõ eſt in præcepto; ſed id tan- 2
tum quod præcipitur ad illum finẽ, in quem id præceptũ eſt; ut qui abſtinet in feſtis ab opere ſeruili, a quo præcipitur abſtinere, ut mentes ab illo feriatas leuemus in Deum, ſeruat illud præ-

ceptum,

ceptum, licet non leuet mentem in diuinam eius Maieſtatem, ut colligitur ex Thoma recepto in Sec. 2.q.122.ar. 2. & qui abſtinet a bis comedendo in die ieiunii præcepti, ſeruat ieiunium prętceptum ad carnis mortificationem; licet non aſſequatur illam, ſecundum eundem S.Thomam Sec. 2.q.147.art. 3. Tum, quia hoc dictũ Thomę, parum fauet eius propoſito: quia nec Archi. nec communis ait, beneficiarios obligari ad dandum ſuperflua pauperibus, eo ꝙ iura diuina, uel humana pręcipiũt aliqua, ut per ea perueniatur in hunc finem; ſed eo quòd iura diuina, & humana canonũ eccleſiaſticorum præcipiunt ut id faciãt; uti probatũ eſt ſupra mon.XXVII.& repetitũ mon.XXXVIII.

SVMMARIVM.

Bona omnia eccleſiaſtica tam tempore Apoſtolorũ, quàm poſtea donata, ſunt eiuſdem conditionis; quia ſunt unũ patrimoniũ. CHRISTI. *nu.* 1.
Similis, ſimilem quærit. nu. 2.
Iure diuerſo non eſt eadem res cenſenda. nu. 3.

Bona

***Bona beneficiorum nouorum , non eximuntur onere antiquo ; eo ſolo quòd ſupponantur alicui nouo. nu.* 4.**

LXXIIII. Moneo, prout dixi in dicta q. 1. nu. 41. nil obſtare, id quod præfatus N. poſt Sotum ait; ꝙ ſaltem bona, quæ poſt Apoſtolos donata ſunt, & quæ quotidie Eccleſiæ donantur; minime habent idem onus, neque conſequenter ſaltem beneficia ſuper eiſdē bonis fundata: quia hoc quoque falſum eſt. Primo quidem, quia omnia bona eccleſiaſtica tam noua quàm antiqua ſunt, & appellantur patrimoniū
1 IESV CHRISTI, cap. Cum ſecundum, de præb. c. Cum ex eo, de elect. lib. 6. ad quem ſolum eorum dominium pertinet, ut poſt Innocent. in cap. Cum ſuper, de cauſ. poſſ. ſupra mon. XXIIII. efficaciter probatum fuit. Deinde, ꝙ omnia eiſdem fruuntur priuilegiis cap. Quamquàm, de cenſib. lib. 6. & Clem. fin. cum ibi citatis, eodē tit. omnia ſunt ſacra quartæ ſpeciei rerum ſacrarum. Thom. Sec. 2. q.

2. q. 99. art. 3. Et quiſquis ſuffuratur, aut rapit eorum aliquid, ſacrilegus eſt. c. Prędia. 12. q 2. Et nulla poſſunt aliec nari, ſine cauſa iuſta, & ſolmnitat᷑. c. Si ne ſeſſione. 12. q. 2. & cap. Nulli, de reb. eccl. non al. Cum igitur omnia ſortiantur eadem priuilegia & honores, par eſt quoq; ut eadem ſortiantur onera. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. Clem. 1. de cenſib. Tertio, quòd ſi
2 miles ſimilia expetere, & affectari præſummuntur, iuxta illud Eccleſ. cap. 3. Omnis caro ad ſimilem ſibi cõiungetur:
1 & in Ethic. Similis ſimilem quærit, & monedula monedulam. At hi qui poſt Apoſtolorum, eorumq; diſcipulorum tempora, bona donãt, & donarunt eccleſiis, ſimiles ſunt his, qui ante eos aliquid donarunt eiſdem, puta, fideles, pii, humiles, & modeſti; ob eaſdemq; cauſas id fecerunt ob quas illi, ob amorem nempe Dei, & ſuarũ animarum ſalutem. Credendum eſt igitur eos uoluiſſe ut abs ſeſe donata eadem onera ſecum deferrent, quæ priſcorum

deni

donà detulerunt, hoc eſt, ut miniſtri ſacrorum, commodum, honeſtumq; ex eis excerperent; & reliqua quæ ſupereſſent, pauperibus erogarent: nullatenuſq; in malos, aut profanos uſus effunderent, nec in theſauros reconderent; ignorántes cui cóngregarent ea. pſal. 38. Quarto, quòd res eadem, non eſt iure diuerſo cenſenda. c. Quia cognouimus. 12. q. 2. c. In noua. 16. q. 7. c. Eccleſiis, de conſec. diſt. 1. At omnia Eccleſiarum bona, ſunt unum IESV CHRISTI patrimonium; eodem igitur iure cenſenda ſunt. Quinto, quòd D. Gregor. relatus in d. c. Quia cognouimus. 12. q. 2. qui multo poſt, Apoſtolorum, eorumq; diſcipulorum tempora floruit, inſigniter ſtatuit, omnia per ſummos Pontifices in bonis eccleſiarum antiquis decreta, fore quoque ſimiliter in nouis obſeruanda: quandoquidem omnia uetera, & noua, una eademque ſunt ſubſtantia, idemque CHRISTI patrimoniũ. Moneo item, ꝙ præfatis nil etiam obſtat, quod 3 4

Dom.

Dom. Sotus lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. iur. in aliud propoſitũ plurimũ perpendit, nempe; multos catholicos poſt Apoſtolorũ tempora, multa donaſſe, donareq; quotidie certis tantum adiectis oneribus, quò illud aut illud fiat, ideoq; illorum miniſtros poſſe de eorum reditibus ſolutis illis oneribus pro libito diſponere. Quæ perpenſio, nil præfatis refragatur. Primo quidem, quòd potius ea confirmat, quò ad reditus decimarum, & primitiarum, quas clerici uel monachi poſſident; & quò ad bonam partem aliorũ prouentuum bonorum eccleſiaſticorum, quæ conſtat eſſe antiquiſſimã, maximamq; partem eorũ. Quoniam, qui de his nouis,
4 hac ratione noua, hoc nouum dicit; negare uidetur de antiquis, in quibus hæc ratio ceſſat. cap. Qualis. 25. diſt. & c. Nonne, de præſump. Confirmat item, quò ad alia bona temporalia, quę Apoſtolorum, atq; diſcipulorum temporibus, catholici uiri Eccleſiis donarunt. Cõſtat enim idem per eos de ipſorum

bonorum

bonorum reditibus, atque de ipſis decimis fuiſſe diſpoſitũ. Confirmat item, quò ad reliqua bona temporalia, quæ nullis omnino oneribus nouis impoſitis, conceſſa ſunt poſteà Eccleſiis. Et merito quidem, quia probabile eſt, quòd cum ob eoſdem fines eandemq; piam deuotionem; ob quæ ſui prædeceſſores donarunt, nullis aliis adiectis oneribus, eadem quæ illi impoſuerunt onera, imponere uoluiſſe, nempe; ut inde miniſtri ſacrorum, ac pauperes alerentur. Secundò, ideo nón refragatur nobis prædicta Soti perpẽſio, quòd maior pars redituum, qui aſſignantur eccleſiis, collegiis, capellis, & aliis piis locis noue fundatis à Regibus, magnatibus, & aliis, decerpuntur, è beneficiorum annexorum decimis, quas cõſtat eſſe antiqua eccleſiarum bona, & Apoſtolorũ ordine, præfato oneri addicta: neq; ulla ullius, quæ iuſta fuerit, authoritate ab eo exempta. Cum probari nequeat talis exemptio ulla, gratia Sed. Apoſt. quæ ſola iuſta de cauſa id

id facere pōt, ut prædictū eſt ſupra ī d. lib. q. 1. nu. 38. & in mon. LIIII. & LVIII. ſupra eodē: neq; ulla interuenit cauſa, quò ab eo eximerent. Cui cōſequens eſt, neq; Pontif. Max. iuſte potuiſſe ab eo eximere, per dicta in d. lib. in 3. q. nu. 21. & ſupra mon. XLI. nu. 5. Tertio, ideo nō refragatur nobis præfata Soti perpenſio, ꝙ qui ſuis duntaxat bonis profanis aliqua beneficia fundarunt, quæ non ſunt adeo multa, certis oneribus impoſitis, non donarunt maiora bona, quàm quæ ſufficerent miniſtris alendis, & oneribus ſubeundis: quæ poſtea alicubi creuerunt eò, quòd fructus & reditus eorum adaucti ſunt. Eſt enim ueriſimile mētem fundātium, ſaltem tacitam, eā fuiſſe; ut ſi reditus eorum adeo creſcerent, quòd honeſte ſuſtentatis, & ſolutis oneribus multa ſuperfluerent, illa inſumerentur eo modo, quo inſumentur ea quæ ſuperſunt ex aliis bonis eccleſiaſticis, & non in ſuperfluos, & profanos uſus; neq; inde theſaurizarent, neq; diuites ditarent,
Li sed

ſed alendis egentibus diſtribuerent. Quę mens tacita, coniicitur ex eo ꝙ eſt ueriſimile, ꝙ ſi fuiſſent interrogati, quid ex talibus ſuperfluis fieri uellent, reſpondiſſent (& ita debet haberi pro reſponſo. arg. gloſ. ſing. & receptæ. l. Tale pactum.§. fin.ff. de pact.) ut idem fieret quod fieri deberet, de ſuperfluis reliqui patrimonii IESV CHRISTI Opt.Max. cum eorum intentio fuiſſet, ut ea unirentur eidem, eiſdemq; fruerentur priuilegiis:ſciētes, aut ſcire debentes, neminem alium, neque ſæcularem, neque eccleſiaſticum eſſe tam abſolutum eorum bonorum, & redituum eorum dominum, quàm ſunt ſęculares ſuorū.Et ita conſequenter uoluerūt, ſaltem tacite, ut eſſent ſubiecta oneribus generalibus,quibus CHRISTI patrimoniū ſubmittitur.Coniicitur item mens hæc tacita, ex eo ꝙ qui aliquam Capellam,uel aliud beneficiū particulare fundat, non cenſetur uelle ea eximere a generalibus aliorū beneficiorū oneribus,ſcilicet,recitādi horas,

reſidendi, & aliis; propterea quòd eis certa onera noua imponant.

SVMMARIVM.

Beneficiarij eccleſiaſtici lege naturali tenentur operibus pijs erogare ſuperflua. nu. 1.

Pauperibus nulla lege ita conſultum ac Chriſtiana. nu. 2.

Decimas, primitias, & alia innumera bona habent deputata Chriſtiani cultui diuino, & pauperibus. nu. 3.

Beneficiarij minime retineant auare quæ eis ſuperſunt. nu. 4.

Ludolphus, & Dionyſius magnum Carthuſiani ordinis decus. nu. 5.

Auarus deterior eſt prodigo. nu. 6.

LXXV. Moneo, intuliſſe me in præfato libello, ex prædicta concluſione, &eius confirmatione & contrariorum confutatione multa Corollaria, quæ non ſolum illam declarant, ſed etiam ex animo timentes Deum; & ſibi conſolantur, & dirigunt in praxim, quorum ſumma cum aliquot auctariis infra patebit. Primo quidem non humana tantum, uerum & naturali, atque diuina

diuina lege,& non qualis qualis uirtu
tis, ſed ueræ iuſticiæ, beneficiarios ero
gare debere quæ ſuperſunt pauperi-
bus, ut eſt probatũ in mon. XXXIX.
ideoque nulla conſuetudine ab eo ex
cuſari poſſe; quia illa nihil ualet con-
tra legem naturalem,uel diuinam,cap.
Quæ contra. c. Mala. c. Fruſtra. 8.
diſt.c.In his. xi. diſt.c.fin. de conſuet.
Secundo,quòd nuſquàm in toto terra
rum orbe fuit ulla gẽs, uel natio,pro-
batæ improbatęue legis,aut ſectæ,quæ
tam ingentes loculos, ſeu burſam pe- 2
cuniarum habuerit paratam cultui di-
uino, & pauperibus,ſicut Chriſtiana.
Quæ quidem, non ſolum in id dedi-
cauit decimas prædiales omnium fru-
ctuum, ac redituũ è terræ cultura pro-
uenientium, c. Non eſt. c. Tua nobis.
c. Ex tranſmiſſa. & c. Cum non ſit, de
decim. Tho.Sec.2.q. 87. & Quodlib.
2. ar. 8. & Hoſt. in ſumma, de decim.
§. 1. de triplici decim. & Panor. in d.
c. Non eſt. omneſque perſonales lu-
cri cuiuſque liciti, mixtas quoque

cuiuſq; pecudum pecorumq; generis, uenationis, & piſcationis, ea lege; ut deducta ſuſtentatione honeſta miniſtrorum diuini cultus, prędicationis, & ſacramentorum omnium, egẽtibus erogentur. Verum, & his minime cõtenta, habet huic pio operi paratas omnes primitias, & alia innumera bona, terrarum, uinearum, pratorum, montium, uicorum, oppidorum, & urbium. Et niſi in aliquibus regnis prohibitum fuiſſet donare relinquereue plura bona eccleſiis, omnia fere fuiſſent earũ: quod ſatis colligitur ex. c. Clericis, de immu. eccleſ. lib. 6. Et aliquot legibus Galliæ, & Portugalliæ; in quibus regnis tã effuſi fuere olim in donando eccleſiis, quàm nũc parci, & ad auferendum ab eis proni. Et ita perſonales decimę iam ubiq; ferme ſubſtractę ſunt, imo & prędiales in aliquibus Regnis. Cui rei magnam uidetur occaſionem præbuiſſe, quod palam cernitur, non diſpendi ea in id, in quod donata fuerunt. Nam quod non capit Chriſtus, rapit fiſcus,

ut

ut ait Auguſt. in c. Decimæ. 16. q. 1. Atq; utinam alii male inſumentes, alii male detrahentes, & auferentes non irritemus Deum ad iracundiam, qua de omnibus uindictam quam meremur, ſumat. Imo uero ſua nos afflet gratia, ut emẽdati, ſalui fiamus, Amen. Tertio, non ſolum peccare mortaliter beneficiarios qui id quod ſupereſt è redibus noſtris prodige inſumimus, uerum 4
etiam qui auare ſeruamus: quoniam ſuperius in monito, XXXIX. probauimus; beneficiarios non ſolum humana, ſed & naturali ac diuina, eademq; iuſtitiæ lege obligatos eſſe ad id quod ſupereſt egenis erogandum. Cui quidem obligationi minime ſatisfacimus, ut ibidem dictum eſt, non inſumendo male, niſi etiam bene erogemus. Aliud enim eſt ſoluere & tradere, aliud cuſtodire & retinere. c. Sicut hi. 47. diſtin. & cap. Sæpe, de reſtitut. ſpol. Hanc eandem concluſionem affirmauit celeberrimus ille Io. Gerſon, in alphabet. 40. littera, E, & duo illi æque pii, ac

docti, Ludolphus in uita Chriſti. §. 1. cap.68.fol.3.littera.E.& Dionyſius in lib. contra pluralitatem beneficiorũ, art.7. ordinis Carthuſianorum prælu-ſtre decus:qui quidem ibi,& alii alibi, referunt celeberrimum illum, & Epi-ſcopũ,& doctorẽ Guilielmum Pariſien-ſem affirmaſſe; quendã amicum ſuum litteris inſignẽ,qui iã uita functus erat apparuiſſe; dixiſſeq; quòd una de tri-bus cauſis ob quas fuit dãnatus, erat; q̃a qđ è beneficiorũ reditibus ei ſuper-eſſet,pauperibus non erogaſſet.Quare periculoſe arbitror uiuere beneficia-rios, qui ſuperflua redituũ ſuorũ extra caſus in ſupradictis cõprehenſos ſer-uãt,ſine propoſito ea in pia opera ſal-tem futura probabiliter ſperata impẽ-dẽdi. Quarto,magnã eſſe multorũ be-neficiariorũ ſocordiã,qui grauiter de-trahunt illis qui ſplendide edunt,ac bi bunt & ueſtiẽtes ſe ſumptuoſe, reditus ſuos impendunt, cũ ipſi miſere uiuen-tes, arcas numis impleant, parũ ani-maduertentes, non tam prohiberi be-

neficiariis

neficiariis ſumptus prodigos, q̃ præcipitur largitionẽ & debitã exonerationẽ. Id quod palã ſentit Tho. Sec. 2.q. 119.ar.3.ad 1.Neq; prodigus ſumptus eſſet peccatum mortale,niſi quia debitam exonerationem præpedit. Neque perpendunt,quod D.Bernard.in epiſt. 2. col.penult. non tantum carpit cano nicum illum Lugdunenſem, ꝙ è reditibus præbendæ cõparauerat ephippia aurea, ſellas depictas, calcariaq; argen tea; ſed & ꝙ præter honeſtum uictũ, &
6 ueſtitũ reditus retineret. Minus enim malum eſt prodigus ſumptus, qui aliquibus prodeſſe poteſt,q̃ auara retentio,quæ nemini, ut etiam docet Ethni cus Ariſt. 4. Ethic. & Tho. Sec. 2. q. 119.art.3. eſt ergo neceſſe,domini, pa tres,fratreſq;, ut non modo non prodigamus reditus beneficiorum; ſed etiam ne auare eos retineamus.

SVMMARIVM.

Eccleſiaſtici reditus magni, quare minus boni eos habenti, quàm pauci, uictui ſufficientes. nu.1. Et quare melius eſt ampliores nõ appetere. nu.2.

Beneficium, aut Epiſcopatum idoneum relinquere ob alium maioris reditus, ſine aliqua cauſa, peccatum eſt. nu 3.
Mutationes dignitatum, Dæmonium, & mundus inquirendas nobis procurant. nu. 4.
Auaritia non eſt, partem aliquam congruam redituum, neceſſitatibus ueriſimiliter futuris obſeruare. nu 5.
Neque uel numos paulatim congerere magnis, & pijs operibus, & quid tunc fieri debeat. nu. 6.
Ne mors inopina nobis intercedat. nu. 7.

LXXVI. Moneo, ex præmiſſis etiam inferri; Primo, decipi vulgus cogitans grande bonum eſſe alicui amplos reditus eccleſiaſticos habere. Primum,
1 quia magno labore opus eſt ad ita intendendum eorum diſpenſationi, ut ob eos a Dei gratia non decidat, retinendo, uel inſumendo, ubi, quando, quare, & quomodo non debet. Deinde, ꝙ rari ſunt animi ſatis fortes ad reſiſtendum tentationibus cognatorum, & amicorũ, plura q̃ par eſt petentium, iuxta illud cuiuſdam ſub mortem conquerentis. Medici abſtulerũt mihi corpus, & animã amici, ut refert Ludolphus,

Ludolphus, in uita Chriſti, p. 1. cap.
68.fol.2. Nec impulſionibus mundi,
qui ut plus iuſto impendamus, quaſi
uim quandã infert,& auaritiæ conati-
bus,quę ad retinẽdũ plusq̃ oportet im
pellit.Pręterea,qa multo facilius eſt di
uitiarũ ſæculariũ rectã rationẽ redde-
re, q̃ eccleſiaſticarum, ut colligitur ex
mon. XXXVIII. Et dominus de diuite
laico loquens,dixit,Math.19.& Marc.
10. Difficile eſſe diuitẽ intrare in re-
gnũ Dei. Quod latius confirmes, per
ea quæ de paupertate uoluntaria ad ui
tam æternã multũ opitulante, ſcribit
Thom. Sec.2.q.184.art.3.& 6. Secun-
do, nõ eſſe tã prudentię conſonũ q̃ ali
qui exiſtimant,quærere ob noſtri amo
rem plures reditus eccleſiaſticos, q̃
ſint nobis neceſſarii ad hãc uitã hone-
ſte agendã.Neq; ſuſcipere etiã ſi id ro- 2
garemur:quia id eſt appetere multum
oneris,& parũ leuaminis. Nõ enim eſt
facile habẽti magnos reditus tribuere
illos ſolis operibus piis, petẽtibus eos
de more,& importune cognatis,& ami-
cis,

cis, arg. cap. Non æſtimemus. 13. q. 2. & c. Peruenit. 1. q. 3. & c. 1. ſeſſ. 25. Concil. Trid. de reform. Quin & iudicio noſtro non uacat id culpa, ſaltem ueniali; niſi cum uere Deo dicere poſſumus, quòd nolumus, neque acceptamus eos, ſaltem principaliter, ob noſtri amorem; ſed ſolum ob eius ſanctum, uel Reip. obſequium, & ad impendendum ſuperflua pauperibus. Alioquin enim finis inordinatus eſſet, per prædicta, & conſequenter malum; quia cuius finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt. c. Cum miniſter. 23. q. 5. cũ multis, quæ ibi nuper ſcripſimus, poſt Tho. Prima. 2. q. 1. art. 3. melius q. 18. art. 6. Quæ omnia plurimum iuuat id quod Cardinalis Florentinus determinauit in Clem. Gratiæ, de reſcrip. licet plus aliis laxauerit plurium beneficiorũ obtinendi facultatem, uno eorum ſufficiente, uidelicet; neminem poſſe illa obtinere ullo modo, neque cum diſpenſatione, neque abſque illa, niſi ea conditione,

ut

ut non theſaurizet ex eorum prouentibus, neque indulgentiorem uictum, aut factum ob id adderet maiorem. Et quoniam permulti habebant plura beneficia, quàm ad honeſte uiuendum eſſent neceſſaria: pauci uero æquam expoſitionem Cardinalis præfati obſeruabant; decreuit ſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 17. de reform. ut nullus permittatur habere niſi unicũ, quod ſibi ſufficiat, beneficium. Tertio, neſcire me Epiſcopos, aut eccleſiarum parochialium rectores, omnino a peccato excuſare, qui honeſtum uictum in terris ſalubribus habẽtes, ſine alia neceſſitate, aut utilitate publica, ſtudent relinquere ſua beneficia, eo ſolo ꝙ minoris ſint reditus: & capiunt alia, eo ſolo quòd ſint maioris. Primo, quòd appetere Epiſcopatũ propter bona illius temporalia, manifeſte eſt illicitũ, ut probat Thom. Sec. 2. q. 188. art. 1. Secundo, propter ea quæ in pręcedenti monito diximus. Tertio, quia iura pontificia ſæpius renouata, ratione

3

iuſta

iuſta id prohibuerunt, c. Mutationes. c. Scias. quæ agūnt de Epiſcopis, & c. Non oportet. c. Peruenit. quæ agūt de aliis minoribus, 7. q. 1. quæ neſcio quare non citauit Sotus in lib. 3. q. 6. art. 2. col. 13. de iuſt. & iur. Quibus aperte pręcipitur, ut neq; auaritia, neq; præſumptione, neque uoluntatis propriæ cauſa, huiuſmodi fiant mutationes: ſed ſolum neceſſitate, aut utilitate; non quidem propriæ crumenæ, ſeu burſæ, ut eadem decreta aperte ſignificant, præſertim finis d. c. Mutationes. Quarto, quòd oues cognitas utilius gubernare poſſunt, quàm eas, quas nondum cognoſcunt, neque ſciunt quanto tempore cognoſcent; & ita gratius inſeruiet in eis domino, niſi alia cauſa aliud ſuadeat, per prædictū c. Mutationes. & c. Scias. Quinto, ꝙ non poſſunt impendere ſibi ſuiſque plus quàm poterant, cum ſola beneficia minoris ualoris haberent, niſi ea ipſa ſint altioris dignitatis, & honoris, per præfatam concluſionem communem

munem principalem, ex qua hæc inferimus; & per dictum Cardinalis in Clem. Gratiæ, de reſcrip. Sexto, quia ſaltem habentibus idonea beneficia, quibus honeſte ali poſſint, peccatum eſt appetere propter ſe altiorem regendarum animarum locum, c. Qui epiſcopatum. cap. In ſcripturis. cap. Clemens. 8. q. 1. tradit Thom. receptus Sec. 2. q. 185. art. 1. At altioris loci, minoriſque reditus beneficia maius animarum onus habent frequentius. Verumenimuero, cum hæc ita ſeſe uere habeant, Deuſque omnibus præſens extet, qui per ſe, & per eius ſponſam, matremque noſtram Eccleſiam ſanctam, nos ea ipſa edocuit: Diabolus tamen, & mundus, propter animi noſtri imbecillitatem, nonnullos prouectam etiam ætatem agentes, in has uarias beneficiorum 4
mutationes nos trahunt exagitatos, paulo minorem curam ut eas adipiſcamur adhibentes; & utinam non maiorem quàm ad æternam gloriam

conſequendam

conſequendam adhibeamus. Quare non poſſum non laudare illum Epiſcopum Italum, qui refertur ante paucos annos renuiſſe tranſlationē ſui ad opulentiorem epiſcopatum, dicens. Cum uix poſſim impēdere, ut par eſt, reditus Epiſcopatus quem habeo tenuiores; quomodo impendam iuſte illius qui
5 offertur ampliores? Quarto, non eſſe auaram retentionem, qua mediocrem pecuniæ quātitatem neceſſitatibus ueriſimiliter futuris, ægritudinum, litium annorum ſterilium, & id genus aliorum, prudenter obſeruamus. iuxta doctrinam Tho. Sec. 2. q. 32. art. 5. Dixi ueriſimiliter, contra eos qui dicunt, ſeruare ſe in id tēpus, quo cētum fuerint annorū, cum tātum ſint adhuc triginta; ſiue neptibus pauperibus ex fratre ſororeue collocandis, quæ nōdum natæ ſunt, & id genus aliis. Nō enim oportet omnes caſus qui cōtingere poſſunt, conſiderare. Tho. in d. art. 5. ad 3. quæ quidem minime nos docet uera prudētia, ſed potius puſillanimitas, & aui-

da

da ſolicitudo diuinæ prouidentiæ pa
rum fidentes proponunt. Quinto, non
eſſe item auarã retentionem illam cõ-
tra illud: Nolite de craſtino cogitare, 6
Math. 6. qua paulatim cumulamus id
quod neceſſarium eſt matrimoniis ali-
quot piis contrahendis, aut fabrican-
dis eccleſiis, capellis, collegiis, hoſpi-
talibus aliiſue huiuſmodi piis ac ſan-
ctis operibus. Eſt enim uiri prudentis
ædificiis perficiẽdis, etiam antequàm
incipiantur, neceſſaria prouide para-
re. iuxta illud. Luc. 14. Qui uult tur-
rim ædificare, prius ſedens computat
ſumptus & cæt. ne inſultetur ei; quòd
cœpit ædificare, & non potuit con-
ſummare. Quãquàm profecto etiam
in hoc caſu, perquàm commodum eſ-
ſet, ut quemadmodum ſenſim pecu-
nias congerimus, ita etiam aliquibus
piis, & probatis uiris catholicis, unã,
atque alteram, inter uiuos donatio-
nem irreuocabilem faceremus; adie-
cto onere impendendi ea omnia bo-
na in his piis operibus, quę facienda
deſtinamus.

deſtinamus. Eſſet tamen prudentię, addere illis clauſulam, per quā liceret nobis, aut quibuſdā aliis; quorū prudētię atq; pietati fidimus; mutare illa in alia opera pia, ſi aliquo reſpectu illa non conuenirent tantum quātum alia. Donationes autem ita fiant, ut eas minime reuocare poſſimus, ſed uelimus nolimus, donata a nobis bona his, aut illis piis operibus inſumēda neceſſario permaneant: quia mors inopina ſolet bona propoſita impedire. l. 1. ff. de cond. & demonſt. iuxta illud; Neſcitis diem neq; horam, Matth. 25. Et quæ piis finibus coaceruamus, poſſent cedere malis. iuxta illud; Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorū, pſal. 145. Si forte neq; iure, neq; facto intercedēte morte teſtari poſſemus in offendiculū proximorū, auaritiā mortuorū inde coniicientiū, ut ante paucos annos cuidā magno Præſuli accidiſſe uidimus, qui pecuniā ingētem collegio ingēti fabricando cōgeſſerat.

SVM-

SVMMARIVM.

Beneficiarij ea, quæ parce uiuendo de ſuo honeſto uictu detrahunt, faciunt ſua, nu. 1.

Beneficiarij ſatisfaciunt erogando ea quæ ſibi ſuperſunt quibuſcunque pauperibus, aut pijs operibus quæ delegerint. nu. 2. & ſeq.

Pauperes qui a teſtamentario deligendi. nu. 3.

Pauper eſt in hoc cui pro ſua decentia neceſſaria deſunt. nu. 4.

Pauper efficitur aliquis nimia patrui, ſiue fratris felicitate nu. 5.

Pius. V. Papa mirificum hac in re dedit exemplum. nu. 6.

Beneficiarij de prouentibus eccleſiaſticis inſumere poſſunt pro libito tantũ, quantũ in eccleſiã ſuã; ac pauperes de patrimonialibus impẽdent. n. 7.

LXXVII. Moneo etiam ex præmiſſis inferri, Primo; Concluſionem noſtram 1
minime locum habere in his, quæ beneficiarii de ſuo uictu honeſto parcius uiuendo ſeruant, ut ſenſit Thom. Sec. 2. q. 185. art. 7. & exprimit Maior in 4. diſtinct. 24. q. 17. & probant Adrian. in 4. de reſtitut. q. 12. & Sotus lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur. quod late monito XXX. probauimus; & probatum late defendimus aduerſus

præfatum N. contrarium mordicus te-
2 nentem, in mon. XXXI. Secundo, ꝗ beneficiarii ſatis officio noſtro facimus impertiendo ea quę ſuperſunt, quibuſcumq; pauperibus, quos ad id elegerimus; tametſi cæteris paribus pientius eſſet (arg. l. Si quis ad declinandum, C. de Epiſcop. & cler. & l. In eccleſiis, eod tit.) erogare parochianis, aut inhabitantibus locum, ubi ſitum eſt beneficium; & pientius dare pauperibus, aut melioribus, qui uirtute præſtantiores eſſe uidentur. arg. d. l. ſi quis & c. Pulchra. & c. Non ſatis. 86. diſt. Diximus, cæteris paribus, eo ꝗ ut colligi poteſt, ex d. c. Non ſatis. & c. Eſt probanda. & c. Conſideranda. & c. Pulchra. 86. diſt. aliqua ratio patriæ, cognationis, amicitiæ, obſequii honeſti, & aliorum ſimilium haberi poteſt, quò iuſte præferatur extraneus indigenæ, pauperiori minus pauper, atq; meliori minus bonus. Quàmuis Vlricus relatus a Dionyſio in lib. contra plural. benef. art. 11. contrarium dicat. nihil

ad id allegãdo; qui tamen allegare po terat legẽ illam, Si quis ad declinandã. C. de Epiſcop. & cler. quæ habet id qđ a teſtatore pauperibus relinquitur, dandũ eſſe hoſpitali ſui loci, ſi unũ tantum habetur; & ſi plura, pauperiori. Et licet ea lex ſublata ſit per. §. Si quis autem pro redemptione, Auth. de Eccleſ. tit. col. 9. quatenus de hoſpitali loquitur: non eſt tñ ſublata quò ad illud qđ decernit de erogãdo ſui loci pauperibus, uti ſingularis gloſſ. approbata. c. Si pater. uerb. pauperũ, de teſtam. lib. 6. declarauit. Ipſe uero non auderẽ obſtringere ad hoc beneficiarios. Primũ quidem, ꝙ teſtamentarius, ſiue cui teſtator pauperũ electionem cõmiſit, eos quos uellet eligere poſſet, etiã ſi nõ eſſent ex eius locó, iux. doctrinã Io. And. Dom. Peruſ. cõem ſuper d. glóſ. d. c. Si pater. Deinde, ꝙ neq; D. Clemẽs in præf. lib. de conſt. Apoſt. 8. c. 36. & lib. 2. c. 29. Neq; ullus textus habet decimas impartiri debere pauperibus loci qui eas ſoluit: imo iubet eaſdẽ elargiri, etiam 3

peregrinis, & alienigenis. Tertio, ꝙ uetus cōſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. c. Cū dilectus, de cōſuet. & l. Minime. ff. de leg. declaraſſe uidetur; ſatis eſſe dari pauperibus, etiā ſi non ſint loci beneficii. Quarto, quòd illi gloſſę textibuſque, quorū optimus uidetur. l. Quæ cōditio. §. Cum ita. ff. de cōdit. & demonſtr. in quibus illa fundatur, reſponderi poteſt; ea habere locum in teſtatore, qui tanq̃ homo priuatus loci ſui cohabitatoribus propēſior uidetur. Nos uero loquimur de ſanctā matre Eccleſia Catholica, quæ cūctos mūdi fideles ſuos reputat filios. c. Alma mater, de ſent. excō. lib. 6. Clem. 1. in princip. de ſumma Trinit. Et ita non tam ſpeciali complectitur amore, q̃ teſtator eos qui in uno particulari loco cohabitant. Qua ratione confirmatur id quod dictū eſt, nempe; gloſ. præmiſſam non habere locū in teſtamentario executore, cui teſtator pauperum electionem cōmiſit; & ècōtrario per illud dictū hæc reſponſio corroboratur. Ad-

de,

de, ꝙ nemo damnat eos Præſules, qui collegia & hoſpitalia neceſſaria, litteris diſcẽdis, uel pauperibus excipiẽdis, etiã extra ſuos epiſcopatus ædificarunt, & dotarũt ex reditibus ſuorũ præſulatuũ: neq; beneficiarios, qui cognatos, uel aliàs pauperes patriȩ ſuæ longe a ſuis beneficiis diſtantes, modeſte collocãt. Tertio, infert, ꝙ bene diſtributũ intelligetur id qđ diſtribuitur eis, q̃ licet habeãt neceſſaria ad uitã ſeruandã; non tñ ad ſe decenter pro ſua qualitate ſuſtentandũ, ut recte Diuus Tho. Sec. 2. q. 32. art. 6. præſupponit. Et Bart. in l. 1. ff. de ſacroſ. Eccleſ. nu. 36. explicat, ambo frequẽtius probati. Et apertius Caie. Sec. 2. q. 43. ar. 8. qđ ſatis colligit ex q̃buſdã D. Ambro. decretis, uidelicet, c. Cõſideranda. c. Eſt ꝓbanda. & c. Nõ ſatis. 86. diſt. qđ notandũ eſt ad excuſationẽ eorũ q̃ cognatis, & aliis carẽtibus dote ſufficiẽti ad nubẽdũ ȩqualibus, uel ducẽdas ȩquales, auctaria dotiũ in id req̃ſita largiunt, & aliorũ multorũ. Quarto, infert dubitari; Vtrũ fra- 4 5

ter, uel nepos ex fratre, uel ſorore illius qui ex humili conditione cooptaretur in magnam aliquam dignitatem, qui habebat neceſſaria ad ſuam decentem ſuſtẽtationem, antea quàm cognatus eius fuiſſet promotus, dicetur pauper, ad hoc ut ille cognatus tribuere poſſit aliqua iuſte, ſi nõ habeat tanta quibus honorifice in eius domo conſpiciatur. Nam prædictum concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de reform. ſignificat non poſſe: quod etiam antea D. Ambroſius in d. c. Eſt probanda. ibi, ſubſidium neceſſitatis, non tamen ut illi ditiores fieri uelint, ſenſit; & aperte determinat Maior in. 4. diſt. 24. q. 19. ſatis forti argumento fretus. Nobis tamen uidetur, quòd huiuſmodi Prælatus poteſt dare iuſte tali fratri aut nepoti plùs aliquantum, quò ſe ita tractet, ut a prudentibus, religioſiſque uiris non habeatur minoris poſt cognati promotionem quàm antea. Eius enim dignitàs efficit, ut illi maiorem neceſſitatem patiantur, quàm antea; &
quòd

quòd non habeant neceſſarium pro ſtatu ſuo, qui per augmentum ſtatus tam proximi cognati aliquantum creuit. Et decet ut qui cauſam damni dat, id reſarciat. arg. c. fin. de iniu. & l. Qui occidit. ff. ad legem Aquiliam. Sed non eſt illis dandum tantum, quãtum ut plurimum petunt; nec tantum quo ſuperbi, otioſi, uitioſiue fiant. Et quia certum eſt, poſſe illis dari tantum, quantum extraneis eiuſdem qualitatis, id quod etiam prædictũ concil. Trid. ſenſit in d. c. 1. ſeſſ. 25. de reform. cõduceret, ut huiuſmodi Prælatus uteretur eorum miniſterio in negotiis, & officiis in quibus lucrifacientes id qđ ab aliis lucrifieri poterat, honeſte uitam agerent: quod ſi id facere nollent, ob eorum culpam ſine ſua deſtituere poſſet. Quod totum approbare uiſus eſt nunc Beatiſſimus Pater & D. N. 6
Pius. V. aſſignando pro dote cuidam nepti ſuæ mille quingentos aureos, additis poſtea magno rogatu, ut fertur, aliis quingentis, exemplo raro,

mirando, tamque ſanctiſſimo Papa digno. Quinto, infertur; quòd etiam iu-
7 ſte expenſum dicetur, quicquid Prælatus expenderit ex prouentibus ſuis in eum qui non eſt pauper, ſi de patrimonio ſuo, ſiue de acquiſitis induſtria ſua, tantundem ad utilitatem Eccleſiæ ſuæ expenderit, ut ait Gratian. in §. Item, ſub c. Iniuſtum. 12. q. 2. per cap. ſequens. Si quis qualibet, etiã mediate, ut defendendo ſuam electionem, uel prouiſionem. c. Vt præteritæ, de elect. quales ſunt impenſæ factæ in litigando ſuper ſuo iuſto iure, ut ibi notatur. Illud itidem quod in honeſtã ac decentẽ hoſpitalitatem, arg. c. De monachis, de præb. & §. 1. 42. diſt. & c. 1. 82. diſt. & illius Ciceronis lib. 2. offic. Decorum ualde eſt, patere illuſtribus hoſpitibus domos uirorum illuſtrium. Illud item quod in conuiuium honeſtum cap. Conuiuia. 44. diſt. aut in neceſſitatem eius, qui ea quibus indiget, non poteſt aliunde habere, quæ ipſum non decet ei uendere.

SVMMARIVM,

Beneficiarij nequeunt inſumere ob ſolam liberalitatem, nec humanam amicitiam. nu. 1.
Poſſunt tamen in colligendos honeſte hoſpites, qui eorũ Eccleſiæ uel beneficio prodeſſe ualẽt. nu. 2.
Monaſteriũ ſanctæ Mariæ a Paulari laudatũ nu. 2.
Beneficiarius ſæcularis pôteſt cuilibet largiri id quod meretur ob maiora obſequia, quàm quæ ſuum beneficium requirit. nu. 3.
Intellectus illius Pauli; Presbyteri qui bene præſunt, & cæt. nu. 4.

LXXVIII. Moneo, intuliſſe etiã primo, quòd ſola liberalitas, aut amicitia hu- 1
mana non ſufficit ad huiuſmodi ſumptus iuſtificandos. Primo, quia hoc non facit ut opus illud ſit pium per 2
dicta in mon. XXIX. Secundo, quòd ſanctum Concil. Trid. in ſeſſ. 25. c. 1. de refor. omnino prohibet Epiſcopis, & quibuſcumq; beneficiariis eccleſiaſticis, etiã ſi ſint Cardinales; ne conſanguineos & familiares ſuos, niſi fuerint pauperes, de eccleſiaſticis prouentibus extollant. Id quod olim ſtatuerat

ſexta

ſexta ſynodus relata in. c. Quiſquis. 12.q.2. & concil.Tolet. in c.Decẽter. 89. diſt. quin eos uehementer monet, ut carnalem erga ſuos affectum ex animis euellant, uti radicem & originem multorũ malorum: quod colligitur ex gloſ. adiuncto tex. c. Peruenit. 1.q.3. quod non faceret, ſi liberalitas & humana amicitia iuſtam dãdi eis cauſam conſtitueret. Secundo infertur, quòd ex hoc inferunt aliqui; non eſſe bene impenſum id quod in quibuſdam Eccleſiis & monaſteriis impenditur, hoſpitio ſuſcipiendo aliquot conſanguineos, ac iure conſultos, aut nobiles per ea tranſeuntes, aut in ipſa per aliquot
a dies animi gratia ſeſe recipientes. Nobis tamen ſemper uiſum eſt cõtrarium: quia illa non eſt pura liberalitas, quæ conſiſtit in pura donatione, de qua in l. 1. ff. de donat. Imo donatio ob cauſam, quæ non eſt pura donatio, iuxta præfatam. l. 1. & totum tit. ff. de cõdict. cau. da. & C. de cond. ob cau. Tum, quia eſt artificiũ acquirendi, & conciliandi

liandi uoluntates eorũ qui fouerunt, aut fouendi poteſtatẽ habent eorũ iura; & cauſas in iudicio, & extra illud; & ita ſaltem mediate fit in Eccleſiæ utilitatẽ; dũmodo ita fiat, ut abſit epularũ curioſarũ, uel immodicarũ, & uinorum nimia exuberantia. arg. c. A crapula, de uit. & hon. c. Eccleſiæ principes. 35. diſt. Nec cum ab omni ſpecie mali cauendũ ſit. 1. ad Theſſ. 5. & c. Cum ab omni, de uit. & hon. ſignificent; non tanti habere paupertatis ſtatum quem profeſſi fuerunt, q̃ diuitiarum, quẽ deſeruerũt per uotum paupertatis; quod ſe protendit ad renunciationẽ omniũ bonorũ ſęcularium. Tho. Sec. 2. q. 186. art. 7. ad 4. Et nitentes quærere honorem temporalem quẽ effugerunt, ut docet ibidem uterq; Tho. non amittant ſpiritualem, quem procurare tenentur. Ne itẽ hoſpites quos ædificare debẽt, bono exemplo tẽperantiæ, modeſtiæ, abſtinentiæ, ac ſobrietatis, uitiis eis cõtrariis offendãt; & ita abeant, reprobãtes magis immoderatã eorũ exhibitionem,

tionem,q̃ approbantes moderatam ip ſorum hoſpitalitatem:in cuius confirmationem ibidem hæc addidi; Hodie octauo die Iulii anni.1566. in hac ſanctiſſima ordinis Carthuſiani domo ſantæ Mariæ a Paular,quæ eſt cæleſtis imago in charitate,religione,tranquillitateque; ubi mihi, cum ad eam Mantua carpētaria ſiue Madrid pene mortuus, delatus eſſem, Virgo mater eius patrona, in tertium diem priſtinam ſalutem impetrauit; horum ipſius ſeruorum & dominorum meorum in ea cōmorantium interceſſione. Hodie, inquam, legens ſanctas eorum conſtitutiones,quibus in tanta perfectione tota Carthuſiana congregatio conſeruatur,unam inueni, cuius exemplum hic poſitum,ea quæ dicta ſunt, unice probat, ſcilicet, in 3. compoſi. c. 6. Hoſpitibus cum ad nos ueniunt, aut per nos inuitantur ad conuiuia,non miniſtrentur nec præparentur diuerſa & exquiſita cibaria,ex quibus & religioſi; & ſæculares, imo etiam & ipſi hoſpites

ſpites ſcandalizantur,& grauantur:unde duobus non curioſe præparatis ferculis,cum coquina,caſeo,& fructibus debent eſſe contenti, niſi tantæ dignitatis,&cæt. Pro quo faciunt c.Non ſatis.& c. Pulchra.86. diſt.Tertio, infertur, quòd pro noſtræ concluſionis li- 3
mitatione teneri poteſt opinio Io.Maioris in 4. diſt. 24. col.4. ſcilicet; beneficiarium non magis mortaliter peccare expendendo prodige de ſuorum prouentuum parte, quam merentur eius labores,& utilitas quam affert Eccleſiæ Dei, ultra mediocre ſeruitium, quod eius beneficium requirit; q̃ expendendo de portione cuius eget ad neceſſariam ſui ſuſtẽtationem, de qua mon.LXXVI.dictũ eſt.Primo quidem, quia lege naturali diuinaq; dignus eſt operarius mercede ſuá, Luc. 11. ad Corinth. 9. & c. 1. 13. q. 2. Deinde quod ſi uniuerſalis Eccleſia omnes eccleſiaſticos prouentus in uno cumulo haberet,& ſeruientibus ei ſatisfaceret, unicuiq; deberet pro merito tribuere, tribuendo

tribuendo plus ei qui plus mereretur. Tertio,quòd certum eſt, clericum cui Eccleſia daret de ſua menſa trecentos ducatos, eo ꝙ labor eius,& commodum quod ei adfert, eos merentur; poſſet de illis omnibus libere diſponere:quoniam eſſent bona per induſtriã eius acquiſita,quę ſunt ei patrimonialia, & ab onere bonorum eccleſiaſticorum libera. c. Quia nos, de teſtam. & c. Epiſcopi. 12. q. 1. & dictum eſt ſupra mon. XXII. etiam ſi centum ei ſufficerent ad uitam honeſte tranſigendam. Qua ipſa ratione, uidetur, quòd idem facere poteſt de trecentis ducatis, qui redeunt ex eius beneficii fructibus; quàmuis centum ex illis ſufficerent ipſius honeſtæ ſuſtentationi, ſi obſequia quæ facit, præter ea quibus obſtrictus eſt, id merentur. Poſtremo,
4 qđ illud Apoſt. 1. ad Timot. 5. Presbyteri qui bene præſunt, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Quamquàm a nonnullis, præſertim ab utroq; Thom.
in

in d. c. 5. 1. ad Timot. intelligatur de ſtipendio, & reuerentia: recte tamen intelligi poteſt de duplici uel maiori ſalario, ut Gelaſius in c. Conſuluit. 74. diſt. & gloſ. ſolemnis ex eius dicto colligit; presbyteros plus ſalarii recipere debere, quàm diaconos; plus autem hos, q̃ alios minores: id quod optime in Epiſcopatu Palentino perpenſum reperitur. Cuius rei ratio eſt, quòd presbyteri magis operantur in Eccleſia, præcipue ſi concionentur, & doceant: ita ut nobis fateri liceat, quod ſi duo habeant ſingula beneficia trecentorum ducatorum redituum, ambo poſſunt pro libito expendere id, quod illis ad ſe honeſte ſuſtentandum opus eſt, boni uiri iudicio, etiam ſi ſuis beneficiis pluſquàm mediocriter non inſeruiant: fingamus id aſcendere ad centum & quinquaginta quo ad ſuſtentationem, iam ſi alter eorum nõ magis inſeruiat q̃ omnino tenetur: alter uero multo magis, audiendo confeſſiones, concionando, docendo,

uiſitando infirmos, conſolando, pacis & aliorum huiuſmodi curam habendo; poterit hic recte expendere tanto plus, quantũ eius ſeruitia ſupererogatoria pro uiri boni iudicio merentur: Meritis enim inæqualibus inæqualia præmia debentur. Thom. Prima 2. q. 47. art. 7. ad. 3. Et gratia maior datur uni, quàm alii. Prima 2. q. 112. art. 4. quæ ſi alia centum & quinquaginta ualuerint, poterit is de toto ſuo reditu pro ſua uoluntate diſponere, nil plus de illo pauperibus erogando, quàm laicus alius de ſuo. Quæ concluſio, conſolans eſt, & incitans, addenſque eis calcaria, qui magnos prouentus habent, ut operarii quoq; magni ſint in uinea Domini.

SVMMARIVM.

Beneficiarius non amittit ſuos fructus, eo ſolo quòd male uiuit, contra Adrianum; nec etiam non celebrando horas amittebat uſque ad Concilium Lateran. nu. 1.

Beneficiarij minores, mediocres, & Epiſcopi, quò ad hoc æquales. nu. 2.

Prouentus

Prouentus item deſtributionum, & alij. num. 3.
Ordinatum ad augmentum religionis, non debet operari diminutionem. nu. 3.
Beneficiarius pro uoluntate ſua diſponit de rebus quæſitis ſui ordinis ratione, puta, per confeſſiones, & cæt. nu. 4.

LXXIX. Moneo, me etiam intuliſſe hæc alia. Primo quidem; quòd dura nimium uidetur opinio Adriani in 4. de reſtit. q. 14. col. 9. ſcilicet; quòd beneficiarius, qui male uiuit aſſidue Deum offendendo, ſui beneficii fructus amittit, eoſque reſtituere tenetur, quomodocumque illis utatur. 1
Durior uero illa Car. Alexan. in ſumma. 12. q. 3. uidelicet; ꝙ eos amittit pro rata temporis ille, qui malam uitam agit interdum, & ſi non ita uiuit aſſidue: quoniam uerius exiſtimamus eos, dũmodo titulos habeant canonicos, ſuaſq; horas celebrent, non amittere; imo de illis legitime uiuere poſſe. Primo, quia neq; textum, neq; rationem neceſſariam habent, quo ſuam probent opinionem. Deinde, quòd

Z legibus

legibus quas illi citant, reſponderi po teſt, ꝙ neq; cauſa totalis, neque etiam magis præcipua qua eos acquirit, eſt bona uita; ſed titulus, & officium diuinum, quod potiſſimum conſiſtit in horis canonicis pronunciandis, quæ appellantur penſum ſeruitutis in c. Presbyter. 91. diſtinct. & cap. 1. de celebr. miſſ. Poſtremo, quia communis opinio Panor. & aliorum in c. 1. de celeb. miſſ. affirmat, quòd ante Lateranen. concil. coactum ſub Iulio II. & continuatum ſub Leone X. ſeſſ. 9. §. Statuimus, quem explanauimus in repet. cap. Quando, de conſecr. diſtinct. 1. cap. 7. a nu. 32. non amittebat fructus ille qui non pronunciabat horas canonicas: imo neq; poſt illud, qui non pronunciat intra ſex menſes ab eo habito, ut in præfato. §. Statuimus, ſtatutum eſt. At conſtat eum qui eas non pronunciat, male uiuere. Attamen tam integrorum, & doctorum uirorum opinio notanda eſt, ad retrahēdum a ſuis uitiis eos, qui palam eis utuntur.

Præterea

Præterea intuli, quòd quantum ad hoc nihil intereſt inter Epiſcopos, & Re- 2
ctores; atque Priores, & Parochos; nec inter hos, & canonicos, & portionarios; nec inter hos, & capellanos, alioſq; ſimplices beneficiarios: quamquàm aliter ſenſit Caiet. Sec. 2. q. 185. art. 7. contra quem etiam Dominicus Sotus prudẽter dixit, lib. 10. q. 4. art. 9. de iuſt. & iur. quia in omnibus eadem ratio militat, cũ omnes fundati ſint in bonis eccleſiaſticis, quæ IESV CHRISTI patrimonium exiſtunt; & in omnibus locum habent ea, quibus dicta communis, & noſtra concluſio nititur. Conciliumque Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. non ſolum prohibet Epiſcopis, ſed etiam cæteris beneficiariis, ne ſuos conſanguineos, & familiares, de prouentibus eccleſiaſticis diuites efficiant. Addo intelligendum eſſe id quod ſupra de penſionibus dixi, de illis quæ dantur in titulos beneficiarios, uel in titulos perpetuos quaſi beneficiarios; non autem de illis quæ

dantur in ſtipendium,& ſubſidium impenſarum in aliquod tempus Nuntiis, Legatis, Cardinalibus,& aliis familiaribus, uel alia negotia gerentibus;aliter q̃ conſtituendo eas ſuper beneficiis eccleſiaſticis, ut diximus ſupra.
3 mon.XXXIII.Intuli etiam, quò ad hoc propoſitum nihil referre, ſi prouentus quærantur ex quotidianis horarum diſtributionibus, aut ex communi cumulo,quẽ groſſam appellãt:quicquid ſentiat. gloſ. Guilielmi, uerb. conſueuit,in Extrauag.Suſcepti, ne ſede uac. inter communes. Primo, ꝙ alia bonorum quærendorũ ratio conſtituta per eum; qui ipſa recipit, non poteſt mutare finem ob quem illa ei data fuerũt ab aliis.l.1.& l.Legatã.ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. pert. & Clem. Quia contingit,de relig.dom. Deinde,quòd diſtributiones ſubrogantur illi cumulo groſſæ; & ſubrogatum habere debet qualitatem illius cui ſubrogatur l. Si eum, §. Qui iniuriarum, ff. Si quis caut. & c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ut

lit.

lit. pend. Tertio, ꝙ ſtatutũ ad unum finem, contrarium illi operari non debet, l. Legata inutiliter. ff. de adimp. leg. & c.fi.de uerb. ſig. At finis in quẽ inſtitutum eſt in multis Eccleſiis, ut prouentus per diſtributiones, quærantur, eſt; ut clerici magis obſtringantur, fiantque religioſiores quàm eſſent, ſi eoſdem aliter quærerent : & conſequenter non debet maiorem licentiã, & minorem religionem in illis operari, quò liberius, & minus religioſe de illis diſponere ualeant, quàm antea, quando quærebantur ex cumulo communi. Poſtremo, quòd nihil obſtat. c. 1.de cler.non reſid.lib.6. quo nõnulli nituntur, ob id quod ſuperius in mon. XLIIII. ei eſt reſponſum. Inſuper intuli, quòd dictæ concluſioni non eſt locus in eo quod clerici ratione ſuæ dignitatis clericalis, extra ſuorum beneficiorum fructus lucrantur; puta, per miſſarum celebrationẽ, aut per officium capellanorum, & cæt. quia illa ſunt bona quaſi patrimonia-

3 (beside "prouentus per diſtributiones, quæran-")
4 (beside "per intuli, quòd dictæ concluſioni")

lia, quæ in hoc æquantur patrimonialibus, ut in mon. XXII. probatum eſt. Idemque ſentimus nos, de eo quod lucrantur ob confeſſiones, officia diuina, ſtipendia pulpitorum, conciones, ſiue Capellanias, & Vicariatus; ſiue ſua beneficia obſtringant eos ad id, ſiue non, ob ea quæ ibidem dicta ſunt.

SVMMARIVM.

Prælatus quidam magnus huius concluſionis magnum dedit exemplum. nu. 1.

Beneficiarius de ſuo beneficio uiuere poteſt, & alia ſua bona ſeruare cuicunque uoluerit. nu. 2.

Beneficiarius, & Penſionarius quò ad hoc non differunt. nu. 3.

Remedium ordinarium utilius quàm extraordinarium. nu. 3.

Beneficium regulare numquàm ſæculari collatum eſt; neque ſæculare regulari in titulum, ſed in commendam ſic. nu. 4.

Tantum tamen authoritatis habent Commendatarij, quàm titulares. nu. 5.

Religioſus, ſi & quid dare poteſt, de eo quod parcius uiuendo reliquum facit. nu. 6.

Religioſus donare poteſt conceſſione, ſeu conſuetudine iuſta. nu. 7.

LXXX.

LXXX. Moneo, me etiam ibidē intu- 1
liſſe. Primo, quòd inſigne exemplum,
& imitatione dignum fuit illud, quod
quidam pater Dominicanus ualde ue-
nerabilis,& permagnus concionator,
quem nos cognouimus, exhibuit. Is
Prælato cuidam primario morti proxi
mo, qui ſupellectilem ſuam, & actio-
nes multi ualoris uni nepoti ſuo lega-
uit,duabus uel tribus horis antequàm
moreretur, dixit; quòd ea de cauſa ſo-
la damnaretur, niſi ſibi conſuleret; & 2
Prælatus, uti uir ſingulari uirtute præ-
ditus, timore tremens, de remedio
eundem conſuluit: quod cum intelle-
xiſſet,conuertit illud legatum in aliud
pium opus illuſtre,quod etiam hodie
in ciuitate quadam primaria refulget.
Cuius ſimilia quędam acta ſunt,nobis
conſulentibus, a nonnullis beneficia-
riis; qui alioqui ſuos conſanguineos
ditandi cauſa damnati fuiſſent: nam id
effugere nequibant, etiam ſi uera eſſet
opinio aliquorum,qui dicunt ęos non
teneri ad reſtituendum ea,quæ in uſus

ipſanos expendũt,licet mortaliter pec-
cẽt: qm̃,cũ ipſimet fateãtur,mortaliter
peccare illos,qui ſic expendũt,morien
tes hmõi legata nõ retractãdo, quæ re-
tractare poterant,nõ ſatis pænitebat,&
diabolus eorũ aĩas rapuiſſet. c.Firmiſſi
me.15.q.1.c. Omnis,de cõſecr. diſt.4.
& hæredes eorũ bona, parũ de ipſorũ
pœnis indolentes poſſiderent. Ad hæc
intuli, ꝙ uehementer conſolatꝰ benefi-
ciarios illud Innocentii, ab oĩbus fere
2 approbatũ in c. Epiſcopus,de præb. &
in c. Qm̃, ne prælat. uic. uidelicet; ꝙ
omnes uiuere poſſunt, atq; capere de
ſuis prouentibus eccleſiaſticis, quan-
tum ad congruã eorũ ſuſtentationem
opus eſt; & ſeruare quibus uolẽt ſuum
patrimonium, cum eius fructibus,quæ
communis eſt opinio, quã etiã ſequi-
tur Dec. in d. c. Epiſcopus. licet in. c.
Poſtulaſti, de reſcrip. aliter dixiſſet;
quamq; nos multũ ampliamus contra
præfatũ N. ſupra mon. XXX. Eadẽ ra-
tione,q̃uis illi nõ id penitus exprimãt,
idem facere poſſunt de illis quæ cõſe-

quuntur

quuntur ex quacumq; induſtria ſua lit terarũ,munerũ,negotiorũ, legationũ, cõtractuũ,ac donationũ, & aliorũ mo dorũ nõ pertinẽtiũ ad eorũ beneficia, neq;bona:q̃a ut dictũ fuit in præf.lib. q.1. nu.7. & repetitũ ſupra mon. XXI. oĩa hmõi ſunt eis perinde ac patrimo- nialia.arg.c. Quia nos, de teſtam. & c. Epiſcopi.12.q.1.Inſuper intuli, id ipsũ qđ dictũ eſt de beneficiariis eccleſia- ſticis, dicendũ eſſe de pẽſionariis pen- ſionũ eccleſiaſticarũ,quas Pontif.Max. cõſtituere ſolẽt ſuper fructibus aliquo rũ Epiſcopatuũ,& aliorũ beneficiorũ, ad uitã eorũ;& quas alii Prælati ad ui tã beneficiariorũ,uidelicet; ꝙ quicq̃d inde ſupererit illis,desũpto eo,quo ip- ſi ꝓ decẽti eorũ ſtatu egẽt,teneñ expẽ dere ĩ paupes,aut alia pietatis opa.Pri mũ,q̃a res tranſeũt cũ oneribus ſuis.c. Ex litteris,de pign.c.Paſtoralis, de de- cim.& l.1.C.de.diſtr.pig.Et sũmi Põti fices, & alii nõ abſoluũt ab onere cui ſubiacẽt fructus beneficii, nẽpe ; ut ea quæ ſuperſunt pauꝑibus , aut opibus 3

pietatis

pietatis erogent eo ſolo, ꝙ iubeant, ut alius qui non ſit beneficiarius, eos ad ſui ſuſtentationē accipiat. Secundo, ꝙ conceſſio penſionum, plus efficere nō debet, q̃ uellet ille qui cōcedit eas. arg. l. Nō omnis. ff. de reb. cred. & l. In agris. ff. de acq. rer. dom. & ſummi Pontifices in ſuis diplomatibus apponere cōſueuerunt, ꝙ eas concedunt pro alimētis, ut cōmodius pēſionarii poſſint ſuſtentari; palā ſignificātes, nolle ut eas prodigant. arg. §. 1. 42. diſt. & §. 1. 44. diſt. Tertio, quod remediū ordinariū fauorabilius eſt, q̃ extraordinariū. gloſ. ſolemnis & pen. Clem. 2. de off. ord. l. In cauſæ. 2. ff. de minor. At reditus penſionum eſt extraordinarius. Cum ergo reditus beneficiorū, licet ſit ordinarius, ad id oneris teneatur, non conuenit, ut pēſiones ſint immunes ab eo. Quarto, ꝙ ei qui minus meretur, non debet plus dari. arg. §. 1. Inſtit. de iuſt. & iur. & l. Iuſtitia. ff. eod. tit. Et minus meretur penſionarius, qui celebrare non tenetur officiū diuinum, ut late tradidimus

mus in c.Quãdo,de cõſec.diſt.1.c.17. nu. 14. neq; ſeruire, q̃ beneficiarius, qui utrumq; facit. Quinto, ꝙ qui cõtradixerit,æque dicere debet,ꝙ ſi ſummus Pontifex uni concederet centum ſeu ducenta millia ducatorum in penſionẽ,poſſet is de illis in uita,& in morte diſponere,tanq̃ de patrimonio ſuo: qđ a ratione diſſentaneum eſt,& abſurdũ,& ideo nõ dicendũ. l.Nã quod abſurdũ,de oper. lib. c.Dudũ.2.de pręb. lib.6.Confirmantur hæc per Extrauag. Pauli. III. cuius tenorẽ inſerimus præf. Commentario. c.Non liceat Papæ.12. q. 2. per quã declarat ea quæ clericus de hmõi penſionibus quærit, eſſe cenſenda de ſpoliis, quæ debentur Papæ poſt mortẽ clerici ea quærentis; & cõſtat patrimonialia, uel quaſi, non eſſe cenſenda de illis. Licet aliud arbitret eſſe dicendum de ſalariis, uel ſubſidiis impenſarum uoluntariis,quę ſolet Papa tribuere ſuis Legatis,& aliquot Cardinalibus indigentioribus. Et etiam Epiſcopi,& alii Prælati aliquibus aliis,

ut

ut determinauimus ſupra mon.XXXII. Præter hęc cito textũ nouũ,& ſingularem in Extrauag.Sanctiſs. D.N. Pii V. ædita anno 1567. 3.Kal.Sept.quã etiã refero ad litterã in d. cõment. c.Nõ liceat.12.q.2.quę dũ ĩ ſenſu directo diffinit ea,quę ſupſunt clericis penſionariis,nõ habẽtibus pẽſiones excedẽtes ualorẽ triginta ducatorũ, nõ eſſe cenſenda ſpolia ptinẽtia ad Camerã Apoſtolicã: ſed cõputanda eſſe inter patrimonialia,uel quaſi patrimonialia.Clare in ſenſu cõtrario diffinit,ea quę ſupſunt penſionariis de pẽſionibus maioris ualoris eſſe cõputãda inter ſpolia: & ita inter ea, quę non ſunt patrimonialia,neq; quaſi patrimonialia: de quibus illis pro libito diſponere liceat, qđ ibidẽ latius repeto . Prẹterea intuli,quod & ſi Sedes Apoſt.ſemp obſeruauit illã regulã, quæ colligitur ex c. Poſſeſſiones, de reb. ecc. c.Inter quatuor,de relig.dom.c.Cũ de beneficio. & c.Cũ ſingula.§.Prohibemus,de pręb. lib.6. uidelicet,regularia;regularibus,

&

& ſæcularia ſæcularibus,in nō cōferen- 4
do beneficiū regulare ſæculari,nec ſę-
culare regulari in titulū, niſi tm̄ in cō-
mendā ad uitā: utriq; tñ ita diſponere
pñt de fructibus cōmēdarū beneficio-
rū p ſummū Pontificē ad uitá cōmen-
datorū, ſicut de fructibus beneficiorū
in titulū collatorū,ꝓ cōuenienti ſua ſu
ſtētatione,dando ſuꝑflua pauperibus.
Primū,ꝗ in ipſis diplomatibus Pōtifex
Max.illis cōcedit facultatē in ſuos ip-
ſorū uſus expēdēdi.Deinde,ꝗ Cōmen- 5
datarius tm̄ iuriſdictionis & authorita-
tis habet in adminiſtratione beneficii
cōmendati(præcipue per ſummū Pon-
tificē ad uitā, alienādi poteſtate exce-
pta,quā eiſdē adimit ꝑ ſua diplomata)
quātū titularis c.Querelā. ubi Panor.
not. 1. de elect. Panor. & Decius in c.
Edoceri,ſub finē,de reſcrip. Per quod
tolluntur quidā ſcrupuli, qui nōnullis
inciderūt ſuꝑ ꝗbuſdā rebus,ad Cōmē
datarios Rōcæuallis & S.Iſidori Legro
nēſis ſpectātibus.Intuli etiā,ꝗ uera exi
ſtit elegās illa Cardinalis Florētini re-
gula

gula i Clem. 2. de uit. & honeſt. cler. §. ſed tales, & in Clem. Gratiæ, de reſcrip. col. pen. uidelicet; quod eandẽ poteſtatem, quam habent ſæculares diſponẽdi de ſuorum titulariũ beneficiorum & cõmendatorum prouẽtibus, habent etiã regulares de ſuorum beneficiorum titularium, & commendatorum reditibus. Primum, quòd ratio propria, quã ſæculares prouentibus ſuis uti poſſint ad moderatam ſui ſuſtentationem, ſuperfluis in pauperes diſtributis, non eſt; quòd illi ſint eorum integri & abſoluti domini, ſicut ſuperius probatum eſt in mon. XLIIII. Sed quòd Eccleſia, eiuſque miniſtri conſtituerunt eos, eorum prouentuum diſpenſatores, per titulos canonicos, quos in id conferũt. Quo munere etiã religioſus fungi poteſt, etiam ſi non poſſit eſſe uerus alicuius rei temporalis dominus, ob ſolemne ſuum paupertatis uotum. c. Nõ dicatis. 12. q. 1. cap. Cum ad monaſterium. §. final. de ſtatu monachor. Præterea, intuli ex proxime illatis, quod

quemad-

quemadmodum, ut ſupra mon. XXX. & LXXVII. ſignificatum eſt; clerici ſæculares poſſunt elargiri cuicunque uoluerint illud, quod parcius uiuendo, ſupereſſe faciunt, de eo quod in honeſtam ſui ſuſtentationem impendere poterant. Ita quoque Religioſus facere 6
poſſit, de illo quod parcius uiuendo, ſupereſſe faceret de parte illa quam honeſte ualet in ſuos ſumptus expendere. Primum, quia ratio radicalis ob quam ſæcularis illud facere poteſt, nõ eſt, quòd ille dominium eius adipiſcitur; ſed quia Eccleſia per ſuos titulos eidem concedit, ut illud pro uoluntate ſua poſſit expendere. At huius facultatis æque capax eſt religioſus ac ſæcularis; licet non ueri dominii eius. Secundo, quoniam hoc plus adiumenti præſtat ad ſeruandam abſtinentiam, ſobrietatem, modeſtiam, & caſtitatem, ut docet experientia, quæ optima eſt rerum magiſtra. c. Quàm ſit, de elect. lib. 6. l. Legatis, §. ornatricibus, ff. de leg. 3. Tertio, per ea quæ

quæ ſupra mon. XXXI. deducta fuerũt contra prefatũ N. ad probandũ, licere beneficiario ſæculari diſponere de his quæ reliquat, ex his quæ decenter in ſuos uſus impendere poteſt. Quarto, ꝙ Alexan. III. in c. Cæterum, de donat. quod in hoc dixit ſingul. Andr. Sic. in tract. de præſtan. Card. q. 10. art. 6. re-
7 ſpondit, quòd conſuetudo poteſt dare facultatem religioſo donandi aliquid, quo non grauetur multum Eccleſia; quod palam uerum eſt, quò ad reditus, de quibus concluſio noſtra loquitur, ut ſentiunt Panor. Imol. & alii omnes in d. c. Cæterum. Atq; notum eſt, donationem illius quod parcius uiuendo quæritur, nõ afferre multum damni Eccleſiæ. Verum tamen eſt, quòd hactenus uidebatur nobis uerius contrarium huius illationis, eo ꝙ religioſus non eſt dominii capax: & ideo non poteſt eſſe dominus illius quod parcius uiuendo quærit, ſicut clericus ſæcularis. Nunc tamen uidetur quò ad hoc reſponderi per primam huius

illationis

illationis rationem, ſcilicet, ꝙ ratio radicalis, quare ſecularis poteſt diſponere de illo quod per parcam uitã lucratur, nõ eſt tam quia ipſe fit integer dñs illius, q̃ ꝙ Eccleſia iuſta de cauſa facit ei facultatem diſponendi de illo; quæ ratio æque locũ habet in religioſo, ſicut probatur efficaciter in dicta reſponſione Alex. III. in d. c. Cæterum. qđ maximi mométi eſt, ad excuſandos a peccato multos religioſos, qui ſunt Abbates, priores, aut beneficiarii minores, qui non ſolum nonnullos pauperes conſanguineos ſubleuant, ex eo quòd parcius uiuẽdo, reſiduum faciũt; ſed etiam aliquos diuites ratione amicitię, liberalitatis, uel obſeruantiæ, ditiores aliquot munuſculis donant.

SVMMARIVM.

Beneficiarius tam ægrotans quàm bene ualens, donandi facultatem habet; & ſi teſtari non poteſt, nu. 1. Et lepida ratio quare beneficiarÿ teſtari prohibentur, & non donare. num. 2.

Intellectus cap. Ad hæc, de teſtam. num. 2.

Beneficiarius religioſus qui ægrotat an donare poſſit pauperibus, & pÿs operibus. num. 3.

LXXXI. Moneo, intuliſſe me etiã hæc alia. Primo quidem, q & ſi beneficiarii
1 ægrotantes de reditibus ſuis eccleſiaſticis teſtari non poſſunt, ut in 3. q. dicemus; donare tamen poſſunt per uiã eleemoſynæ inter uiuos, ſiue ſani ſint, ſiue ęgroti pauperibus, aliiſq; piis operibus. Quod enim hoc facere poſſint, dum ſani ſunt, conſtat: quia ſuperius mon. XXXVIII. & XXXIX. dictũ eſt, eos non ſolũ id poſſe, uerum etiã debere. Quod autẽ etiã dum ægrotãt idipſum facere poſſint, probatur. Primum, quia textus hic Hier. cũ aliis ſupra citatis, qui faciunt hmõi facultatẽ beneficiariis, & præcipiũt ut illa utãtur, generaliter loquuntur, & ita generaliter ſunt intelligẽdi. l. De pretio, de publ. in rem act. c. Solitæ, de maiorit. non excipiendo infirmos a ſanis. Deinde, quòd per infirmitatem nõ amittunt ſuos titulos. cap. Tua. & toto. tit. de cler. ægrot. quibus ſancta mater Eccleſia eis præfatam facit facultatem. Tertio, quod Alex. III. indicat aperte, in c. Ad hæc, de teſtam.

maiorem

maiorem beneficiario eſſe facultatem dũ ægrotat ad largiẽdas eleemoſynas, per donationem inter uiuos, q̃ per ultimã uoluntatem. Quarto, ꝙ id eſt appoſitũ mediũ ad beneficiarios eripiendos ab ea perplexitate reprobata per c. Nerui. 13. diſtin. c. Nemo, de pœnit. diſt. 7. quã inducit ex una parte obligatio cõferẽdi ſuperflua pauperibus, quã ſuperius mon. XXVII. confirmatã reliquimus. Ex altera uero prohibitio, qua uetantur dare per ultimã uoluntatem. Certe, talis perplexitas ceſſat aperte, ſi dixeris; poſſe donare inter uiuos beneficiarios ſuperflua, dum ægrotant. Quinto, ꝙ pauperibus q̃bus ſuperflua ſunt eroganda, eſt multo magis expediẽs, ut cum non acceperint a beneficiario dũ ualeret, ſaltẽ dũ ægrotat, accipiant. Sexto, ꝙ apertiſſimũ eſt beneficiariũ ægrotãtem aliquam portionem bonorũ erogare poſſe, per c. Ad hæc, de teſtam. ſed eadẽ ratione, qua cõuincitur exigua portio poſſe dari, cõuincitur etiã poſſe dari copioſe, quantum

ad præſens negotium attinet. Nulla enim alia ratio reddi poteſt, cur poſſint dare aliqua, niſi quia habent facultatem id faciendi, uirtute ſuorum titulorum: at uirtute eorum, habent quò ad omnia. ergo, &cæt. arg. l. Illud, ff. ad leg. Aquil. Et quia qui de uno dicit, ut uidetur negare de alio diſſimili, ita uidetur affirmare de alio ſimili. Dom. in c. Qualis. 25. diſtinct. & probat gloſ. in uerb. Mobilibus, in d. c. Ad hæc. Septimò, quòd ratio potiſſima, qua interdicitur beneficiariis, ne legare poſſint, ea eſt; ut certe uel ſic cogantur, dum uiuunt, erogare ſuperflua pauperibus. At quò ad hunc finem, commodius eſt ea donare quando aduerſa ualetudine laborant; quæ dum ualerent, donare noluerũt; quàm non donare, & ob id poſt mortem hæredibus cedere. Octauo, quòd non obſtat quæ ex aduerſo affertur ratio, ſcilicet, in idem recidere; ægrotum morti proximum inter uiuos donare poſſe, & poſſe donare per ultimam uo-

luntatem.

luntatem. Vnde cũ negetur hoc ſecundũ, inferunt & primũ denegandũ. Non, inquam, id obſtat: nã qui per ultimam uoluntatem donat, reuocare poteſt id quod dedit, ſi cõualeſcat. c. Vltima uoluntas. 13. q. 2. c. Cũ Marthæ, de celebr. miſſ. quod nequaq̃ poterit, ſi ſemel donet inter uiuos. l. Sicut ab initio. C. de action. & obligat. l. In cõmodato. §. Sicut. ff. Cõmodati. Nec obſtant Alex. uerba in d. c. Ad hæc. qui dũ permittit ęgrotantibus, poſſe aliquid donare inter uiuos, ſed moderate; uiſus eſt innuere a contrario ſenſu, non poſſe dare large, uel immoderate: nam id eſt efficax argumentum. Tum, quia argumentum a ſenſu contrario licet aliàs dicatur fortiſſimum in iure. l. 1. ff. de off. ei cui mand. & cæt. & cap. Cum Apoſtolica, de his quæ fiunt a prælat. nihil probat, ſi ex eo colligitur aliquid, cõtra id quod in iure habetur expreſſe. tex. optimus, in c. A nobis. 2. de ſent. exco, & gloſ. celebris, & recepta c. Significaſti, de for. comp. Vbi late Felyn.

& in eod. c. Ad hæc, eſt gloſ. adiuncto tex. Nam textum loquentem ſolum de mobilibus, intelligit etiam de immobilibus. Expreſſum autem eſt, imo & preceptum a iure diuino, naturali, & humano per hoc cap. & alia multa citata ſupra in præfato lib. q. 1. nu. 17. & ſupra eod. mon. XXVII. non tantũ beneficiarios dare poſſe ſuperflua pauperibus, ſed & dare debere. Tum etiã, quia uerbum illud, moderate, referri poteſt ad alia bona eccleſiaſtica, quæ nec dum ſani ſunt beneficiarii, poſſunt expendere. Et in hunc modum exponunt Panor. & And. Sic. in 1. not. uerbum illud. Non uult ergo ſummus Pontifex dicere, non poſſe beneficiarios ægrotãtes ea conferre pauperibus, quæ præſtare poſſent ſani; ſed tantum id uult, non poſſe dare de bonis aliis, niſi modicum quid, idque non aliis quàm pauperibus. Et certe textus ille, ut maximum, id tantũ probare poſſet; Donationẽ ita factã in maxima quantitate, per beneficiarium morbo graui

correptum,

correptum, ſuſpectam & fraudulentā habendam. Quem intellectum ſatis ſentit ibi Panor. ſub fin. & etiā Andr. Sic. poſt Pet. nu.6. quatenus ait; eiuſmodi donationem eſſe ſuſpectam,& ſatis conſentit D. Didacus ibidem, & donationem potius eſſe quam uocant cauſa mortis,quàm irreuocabilem inter uiuos. Nam ex eo quòd noluit ea bona conferre cum ſanus erat,& citra periculum; non leuis ſumitur coniectura, non tam uoluiſſe dare libere,& ſerio, id quod dedit,dum in diſcrimine uerſaretur, quàm per uiam ultimæ uoluntatis,aut donationis cauſa mortis. arg. c.Semel malus. de reg.iur. lib. 6. cum gloſ. & latiſſime Didacus in rubr. de teſtam. in p.3. nu. 15. & not. in c.Tua. & c.Is qui,de ſponſ.quæ duo quod huc attinet,cum agimus de effectu, exæquantur. Bald. & Iaſ. l.2.ff. de iuſt. & iur. Cæterum coniectura hæc, ſeu præſumptio, ſi coram Deo uera,& non diſſimulata donatio fuit, uim & ualorem nequaquàm amittit in inte-

riori conſcientiæ foro, ubi ceſſat omnis præſumptio, ueritaſque ſola uiget, & ualet. c. Humanæ. 22. q. 5. Itaque concludo huiuſmodi piam donationem, ualorem integrum ante Deum, & in foro conſcientiæ habituram, dũmodo uero animo fiat, ut irreuocabilis ſit; quàmuis quòad forum exterius ficta, & in fraudem facta præſumatur, ſi non apponatur remedium, quod ex proxime ſubſequentibus deſumi poteſt. Intuli etiam, dubium eſſe difinitione Papali dignum; an quæ dicta ſunt in illatione proxime præcedenti, efficere poſſint etiam religioſi beneficiarii, graui morbo laborantes: & uidetur id eos minime poſſe, quippe qui nec lẽgare permittantur. c. 2. de teſtam. Auth. Ingreſſi. C. de Sacroſ. nec ullum habeant, aut habere poſſint rei alicuius dominium. c. Non dicatis. 12. q. 1. c. Cum ad monaſterium, de ſtat. monach. Nihilominus tamen oppoſitũ nobis uidetur magis conforme iuri; licet hactenus nunq̃ aſſeuerare id

ſim

ſim auſus. Primum, quòd ſupra eod. mon. LXXX. dictum reliquimus; diſponere tãtum poſſe beneficiarios regulares de ſuis reditibus, quantum & de ſuis ſæculares. iuxta doctrinam Card. cui nemo contradixit in Clem. 2. §. Sed & talis, de uit. & hon. cler. Hos aũt id poſſe, proxima illatione probauimus. Deinde, quòd id non eſt teſtari, ſed inter uiuos donare. Quæ duo, etiã ſi qui donat, ægrotet, longe ſunt diuerſa, c. Adhæc, cum annot. ei de teſtam. Non enim poteſt quod ſic ſemel dederit, reuocare, l. ſicut ab initio C. de act. & oblig. uti poteſt, quod per uiam teſtamenti, & ultimam uoluntatem reliquerit, c. Cum Marthę, de celebrat. miſſar. c. Vltima uoluntas. 13. q. 2. Nec ita facile experientia, quæ eſt rerũ magiſtra. c. Quã ſit, de Elect. lib. 6. a teſtante inducuntur homines, quantumuis ægrotent, & ita ſint morti uicini, ut de eorum ſalute deſperetur; ſic ad ſtatim donandum, atque ad donandum poſt mortem. Eſt namque natura

noſtra uiuendi cupientiſſima; & quæ ſibi ſemper uitæ ſpem polliceatur. Adde, quòd ut poſſit aliquis bona diſtribuere, non eſt neceſſe, eum eſſe dominum eorum quæ ſunt diſtribuenda: ſat eſt illi, ſi ſit ei facultas ad hoc conceſſa, per eum qui poſſit eam facere, ut eſt conceſſa tutori. l. Lex quæ tutores. C. de adminiſtr. tut. & procuratori, & executori, & curatori. l. ob æs alienum. & toto tit. C. de præd. minor. Sed nec beneficiarius ipſe regularis rei alicuius eſt dominus, etiam cum proſpera ualetudine perfruitur; & tamē in pauperes aliaq; pietatis opera diſtribuere poteſt libere reditus ſuos omnes, ob facultatem ſibi ab Eccleſia pia matre noſtra per beneficii titulum factam.

SVMMARIVM.

Donationes non omnes tempore mortis factæ, ab eccleſiaſticis ius teſtandi non habentibus, ſunt nec præſumuntur fraudulentæ. nu. 1. Et tribus modis firmantur. num. 3.

Præſun-

Præſumptio omnis ceſſat in foro conſcientiæ, & præualet ueritas; nu. 2.
Donatio beneficiariorum ad pia, ante traditionem ualida. num. 4.
Donans ante traditionem fit debitor. num. 5.
Beneficiarius remuneret famulos. nu. 6. & quantum. num. eodem.
Ingratitudo ſemper peccatum. num. 6.
Beneficiarius non ſolum poteſt expendere, id quod eſt ei opus, quatenus eſt beneficiarius; ſed etiam quatenus eſt nobilis, aut graduatus. num. 7.
Beneficiarius prius põt ſibi prouidere, quàm Eccleſiæ quò ad uniũ finem, & nõ quò ad alium. nu. 8.

LXXXII. Moneo, intuliſſe me etiam ubi ſupra hæc alia. Primo quidem, 1
quòd nõ eſt uerum abſolute, id quod præfatus N. ait, in d. cap. 4. quòd donationes beneficiariorum, quibus ius teſtandi non eſt, de quæſitis ex fructibus, quales in Hiſpania ſunt Epiſcopi, & in Italia clerici ſecundum eum, & ſecundum nos omnes omnium terrarum beneficiarii facta ab eis in infirmi tate morti proxima conſtitutis; etiam ſi nomen donationis inter uiuos eis im ponatur, & ad traditionem deueniatur iure

iure ultimæ uoluntatis ſunt cenſendæ, & ſunt inutiles, arg. l. Filiæ meæ emancipatæ, & ægræ, ff. Solut. matr. quam in hoc notat Bald. in Auth. Niſi rogati. C. ad. Trebel. col. fin. allegando etiã in hoc cap. 1. de renun. lib. 6. facit in c. De his, de ſepult. & in l. ſi filia. ff. de diuort. l. Si cum mulier de morte uiri deſperans, ff. rerum amot. Ex quibus ſatis colligitur, quòd uideatur in fraudem facere ille qui teſtari non ualens, grauatus deſperata infirmitate, mortique uicinus donat; etiam ſi dicat ſe donare inter uiuos. Hoc, inquam, non eſt abſolute uerum; quia contrarium probauimus in libello quem defendimus in præfata q. 1. nu. 65. & ſupra duabus illationibus proximis. Nõ obſtãt illa ſupra pro Aduerſario citata. Tum, quia tandem concedit hoc, quod nos dicimus eſſe uerum in donationibus ad pia, quas ſolas licere beneficiariis nos aſſeueramus. Tum, quia eius fundamenta, quod etiam ipſe ſatis concedit, non probant deeſſe facultatem

cultatem donandi eis, qui ægroti, teſtandi factione carentes, donant: ſed quòd eiuſmodi donationes præſumantur fraudulentæ, cum fiunt ad profana, quod etiam nos concedimus. At quia in foro conſcientiæ omnis præſumptio ceſſat, ſi coram Deo uere fiant, proculdubio coram ipſo, & in conſcientiæ foro ualent. Itaque concludo; huiuſmodi piam donationem, etiam magnæ quantitatis, ualere ante Deum, & in foro conſcientiæ, dummodo uero animo fiat, ut irreuocabilis ſit: regulariter tamen præſumendum eſſe factam in fraudem: quod ampliat Aduerſarius procedere, etiam ſi traditio rerum donatarum fiat in uita, & donatio fiat ad profana. Sed donatio ad pia liberatur ab hac præſumptione tripliciter, per ea quæ in noſtro lib. q. 1. nu. 89. diximus. Primo, facta in uita traditione reali eorum quæ donantur, Secundo cum donans iurat ſe nunquàm donationem reuocaturũ ſeq; illam facere, ut ſatisfaciat obligationi,

2 3

tioni, qua tenetur, quæ ei ſuperſunt, piis operibus, & pauperibus erogare. Tertio, cum ex qualitate, ac conſuetudine perſonæ, ac circunſtantiis loci, temporis, ac aliis, poſſet iudicari non eſſe fraudulenta, puta, quia erat homo aſſuetus facere largas eleemoſynas, & quod forte illa quæ donat habebat in nominibus, & alia eiuſdem generis. Nam contra glorioſiſſimum Sanctum Laurentium, qui iam iam moriturus theſauros Eccleſię dedit pauperibus, nulla mala prſumptio oborta fuit. Intuli præterea eſſe uerum id quod in dicto libello q.1.nu.88. diximus, quod etiam noſter Aduerſarius approbat,
4 uidelicet; ualere donationem a beneficiariis factam piis operibus, etiam ante conſecutam rei donatæ traditionē, etiā ſi abſque præfato iuramento fiat; licet contrarium tenuerint And. Sic. in d. c. Ad hæc. col.2. & aliquot alii alibi. Tum, quia nihil adducunt in ſuę ſententiæ confirmationem. Tum, quia nō ſatis aduerterunt Inno. in d.c. Adhæc.

contra

contra eos aperte ſatis tenuiſſe, allegando text. in l. ſi quis argentum, C. de donat. quæ habet; donationem eſſe ualidam ante rei donatæ traditionem, quàmuis donetur res ad uſus prophanos; quanto magis ſi ad pios, de quibus nos uerba facimus? Tum, quia ex eo quod dixit Panor. actualiter donet, & non relinquat donandum poſt mortem, non licet colligere, uoluiſſe illum dicere; traditionem eſſe neceſſariam, ſed ſolam donationem inter uiuos. Tum, quia ea quæ debet beneficiarius, ſunt perſoluenda ex eius reditibus, iuxta cõmunem omnium ſententiam in c. Peruenit. de fideiuſ. per illũ tex. quẽ ſupra mon. XLV. declarauimus noue ac ueriſſime; præſertim, ea quæ debentur piorum operum cauſa, in quibus nemo dubitauit. At uero, qui donat, licet non tradat, debitor 5
conſtituitur. per d. l. ſi quis argentum in princ. & aliis multis. §§. ſeq. & ad id quod donatur perſoluendum, obligatur: fatemur tamen, quòd præfato-

rum

rum Doctorum opinio defendi poteſt, quò ad hoc, ut donationes eximiæ quantitatis, quæ fierent tempore ualetudinis aduerſæ, in foro exteriori, præſumerentur fraudulentæ, niſi remedia prædicta illis adhibeantur. Inſuper etiam intuli, quòd non ſolum non peccat, ſed etiam laude dignus eſt
6 beneficiarius, qui a famulis, & ab aliis accepta obſequia, munera & beneficia compenſat. Ea namque compenſatio, non tam eſt cenſenda donatio, quàm rei debitæ perſolutio. Nam licet nō intercedat obligatio tāta quanta ſit neceſſaria ad hoc, ut peti poſſit ex rigore iuſtitiæ; intercedit tamen ea obligatio, quam antidoralem uocant, & ius debitæ gratitudinis. l. Sed etſi. §. Conſuluit. ff. de petit. hæred. cap. Cum in officiis, de teſtam. At ingratitudo, ut minimum eſt peccatum ueniale, ut probat S. Thom. Sec. 2. q. 107. art. 3. Abſit autem dicere, ꝙ Deo, uel Eccleſiæ ſit gratū, beneficiariū peccare uenialiter, etiā in pauperū gratiā.
c. In,

c. In ciuitate, de uſur. c. 1. 21. q. 2. c. Si aliquid, adiuncta gloſ. 22. q. 4. Nullus autem eſt, qui Eccleſiam ipſam, aut Eccleſiaſticos eximere poſſit ab ea obligatione, qua cuncti natura tenemur exhibere nos gratos benefaciẽtibus nobis. l. Si non ſorte. §. Libertus, adiuncta gloſ. in uerb. Natura, ff. de cond. indeb. c. Eccleſiaſticis. 12. q. 2. ubi gloſ. dixit; Eccleſiam teneri ad antidora. c. Relatum. 2. de teſtam. c. Precarie. c. Epiſcopus. 10. q. 2. Illud tamen diligenter eſt inſpiciendum; beneficiarios cauſa remunerationis nõ poſſe dare, niſi quantũ ſatis eſt ad ſatisfaciendũ obſequiis, & muneribus acceptis, idq; fatetur oĩum communis ſentẽtia: quã poſt Bart. in l. ſi quis pro eo, §. 1. ff. de fideiuſ. tenent Alex. Iaſ. & Dec. in l. Si donatione. C. de collat. cũ aliis ab eis citatis. Quæ ſententia innititur illi inſigni cap. præfato Relatum, ibi; Iuxta ſui ſeruitii meritum. Cæterum, nos in ea ſentẽtia ſumus, poſſe dari, nõ tantũ qđ exæquet accepta beneficia,

ſed etiam aliquid ultra. Et inducit nos ad hoc aſſeuerandum, quòd non ſatis gratus eſt, is qui accepit ab alio beneficium aliquod, ſi ſolum tantumdem ei repenſet, quantum gratis accepit ab illo, ut optime definit S. Thom. Sec. 2. q. 106. art. 6. Ariſt. 4. Ethi. dicta ſecutus. Nec enim ad id tantum quod accepit eſt inſpiciendum, ſed ad id etiam quod ei fuerit gratis exhibitum. Vnde natum eſt prouerbium illud Gallicum. Qui donat, lucratur; ſi donatarius non eſt illiberalis. Verumenimuero non tantum eò amplius exhibere poteſt, quantum ſibi libuerit, ſed quãtum a uiro cordato fuerit definitum. arg. l. 1. ff. de iur. delib. c. De cauſis, de offi. del. Verbi gratia, eſt quidam cognatus, famulus, aut alius quiuis, qui mihi ea præſtitit obſequia, quæ ſi pretio æſtimarentur, duodecim aureis cõſtarent, non poſſem iuſte nomine remunerationis, quadraginta uel triginta perſoluere, poſſem tamen quindecim aut ſexdecim. Exhibuit alius beneficium

neficiũ quoddã gratuitũ, ualens aureis duodecim, non potero lege gratitudinis, quadraginta uel triginta reddere; licebit tamen, quindecim aut ſexdecim. Concluſio hæc noſtra, noua quidem eſt; innititur tamen rationi ſatis antiquæ iuris naturalis; & appoſita eſt ſatis ad ſexcentas donationes remuneratorias augendas; quæ ſi mitatem habere nequeunt, niſi præcedant obſequia, quæ ſunt eas commerita. De quibus in l. Si forte. ff. de caſtr. pec. & in l. ſi donatione. C. de collat. & in cap. Relatum. 2. & in cap. Ad hæc, de teſtam. & alibi ſæpe. Aduertendum tamen, quòd licet ratione remunerationis, non poſſit clericus ſuo amico, uel familiari, alioqui pauperi, donare plus quàm eius obſequia merita ſunt, & aliquid amplius, ad quod lex gratitudinis obligat: tamen, ratione paupertatis, poterit dare quantum ipſa paupertas exigit, ſicut & aliis pauperibus. l. Illud. ff. Ad. l. Aquil. Intuli quoque; beneficiarium quem-

cunque poſſe de beneficii ſui reditibus expendere, non tantum ea quæ decentiæ & qualitati beneficii neceſſaria uidentur; ſed etiam quæ condi-
7 tionē perſonæ decere uidentur, ſeruata ratione generis, gradus, & ordinis. Primum quidem, quòd Innoc. in cap. Indecorum, de ætat. & qual. abſolute permittit beneficiario ea expendere poſſe, quæ deceant ipſum; nec reſtringit ullo modo facultatem hanc ad beneficii decentiam. Deinde, ſi id neges, fatearis oportet, tunc nihil amplius profuturum beneficiario, quò ad ipſum attinet, duo uel tria poſſidere beneficia cum legitima diſpenſatione, ſi æqualis ſint conditionis, quàm unum tantum: quod eſt contra mentem cap. De multa, de præb. & contra Extrauagans Execrabilis, Ioan. XXII. cum in ſui gratiam & utilitatem, expendere amplius ei non liceat, quàm ſi unicum tantum beneficium haberet. Adde illud quod urget uehementiſſime, permiſiſſe

ſiſſe quidem generale Concilium in d. cap. De multa. cum nobilibus & litteratis diſpenſari poſſe, ut plura quàm ſingula, poſſint obtinere beneficia. Cuius conſtitutionis is finis aperte fuit; ut talem agere uitam eis liceret, qualis expediret generis nobilitati, gradibus, atque litteris. Poſtremo, id ipſum ex Extrauaganti prædicta Execrabilis, Ioan. XXII. conuincimus; quæ licet iniunxit cunctis qui beneficia incompatibilia poſſidebant, ut ea dimitterent; ab eo tamen præcepto excepit Cardinales, & Regum filios; innuens aperte, eos poſſe de reditibus expendere, non tantum quæ reſponderent ſatis qualitati beneficiorum, ſed etiam quæ reſponderent perſonarum conditionibus. Cæterum, illud diligenter expendendum; quòd licet alimenta beneficiarii, ut ex textu c. De his, de eccleſ. ędif. quem ibi dixit neſcire ſe alibi Panor. Cui tamen ei ſi- 8
milis in §. fin. 12. q. 1. colligitur, anteponantur reparationi templi, ita q

ſi quid deſit, deeſſe potius debeat Eccleſiæ quàm beneficiario. Id tamen intelligendum uenit de illa portione, quæ ei obtingit in alimentũ, iuxta qualitatem tantum Eccleſię cõmenſuratũ, & non iuxta qualitatem perſonæ. Nam ſi oppoſitum contendas, cogeris fateri neceſſario, filiũ Regis habentem duo beneficia, quorum utrumque ualeret octingentis aureis, nequaquàm obligandum, ad contribuendum partem ullam uel minimam, in Eccleſiarum reparationem, & ornamentorum; quod eſt planę abſurdum, & ideo indignum relatu, & auditu, l. Nam quòd abſurdum, ff. de oper. lib. facit, quòd anteponenda eſt omnino neceſſitas conſeruandæ naturæ uitæque, neceſſitati conſeruandi decori perſonæ, ut docuimus in Manuali noſtro cap. 24. nu. 3. poſt Thomam, & alios multos, quos ibi citauimus. Et latius monſtrauimus, in Commentario cap. Quieſcamus, quem una cum hac Apologia componimus. Ex quo habes, non excuſan-

dos

dos a culpa milites religionum militarium, quos Cõmendatarios uocamus, qui ob id, quòd nihil eis de reditibus ſupereſt, abſumpta ea parte, quę neceſſaria eſt ipſis alendis, & ſuſtentandis, iuxta ſui ſtatus qualitaem, templa habẽt minantia ruinam; uel certe, non uti decet apparata; & multo peius adornata.

SVMMARIVM.

Rex Hiſpaniæ qui ſuperat omnes Prælatos, excepto Papa, in reditibus eccleſiaſticis, poteſt de illis ſuſtentare ſuum regale decus; & quantum debeat ſe abſtinere a diſpendendis illis in diuites, & malos uſus. nu. 1.

Commendatarij profeſſi perpendant periculum male inſumendi ſuos reditus. nu. 3.

Papa teſtari nequit. nu. 3. & latius infra q. 3. mon. 2.

Rex Philippus ſecundus Hiſpaniæ Rex, tarde per authorem cognitus, tardius eius heroicæ ac rariſſimæ uirtutes cæteris gentibus agnitæ, parumque p r indigenas uulgatæ, quæ propriæ ſunt ei, uel in eo maximè præminent, ſine aſſentatione ulla inſinuantur ab Authore: quia id

è Repub. Chriſtiana in publicum omnium Regum, & Regulorum exemplum eſſe uiſum eſt, paucis, quæ bello paceque geſſit, temporaria & æterna gloria incomparabili digna, recenſitis. nu. 1.

Beneficiario ab aliquo qui recipit, an peccat. nu. 4.

LXXXIII. Moneo, intuliſſe me ubi ſu-
1 pra, etiã Regem noſtrum, qui reditibus eccleſiaſticis plusq̃ ullus Eccleſiæ Prælatus, excepto ſummo Pontifice, abundat; quippe qui adminiſtrator eſt trium illorum Magiſtratuum ordinum militarium ſancti Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, ac tertiæ partis decimarum totius Regni Caſtellæ, & bonæ partis Regni Granatæ, & Inſularum fortunatarum, non ſolum poſſe iuſte de reditibus magiſtratuũ expendere quantum expedit officio magiſtratus, & decentiæ, qua utebantur Præceſſores ipſius; ſed etiam quæ expediat Regali apparatui: dùm nihil deſit his, quæ ex præſcripto legum, & ſtatutorum illorum ordinũ ſunt facienda. Quàmuis non defuerit cui magis arriſerit oppoſitum,

poſitum, hac ratione permoto; quòd negari nequeat, ea quæ ſuperſunt de reditibus eccleſiaſticis cuiuſuis prędictorum magiſtratuum, illa deducta quantitate, quæ ſat ſit magiſtratui, quatenus magiſtratus eſt, expendi nō poſſe in uſus profanos, iuxta ea quæ dicta ſunt in mon. XXVII. & XXXVIII. Multo uerius tamen apparet id quod dictum eſt, ob ea quæ in pręcedenti monito definiuimus. Et ad argumentũ pro Aduerſario factum, eo quòd a quibuſdam eruditis pluris quàm par ſit fieri uidetur, explicite reſpondeo id quod in libro edito uulgari ſermone implicite reſpondi, referendo me ad monitum præcedens. Verum quidem eſſe; magiſtrum unius cuiuſlibet magiſtratuum præfatorum, teneri ad largienda piis operibus ea quæ ſuperſunt ei, deductis quæ ſunt illius decentiæ neceſſaria, uti magiſtro illius magiſtratus, ſi alio reſpectu non egeret pluribus; non tamen ſi alio reſpectu pluribus egeret; ut contingit

tingit in caſu noſtro, in quo idem qui eſt magiſter, eſt etiam Rex: & qua parte eſt Rex, pluribus eget, quàm qua eſt magiſter; ſicut & Cardinalis, & filius Regis, de quibus agit Extrauagãs Execrabilis Io. XXII. de præb. Imo & alii nobiles, & litterati, de quibus agit Concilium generale in c. De multa, eod. tit. habentes legitime multa beneficia, non ſolum poſſunt ſuis uſibus impendere illa quæ ſunt eis neceſſaria tanq̃ beneficiariis unius illorum beneficiorum; ſed etiam quæ ſunt neceſſaria tanq̃ Cardinali, filio Regis, nobili, uel litterato. Abũde tamen ex his colligitur, quantũ Regalis Maieſtas aĩaduertere debeat in quem finem præfati magiſtratus, & alii reditus eccleſiaſtici Regiæ coronę Caſtellæ fuerunt a ſancta Sed. Apoſt. uniti; & cauere, ne ſuperflua quæ contra infideles expendere debet, in alios uſus abſumat, præſertim in donando diuitibus, & ſcurris, & aliis quibuſuis ob fines haud pios.
2 Hic me locus Chriſtiane Lector cogit, non-

nonnihil dicere de tanto Monarcha. Tum, quòd tantillum quod in eodem ſermone uulgari edito dixeram, uiſum eſt nonnullis nimium, & per aſſentationem dictum. Tum, quòd ex eo cōiicio, illas tanti Regis heroicas uirtutes, quas publicum in exemplum oportuit eſſe notiſſimas, parum exteris eſſe notas. Cuius rei cauſam arbitror eſſe, quòd bona pars Nobilium Hiſpaniæ, in laudando ſuo Rege tam parca eſt, quàm in profundendo pro eo ſuo ſanguine larga. Hæc eadem enim effecit, ut mihi quoque indigenæ ignotæ fuiſſent ante annum 1564. ante quem nec de conſuetudine, neque de facie illum noueram, nec eius Curiam unquàm ingreſſus fueram. Quippe qui contentus, & ſupra merita ornatus, honore, ac honorariis quatuor præfatarum, quæ celeberrimæ ſunt, academiarum, nunquàm Regiæ Curiæ munera in illum, neque in hunc uſque diem ambiui; nec petii, nec accepi. A præfato uero anno, in quo eius Ma-

ieſtatem

ieſtatem pro cauſa Reuerendiſſimi Toletani adiui, & ab eo nunquàm antea uiſus, nemine ſubindicante, cognitus fui; cœpi eum de facie, ac conſuetudine cognoſcere, & curioſe omnia, & ſingula eius acta, dictaq; perpendere; demirariq; illum alium ab eo quē mihi pinxerũt, ut miratus dicitur AEneas molem magalia quondam. Dicam autem, non eius natale ſolum, nõ genus, & proauos, & quæ non fecerit ipſe, nec ea quæ fecit, illi cum aliis Principibus communia; ſed tantum quædam quæ dono diuino ei ſunt peculiaria, aut certe in eo longe prēminētia. Idq; faciam ſine adulatione ulla, quę me tam ſenē, tamq̃ peregre; ac fere ſine ſpe ad eius regna redeundi agētem; nec ab eo dono ullo alio q̃ gratia ſua, quę tamen mihi eius ſubdito maximũ eſt, donatum decet. Vt alia ergo in aliis emineãt, ita præminet in eius Maieſtate fides illa catholica, quę uirtutum omnium eſt prima, licet non maxima, ut facile putes eam comitatam ſupereminentia ſi-

dei

dei alterius, quæ gratis data dicitur gratia. Religio autem, quæ maxima eſt uirtutum moralium, adeo in eo reſplendet; ut in ſacris mira cum animi attentione audiendis, ceremoniiſq; ſacris ſeruandis, omnes quotquot uiderim Reges, Regulos, & alios Principes uiros (uidi autem q̃plurimos in Hiſpaniis & Galliis) ſuperet; ſi unum glorioſæ memoriæ Ioannem tertium Luſitanorũ Regem nunq̃ ſatis laudatũ, eundemq; proxime cognatũ eius & ſocerũ iam uita functũ excipias. In puniendа uero, fuganda, extirpandaq; hæreſum peſte, neminẽ habeat parem. Tam rariſſima uero pręminet in eo prudẽtia (quę oĩum uirtutũ, quas cardinales uocãt, eſt maxima) pręſertim ea qua bene regnatur, tamq; eubulia, ſyneſi, ac gnome alta, cõſiderationeq; ſemp & ubiq; comitata, & a pręcipitatione aliena, ꝑ q̃ plurima, eademq; maxima Regna, maximos Principatus, & Imperia, lõgiſſimis terrarũ, mariũq; ſpatiis a ſeinuicẽ diſtãtia, pacatiora, & in officio ſibi

audientiora

audientiora, a multis iam annis continet, quàm uix unquàm ea ulli alii tot annis continuerint. Sane iuſtitia quæ (ut ille ait) mirabilis eſt, uelut Heſperus, adeo in eo reſplendet, ut uix unquàm ullus in eius imperiis, & regnis, etiam cum ſingula ſingulos Reges, & dominos haberent, tutiorem inter improbos innocentiam ſeruarit; neque æquanimius iudicia contra ſe, per ſui conſilii Proceres lata, audierit; neque (quod pro miraculo eſt) minus ulli iudicum inſinuauerit, utri partium maluerit faueri; neque qui magis præſtiterit illa. Iudicium Regis honor. Iudicium decet & clementia Reges. Vix enim unquàm ulli delinquenti, ſine iuſta cauſa, & ſine læſi conſenſu ignoſcit: nec è contrario cuiquàm, concurrentibus his, ueniam negat. Veritas autem, quæ pars iuſtitiæ ponitur, adeo pollet; ut numquàm nec ſerio, nec ioco; neque in magnis, neque in paruis rebus mentiatur, mendaceſque omnes habeat exoſos. Quò ad fortitudinis

nis uirtutem attinet, demiror eſſe qui eum imbelliæ inſimulent. Quorũ ut opinionem demonſtrem eſſe uanam, plura quàm putaram, ſed pauciora quàm poſſem ob breuitatis gratiam, in medium adducam. Primum quidẽ, quod animum eius uere regium, in corpore uiribus uiuidis, elegantique compoſito proportione incluſum, ea Phrenandræa, ſiue fortitudo munit, & occupat; ut nullum inueniat in eo locum inanis, pluſq; ſatis ſibi fidens, glo riпetaque fiducia, quæ Reges ſolent in bella præcipites ferre: neque ullus uanus timor, qui eoſdem ab eis mature ſuſcipiendis nonnumquàm deterret. Quò fit, ut quotiens opus eſt, ſereniſſimo animo, de bello, & pace, priuſquàm quicquàm ſtatuat, quos oportet conſulat, & tam ſecrete id faciat; quòd etiam ſui conſilii Proceres neſciant quid ſtatuerit, donec id exequi iubeat: fitque, ut licet pacis, quæ bellorum finis & ſcopus eſſe debet, ſit ſtudioſiſſimus, artiſque illius aſſequendæ,

quendæ, conſeruandæque pollentiſſimus, bellorumque quò ad eius fieri poteſt impedientiſſimus: cum tamen ad ea ſuſcipienda uis aliqua coegerit, eorum ſit ſuſceptor cautiſſimus, & in finem uſque proſequendis conſtantiſſimus. Deinde, quòd nulli Imperatorum, Regum, & Ducum, qui a quingentis annis cũ longe maioribus exercitibus quàm ipſe in Gallias irruerunt, ea gloria contigerit, quæ illi: cum anno. 1567. fuſo exercitu Gallico, capto direptoque fano ſancti Quintini, oppido munitiſſimo, cum aliquot aliis, ſine graui ſui exercitus iactura, triumphans, Valentianam rediit; non quouis tempore, ſed quo Reges militem hybernatum deducere ſolent: nempe tertio Idus Octobris. Quin & uere inſequenti, cum Bruxellis complementum ſui exercitus expectans, a duobus Henrici Gallorum Regis huius nominis ſecundi (qui tamen fortuna fortitudineque, prudentia militari comitata, nulli ſuorum Præceſſorum ſecundus

dus erat impigerrimis, reiq; militaris callentiſſimis ductoribus, nempe Duce Guiſio, & Mariſcalo Termio, à tergo & à fronte premeretur, ſuis omnibus trepidantibus, & nō paucis cōſulentibus; ut Antuerpiā refugeret, quò inde in Hiſpaniam, ſi res ita ferret, ſe reciperet; ipſe ſolus, ſoli Deo fidens, inuicto & interrito animo, contra omnium ſui conſilii Procerum & Ducum ſententiam, decreuit; ut Comes Agamontenſis cum bona parte militum, quos in Guiſii occurſum præmiſerat, mira celeritate reuocata, & aliquot aliis repente collectis, in Termium irrueret. Qua irruptione, fuſo, fugato, captoq; cū multis nobilibus Termio; ſe, ſuos, ſuaq; oīa in tuto poſuit. Imò & cōſecuta ęſtate, cōparato iuſto exercitu, eundē Henricū apud Dorlanum ad pacē ſibi honorificentiſſimā, quę hactenus durat, & utinā duret æternū, coegit. Tertio, ꝙ poſtea in Hiſpaniam reuerſus, rebuſq; Regnorū illius cōpoſitis, & Iſabella Regina terq; quaterq; maxima, paciſq; toti

orbi Chriſtiano pernecceſſariȩ admini-ſtra, incõparabili cum põpa excepta, mox Pennonem in Mediterraneo mari ſitam, Hiſpaniæq; infeſtiſſimam, & arte lociq; natura munitiſſimam, a Turcarum poteſtate in ſuã, ſine ulla ſui exercitus iactura, reduxit. Melitamque, ſiue Maltam maximo, pertinaciſſimoq; Turcarum exercitu obſeſſam, & mira Valletæ prudentiſſimi, fortiſſimiq; Magiſtri magni ordinis ſancti Ioãnis, ſuorumq; fortiſſimorum cruce ſignatorum militũ uirtute, robore, piaq; audacia, iamdiu ſe defendentem, miſſa magna delectiſſimorum militum manu, ab omni moleſtia liberauit, nõ ſine ingenti Solimanni dolore, iactura, & dedecore. Et in orbis noui prouincia, cui nomen florida, arcem a Gallis clam erectam, & in perniciẽ omnium nauium ex Peru Imperio, & ex noua Hiſpania, in ſuam antiquam redeuntium, ualde munitam ſingulari Dei beneficio, Petro Melendio Duce, ui, citra uel unius militis iacturam, cepit. Et omnes fere Galli qui

eam

eam munierant,& defendebant, quiq; plus mille ducenti erant,cum non ſine magno Diuorum munere in Hiſpanorum (qui uix erant quadringenti) manus uenerunt, licet eſſent uiri fortiſſimi,& ex bona parte nobiles : quia tamen erãt impii,& Lutherani,occiſi fuerunt : quàmuis tanta occido extra pugnã facta,tam pio Regi minime, quod palam eſt, placuit. Poſtremo, ut alia omittam, quis eorum qui ſatis nouit quàm æmulæ ſint Hiſpaniæ,Galliæ, nõ magni faciat ſuppetias illas magnas, tamq; opportunas,quas Gallorum Regi,ob ætatem puerilem, & Lutheranorum multitudinem laboranti, per Hiſpaniam,Italiam,& Flandriam,tranſmiſit? Quàm uero prudẽter,caute,ac fortiter anno ſuperiore in Flandriam pro Lutheranis tumultuantem, Duce Albenſi ductore prudentiſſimo traduxit exercitum ſaluum per Alpes, & fines Gallorum, Heluetiorumq;,qui ſuæ ſectæ Lutheranis maxime fauent, aliorum eſto iudicium ; mihi quidem pro

miraculo fuit. Cuius tñ magnitudinem ſuperauerũt adminiſtratio iuſtitiæ, aptę natæ gentes frænare ſuperbas, ſumpta ſine populi tumultu, de quàmplurimis, & in his aliquot Magnatibus, diuinæ humanæq; Maieſtati rebellibus, uindicta rariſſime audita: & duæ uictoriæ, altera ad Groningiam, altera ad Damum Friſiæ oppida munitiſſima, quas dum hæc typis excuduntur, Dominus Sabaoth, ſiue exercitum Deus, miniſterio eiuſdem Ducis, & ductoris, dedit ei fere incruentas: non obſcure ſignificans id, quod antea tempore patris eius uiri incomparabilis Caroli V. fortiſſimi, glorioſiſſimiq; Imperatoris inſinuauerat: nempe, Chriſtiano a fide catholica deficienti, non ſolum grat am, charitatem, ſpem, aliaſque huiuſmodi uirtutes tolli; ſed etiam prũ dentiam, conſilium, fortitudinem, tum animi, tum corporis auferri, uel certe diminui; quando Germani, pectora nata bello, fide catholica defecti, tam fœdæ occidioni ſubiacuerũt:

ob

ob quæ omnia S. D. N. idemque Pontifex maximus Pius V. pientiſſimus, feſta, preces, ſupplicationes publice decretas, ſummaſque gratias Deo, cum Patribus purpuratis, Clero, ac Populo Romano pedes nō ſemel egit. Magnitudinem autem ſublimitatemq; animi uere Regii, qua magnificentia munerum, & donorum in ſuos, & arcium munitarum regiarum, pomœriorum, pomariorum, & leporariorum, & cuiuſdam ſuperbiſſimi templi, omnes qui ante illum in Hiſpania regnarunt Reges antecellit, maxime laudarē; niſi eſſent quibus aliquantum ea uiderētur nimia. Illis plane metriotis temperantiæ, modeſtiæque characteribus inſigniſſimus eſt, quòd raro aut numquàm uno die plus, neque pluries edat, aut bibat, q̃ alio. Quòdque iam inde a puero (quod pro miraculo eſt) nullum unquàm ſuæ, uel alterius ditionis, nec ullum famulum etiā infirmæ functionis, etiam in miniſtrando grauiter errantem, ullo uerbo in-

 iurio,

iurio, nec irato inceſſerit; contentus blande admonere, ne adeo incurius foret. Quodque dum a ſacris ad prandium rediens conuenitur a multis, & nonnumquàm a plus centum, perinde ſingulos eorum ſingulariter, cum ea benignitate, ſerenitate, ac frontis hilaritate audit, eiſque reſpondet, ac ſi ſolus eum unus conueniret; etiam ſi oporteat ob id unam, uel alteram horam differre prandium: nec prius ſe quieti ſub noctem tradit, quàm omnes libellos ſupplices ab eis porrectos, ſupraſcribat nominibus eorũ, quorum eſt cõtenta in eis cũ eius Maieſtatę tractare; & tradat illi qui eius rei curam gerit, ut craſtino mane eis illos diſtribuat; ſimul certiores faciat eos, qui eos porrexerunt, quibus ſint diſtributi, ut ſciant quos adire oporteat, pro habenda eorum expeditione. Quod denique moleſtias ſe adeuntium, quales quales illi ſint, inaudita corporis, & animi ſibi conſtantium conſiſtentia ferat, adeo quidem, ut me, hominem

alioqui

alioqui nihili, pro Illuſtriſsimo Toletano ſe alloquentem, audierit Pinciæ unam horam & amplius, ſemper ſtans, & rectus; appoſitiſſimeque de more ſuo, enſe pugioneque accinctus; & adeo ſibi ſemper conſtans, & immotus, ut numquàm tuſſiret, uel expueret; numquàm ullam ſui corporis partem, non caput, non collum, non os, non uultum, non humeros, non brachia, manus, digitos, crura, pedes, uel quid aliud, in ullam partem moueret. Audiuit, inquàm, mira præſentia, & intentione animi, reſponditq; adeo apta, terſaque oratione, cui nihil poterat addi, uel adimi; ut præmeditatus, & ex præſcripto locutus uideri potuiſſet. Quæ profecto numquàm uiſa, lecta, uel audita fuerunt. Et ut tandem infantiam meam balbutientem, nimiumque ultra crepidam, in meſſem alienam digreſſam compeſcens, finiam; puto eum omnes qui ante ſe in Hiſpania regnarunt, gloria, non uno nomine ſuperantem, longe

ſuperaturũ, ſi tria quæ dono Dei præueniente facere cœpit, eodem ſubſequente perfecerit. Primum, ſi nonnulli qui indirecte laicam poteſtatem ſub ſpecie maioris iuſtitiæ, utilitatiſque publicæ, intra eccleſiaſticæ fines intrudere nituntur, ſatis uere intellexerint, ſe imitantem ſuos Maiores, & in his Carolum Magnũ, qui relatus in cap. In memoriam. 19. diſt. ſic ait. In memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiã, & Apoſt. Sedem, ut quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticæ eſſe debeat magiſtra rationis. Quare, ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas: & licet uix ferendũ ab illa ſancta Sede imponatur iugũ, tñ ferámus, & pia deuotione toleremus. Velle, inquã, in primis, ut Eccleſię authoritas, & poteſtas ſuſpiciantur, & colantur, eiuſq; iura illæſa ſeruentur; eſſeque frequentiſſimo exemplo perſuaſum, earum cultu, Regna floreſcere; & contemptu, marceſcere, ac tandem a fide catholica deficere

cere. Alterum eſt, ſi ita exequatur ſua iura, quibus iampridem iubet militibus ſuis ſtipendia debita integrè perſolui, ut nullatenus per Ducum ærariis præfectorum, & Theſaurariorum auaritiam, fraudem, & noua inuenta quicquàm eis diminuatur, uel differatur; ne uiri egregii, quorum fortitudine fideli, non ſolum gloria, imperia, & regna, ſed etiam ipſa fides catholica cultus Dei & iuſtitiæ in eis ſtant, & florent, uerecunde mendicent; aut inuerecunde concutiant plebem, aut uiolenter graſſentur, aut turpiter a fide regia deficiant; neue ſuo exemplo uiros ad bella natos a militia ita deterreant, ut cum delectus militum habetur, pauci ea digni aſſcribantur. Tertium eſt, ſi Diuum Ludouicum Regem Frācorum ſua de ſtirpe antiqua prognatum, imitatus, nonnullis qui patrimonium regium nouis inuentis, eiſdemque Eccleſiæ, Populo & Plebi grauibus, contra ius, faſque augere procurant, dixerit in ſententia

ſententia ea quæ illum cuidam Conſiliario ſuo in primis erudito, & perſpicaciſſimo dixiſſe in hæc uerba teſtatur Remundus Ruffus uir pius iuxta ac eruditus; in eo quem contra Molinæum pro Papæ primatu, erudite, pie, ac ornate ſi q̃s alius ſcripſit, libro pag. 390. & ſequenti: Sum tuus & frater, & Rex; te fratrem amiciſſime moneo, hortor, & rogo, ut fluxis his rebus, quas a me te conſequi & ſperas, & ambis; & quibus repentino caſu unà cum uita carere potes, optimæ mentis conſcientiam, ſalutem, incolumitatemq; illam ſempiternam anteponas. Rex uero cũ ſim; hæc edico; ut ſi te poſt hac contra ius, iniuriam tueri captionum neſcio quibus anfractibus intellexero, non ſolum palam te iubebo argui, ſed dignitate & gradu deiectum efficiam, ut ſingulari ſis exemplo omnibus, quò intelligant me nihil niſi ius colere, & tueri; Regemq; me eſſe nõ Tyrannum. Intuli etiam ubi ſupra, ꝙ materia præſens, & deſiderium quod ineſſe mihi

debet

debet ſalutis animarum tot, & tam il-
luſtrium uirorum, quot & quàm ſunt
Cõmendatarii ordinũ militarium Hi-
ſpaniæ,& aliorum Regnorum,impelle-
bant me admonere, q̃ graue peccent,
qui perinde ſuos prouentus eccleſiaſti 3
cos in profanos uſus inſumũt,ac ſi om
nino ſæculares eſſent, non reputantes
ſecum,ꝙ præterq̃ ꝙ illi ſunt prouentus
eccleſiaſtici, ipſimet ſunt religioſi, &
emiſerunt ſolemne paupertatis uotum,
quo dominium omnium quę habebãt
amiſerunt, ſimul cum capacitate noue
quærendi res ullas ſæculares, ut ſupra
mon. IX. cum octo ſequent. & mon.
LXII. cõtra præfatũ N. monſtrauimus;
ac conſequenter, nihil eorum quibus
utuntur,eſt ſuum,nec poteſt eſſe.Nam
q̃uis ſummus Pontifex cum illis, circa
uotũ caſtitatis diſpenſauerit,ut ducere
poſſint uxores:nunq̃ tamen ſuper pau-
pertatis uoto diſpẽſauit, nec ut diſpen
ſet, aliqua iuſta, & rationabilis cauſa
reperiri poteſt,ut alibi in q.1.ſuper tit.
de ſtat. mon. a nobis aſſertum eſt, &

ſupra

ſupra monito. XI. repetitum; dum efficaciter probaui, eos non ſolum eſ ſe perſonas eccleſiaſticas, ſed etiam uere religioſas. Et quia in prædicta rubrica late egimus de difficilibus dubiis, quæ circa eorum facultatem adminiſtrandi, & eorum ſumptus, & adminiſtrationem occurrunt: & ne Apo logia iſta nimis excreſcat, nihil aliud hic addam, præterquàm; quòd ſupplico humiliter eorum Excellẽtiis, & Do minationibus, ſimul & Confeſſariis, ut perpendant eorum Cõmendarum prouentus eſſe eccleſiaſticos, ac conſequenter quæ de illis ſuperfluunt, deberi pauperibus, & aliis piis operibus lege diuina, & naturali iuſtitiæ. Item, ꝙ ſunt religioſi, qui ſe per uotum ſolemne pau pertatis, ab omni dominio, & poſſeſſione ſecularium bonorũ abdicarũt, & ea per ſuam profeſſionem in ordinem quem profeſſi ſunt, trãſtulerunt. Et cõſequenter reditus, & prouentus eorum effecti fuerunt eccleſiaſtici. Cui conſe quens eſt, eos ægre poſſe diſponere de

illis,

illis, nec inter uiuos, neque per ultimam uoluntatem,niſi cum quibuſdam reſtrictionibus: quàmuis ad id habeāt diplomata ſummi Pontificis quàmlibet fauorabilia. Quoniam cum ipſe (ut tamen cum debita eius ſemper reuerentia loquar) non poſſit de ſuis eccleſiaſticis reditibus pro libito teſtari, etiam ſi non ſit ex monachali electus ſtatu, ſed ex ſæculari, ut inferius patebit; minus poterunt facere præfati domini Commendatarii de prouentibus ſuarum commendarum,eo modo quo aliqui ſuis priuilegiis innitentes faciunt;cum ſint religioſi,& inhabiles ad dominium, & etiam poſſeſſionem cuiuſcunq; rei,etiam minimæ,ſaltem ſuo iure,nomineq; habendæ. Intuli quoq; 4
peccare quidē mortaliter eos, qui per donationem a beneficiariis bonorū, notabilem quātitatem accipiunt, ſi ea eſſe ſciuerint de reditibus eccleſiaſticis; & ſi nō excuſat illos aliquid eorū, quæ mox infra ponemus. Nā qui cauſam dat peccādi, uel certe peccato cōſentit,

ſentit, peccat; ad Rom. 1. & c. Notum. 2. q. 1. & late in Manuali cap. 11. nu. 9. Qui uero hanc accipit, profe-ctò uel ſcit eum qui donat mortaliter peccare, uel ſcire tenetur; & conſequẽter peccat. Colligi etiã poteſt ex hoc, multos eorum qui cognatos deſiderant ad Epiſcopatus dignitatẽ euectos uidere, quò ditiores ex eorum donationibus reddantur, plus ſibi mali, q̃ ueræ utilitatis exoptare. Deſiderant enim, ut promoti peccent, ac conſequenter peccant; quod peius eſt eis, quàm ſit bonum diuitiarum. arg. c. Præcipimus. 12. q. 1. & l. Sancimus. C. de Sacroſ. An aũt qui hæc acceperit bona, reſtituere teneaẽ, & quomodo; explicabitur infra q. 2. mon. XXVI.

SVMMARIVM.

Frater Alphonſus, Maldonadus nomine, reipſa optime donatus. nu. 1.

Moniales tot debent excipi in monaſterium, quot ali poſſunt de reditibus monaſterij; & non plures. nu. 1.

Moniales

Moniales iuſte ſuſcipi poſſunt ultra eas, quæ ſuſtentari poſſunt de illius reditibus, modo deferant dotes ſuæ ſuſtentationi ſufficientes. nu. 2.
Simonia frequenter admittitur a Prælatis in ingreſſu monaſteriorum, ſimiliter & a ſubditis. num. 5.
Etiam in accipiendis ſuperfluis dotibus. nu. eod.

LXXXIIII. Moneo, addidiſſe me ubi ſupra prædictis hanc quæ ſequitur deciſionem, quam ut apponerem præfato libello, cum iam ultimam uellem apponere manum, rogauit Venerandus admodũ pater, frater Alphonſus Maldonadus, dotibus optimis bene ac egregie donatus, uidelicet; Peccare monialium Abbatiſſas, aut alio quouis nomine monaſteriis præfectas, ſuos reditus ita prodige expendentes, ut moniales denuo admittere omnino recuſent, niſi tantis dotibus onuſtas, & tantis expenſis factis, quantæ ſufficerent abunde illis per totam uitam alendis. Et tamen nec admiſſis pridem monialibus, nec his quæ denuo admittuntur, uel ſolas ueſtes confe- 1

runt;

runt; imo nec frequenter medicinas. Primo quidem comprobatur id, tam ex antiquo iure, in cap. Periculoſo. §. Sane, de ſtat. reg. quod habuit originem a cap. 1. de inſtit. quàm nouo Concilii Trident. cap. 3. ſeſſ. 25. de regul. præcipiente, ne plures moniales admittantur in monaſteria, quàm ex eorum reditibus abſque penuria earum ſuſtentari poſſint; quod præfatæ nullo modo exequuntur, cum nullas indotatas accipiunt ex reditibus monaſteriorum alendas. Deinde, quia præfata Concilia præſcribunt, ne plures accipiant, quàm ali poſſint ex propriis reditibus: at illæ multo plures accipiunt, ſi habeant dotes. Tertio, quia uehementer abſonum apparet, monaſteria monialium unius cuiuſdam Ciuitatis uiginti millium aureorum reditibus annuis, & eò amplius perfrui: & tamen ob hos reditus adeo cōpioſos, nullam monialem admitti, nec ab ipſis ſuſtentari; niſi pro dote, ſuppellectilibus, & expenſis aliis ſecum

cum adferat, ut multi referunt, octingentos; qui ſufficere haud dubie poſſent ad emendum centum in ſingulos annos ad uitam earum, ſi mille dipondia octo millium pretio emantur, ut emi ſolent. Imo licet eam ſummam tantum deferret, quæ ſufficere poſſet emendis octuaginta aureis, uel ſeptuaginta in ſingulos annos ad uitam, ſatis eſſent, & ad alimenta, & ad ueſtes, & etiam ad medicinas. Et ita nõ ingreditur expenſis monaſterii, ſed ſuis propriis. Poſtremo, quòd mens Conciliorum ea eſt, ne plures moniales indotatæ, nec dotatæ, in monaſteria cooptentur, quàm ex reditibus monaſteriorum ali poſſint. Et quòd in his monaſteriis, in quibus iam admiſſæ hunc numerum excedũt, nullo modo admittantur aliæ, donec uel eo uſq; decreſcat numerus earum; uel creſcant reditus, ut illi numero alendo, & amplius, ſufficiant. Id quod aliquorum Prælatorum præſcripto, in monaſteriis aliquot iam ſeruatur, poſt Concilii Trid. de-

ſinitionem. Et Carthuſienſibus cœnobiis ſeruari pręcipitur ſtatuto quàm ſtrictiſſimo, cap. 12. 3. p. compil. ſtat. quod mire exaggerat Dionyſius Carthuſienſis lib. 1. de Simonia. art. 16. Dubitatio tamen uehemẽs hinc oboritur; poſſint ne Præfectæ monialium alias admittere ſufficienter dotatas, poſteaquàm expletus ſit numerus earum quæ poſſunt ali ex annuis reditibus monaſteriorum: Ex altera enim parte pugnat uſus; id enim crebro fieri cunctis eſt perſpicuum: & conſuetudo eſt optima legum interptes, cap. Cum dilectus, de conſuet. Ex altera uero iura, uidelicet, d. c. Periculoſo, de ſtat. regul. & c. 3. ſeſſ. 25. concil. Trident. quæ id prohibere uidentur, imo ſimoniacum eſſe innuitur in cap. Quoniam, de ſimon. & Extrauag. Vrbā. V. Ne in ea, ut profuſe ſatis Dionyſius tam in lib. 1. quàm in 2. de ſimon. deducit; aſſeuerans firmiter, id a labe ſimoniæ non excuſari, licet nihil aſſumatur pro ingreſſu religionis,

nec

nec pro monachiſmo, ſed tantum ſu-
ſtentationis gratia; nec excuſari ab
hoc monaſterii paupertate. Et ad hæc
omnia comprobanda, uehementer ur-
get Extrauag. Vrb. V. quā retulit Dio-
nyſius præfatus, lib. 1. art. 7. & lib. 2.
art. 2. de ſimon. Nobis tamen uide-
tur. Primo, expedire quidem, ne plu-
res aſſumantur, cum id iura cenſeant
multo melius. Et quòd ampliſſimæ
dotes, quas aliquæ exhibent, in cau-
ſa ſunt, ut quædam quæ non ſponte
ad religionem inducuntur; & quæ-
dam quæ aptæ non ſunt, ingrediantur
monaſteria. Vnde fit, ut maiorem in
ſpiritualibus faciant iacturam, quàm
reportent commoditatem in tempo-
ralibus: quod demonſtrat ſatis Diony-
ſius in d. art. 7. de ſimon. Difficile
etiam factu eſt, hoc ab omni ſimo-
niæ labe excuſare, uti melius, quàm
ullus alius, author ille ſuadet in lib. 1.
& 2. de ſimon. Secundo tamen dici-
mus id non eſſe malum, licet oppoſi-
tum aſſeueremus melius. Credimuſq;

poſſe Præfectas monaſteriorum, ſine ulla culpa aliquas ad religionem anhelantes, & aptas, ſufficienter dotatas admittere; etiam ubi ſit expletus numerus earum, quæ ali poſſint ex reditibus monaſterii: dum tamen ab omni ſimonia caueant moniales, quæ ſolent aliquid pro ſuffragiis accipere. Primo, quia id aſſeuerauit S. Thom. a Caiet. probe expoſitus Sec. 2. q. 100. art. 3. ad 4. Deinde, quia nunquàm, ut credimus, uel difficile in Hiſpaniis, Dionyſii approbabitur ſententia: ubi complures, ſuas filias in monaſteria deferunt, non tam religionis gratia, quàm ne cogantur nuptui tradere inferioris ordinis hominibus. Rurſus, quia etiam S. Thomas tenuit, licere recipere uirgines dotatas in monaſteriis, in quibus nõ ſufficerent omnibus, ſi reciperentur ſine dote. Iam autem tempore S. Thomæ illud erat cautum in cap. Periculoſo, de ſtat. regul. lib. 6. quod modo innouat Trident. Concilium in d. cap. 3. de regul.

ſeſſ. 25. ſcilicet; ne admitterentur feminæ plures intra monaſteria, quàm ali poſſent. Vnde ius tum antiquum, tùm nouum exponendum apparet, ne recipiantur iudotatæ, uel cum damno aliarum monialium, uel cum expenſis Monaſterii. Illa autem ſimonia quæ interuenire ſolet, ſubterfugi poſſet, quibuſdam obſeruationibus additis; quàmuis difficulter, ut Dionyſius aſtruit in d. art. 7. lib. 1. & in d. art. 2. lib. 1. de ſimon. Vnde id obſeruatur quàmdiligentiſſime in ordine Carthuſianorum, ex ſtatuto præſcripto in cap. 2.3. par. ſtat. Carth. de quo locuti ſumus, q̃ grauiſſimas pœnas adhibet, contra Præfectas, & moniales alias, ſi ante ingreſſum, uel poſt, dona ulla uel præmia acceperint uel per ſe, uel per alium, ab ea quæ denuo in earum numero cooptatur, iuxta ea quę præſcripſit etiam Extrauagans Vrb. V. quę ſub grauibus cenſuris inhibet donationes, & acceptiones omnes, directas, aut indirectas, tam his quæ ad-

mittuntur, quàm admittentibus. Quia tamen hæc ſimonia euitari poteſt, ſi dos neceſſaria pauperi monaſterio detur, huic noſtræ ſententiæ tandem ad-
3 hæreo; obteſtans Præfectas Reuerendiſſimas in Domino, ne recipiant plures, quàm alere poſſint monaſteriorum reditibus annuis, etiam indotatas, & ſine muneribus: quod ſi alias dotatas receperint, caueant, ne id in aliarum cedat detrimentum; & ante omnia proſpiciant, ne uel ipſæ moniales ſuffragium dantes, in ſimoniam aliquam incidant. Illud etiam pro certo habeant, & animaduertant, ex pacto aliquid accipere ultra id quod neceſſarium ſuſtentationi monialis iudicio cordatorum cenſeatur, eſſe ſimoniacum. Nam ex pacto nihil aliud poſſunt accipere, præter illud quod alendæ moniali ſit neceſſarium: eo quòd ei monaſterium præ inopia, non poteſt tribuere. Si ergo aliquid ultra acceperint, uel ſi dotem exegerint, quan do monaſterium poſſet eam alere, illicite

licite recipiunt. Quod ſi hæc uera ſunt; quid, quæſo, dicemus ad prodigas illas expenſas, & profanos apparatus fieri ſolitos ex pacto tacito, uel expreſſo, dum uel ingrediuntur monaſterium, uel profeſſionem emittunt? Quid aliud moderatius, quàm ut hæc uehementer interdicantur; & culpentur, ac puniantur illæ, quæ talia faciunt? & ſimul etiam doceantur, quãto honeſtior appareret cũctis hæc inſpicientibus; modeſta quædam humiliſque temperantia, ſpirituali coniuncta contemplationi, quàm pompoſa intemperantia mundanæ cuidam admixta uoluptati in funeralibus eius quæ per profeſſionem moritur mundo, & naſcitur, uel excreſcit Deo,

Secunda quæſtio.

An beneficiarii impendẽtes ſuperflue, uel profane reditus ſuorum beneficiorum, non ſolum peccent mortaliter; ſed etiam teneantur ad reſtitutionem?

SVMMARIVM.

Bonis de eiſdem intelligitur quæſtio ſecunda, de quibus prima. num. 1.
Iuſtitia ſpeciali non tenetur, quicunque per Iudicem cogi poteſt. num. 2.
Leges de omnium uirtutum actibus feruntur, & ita tam de actibus uirtutum theologarum, quàm moralium cardinaliũ, & eis contributarũ. nu. 3.
Iuſtitia ſpecialis, & generalis longe differũt. nu. 4.

MONEO primo, quòd ad hanc ſecundam quæſtionem reſponſurus, in prædicto libello præmiſi; Primo,

mo, intelligendam illam eſſe de om- 1
nibus, & ſolis eiſdem reditibus ec-
cleſiaſticis, de quibus intelleximus
primam, ſupra monito XXI. & XXII.
Falſum item eſſe; quòd præfatus N. 2
ait, uidelicet; quòd quicumque poſ-
ſunt compelli per Iudices ad aliquid
faciendum, tenentur ad illud lege iu-
ſtitię uerę & ſpecialis; cuius tranſgreſ-
ſio ad reſtitutionem obligat. Quo-
niam cum leges ferantur de actibus
omnium uirtutum, ut docet Thomas
receptus Prima 2. quæſt. 95. artic. pri-
mo, & melius. *96.* artic. 3. iuxta il- 3
lud Philoſophi Ethic. 5. Præcipit lex,
quę debent fortes opera facere, &
quę temperati, & quę manſueti. Si-
militer autem ſecundum alias uirtu-
tes & malitias; hæc quidem iubens,
hæc autem prohibens: ideo tam di-
uerſæ ſunt leges, quàm diuerſæ ſunt
uirtutes, de quarum actibus illæ fe-
runtur. Vnde, alia ſunt præcepta, &
leges fidei, de quibus Thomas Sec. 2.
quæſt. 17. & alię leges uirtutis ſpei, de
quibus

quibus idem ibidẽ. q.22.& aliæ leges, & pręcepta charitatis, de quibus idem ibidem. q. 44. & aliæ leges, & præcepta prudentiæ, de quibus idem ibidẽ. q. 56. & aliæ leges, & præcepta iuſtitię ſpecialis, de quibus idem ibidem. q. 122. & aliæ leges, & præcepta fortitudinis, de quibus idem ibidem. q. 140. & aliæ leges temperantiæ, de qui-
4 bus idẽ ibidẽ. q.170. Cum ergo alia ſit uirtus iuſtitia ſpecialis, quæ principaliter uerſatur circa res, & actus exteriores, & in reddendo debitum ſecundum æqualitatem; & alia iuſtitia generalis, ſiue legalis, quę uerſatur in referendo omnes actus uirtutum in commune bonum humanum; ſicut charitas uerſatur in referendo eos omnes in cõmune bonũ diuinum, ſiue Deum, ut docet D.Tho. ibidẽ. q.58. art.7. Cũq; alia ſit uirtus iuſtitia ſpecialis, quę principaliter uerſatur in iis quę ſunt ad alterum, ad reddendum debitum ſecundum æqualitatem; & aliæ ſunt uirtutes annexę illi, quę potentiales uocantur: quæ

quæ licet uerſentur in iis quę ſunt ad alterum, ut iuſtitia ſpecialis; deficiũt tamen ab ea, eo quòd nõ uerſantur principaliter circa actus exteriores, ſed circa interiores, & ſecundario circa exteriores; & circa eos nõ in reddendo debitũ legale ſecũdum æqualitatem, ſed aliæ in reddendo debitum morale tantum, ut liberalitas, modeſtia: uel in reddendo debitum legale, ſed nõ ſecundũ æqualitatẽ, qualis eſt religio, qua reddimus Deo debitũ; & pietas, qua exhibemus parentibus, patriæ, & ſanguine iunctis debitum cultũ: & obſeruantia, qua dignitate, uirtuteq; præminentes colimus, ut elegãter docet idẽ ibidem. q. 80. art. 1. Cum ergo, inquam, hæ uirtutes adeo inter ſe differant; ita etiam oportet, ut leges, & pręcepta de actibus earũ lata, tantundem differant. Itaq; cogitur N. confiteri, multos multis ita debere, ut per Iudices compelli poſſint ea pręſtare, quę tamen non ſunt debita per leges iuſtitię ſpecialis; ſed tantum per leges generalis iuſtitiæ,

quę

quæ cum omnibus aliis uirtutibus cō-currit; uel per leges ſpeciales illarum uirtutum ſpecialium differentium a iuſtitia ſpeciali, eo modo quo dictum eſt. Quamobrem, cum fundamenta N. contra communem, & nos, agant de legibus charitatis, uel miſericordiæ, uel pietatis; nihil ei proſunt, neque obſtant noſtræ concluſioni: quia a diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

SVMMARIVM.

Iuſtitiæ ſpecialis legem frangens, tenetur ſemper ad reſtitutionem faciendam. num. 1.

Leges de alendis parentibus uel liberis, non ſunt leges iuſtitiæ ſpecialis. num. 2.

Iuſtitiæ ſpecialis debitum quantum differat a debito aliarum uirtutum. num. 2.

II. Moneo, quòd ex monito proximo infertur contra N. eſſe inconcuſſe tenendum, quòd frangens leges iuſtitię
1 ueræ ſpecialis, tenetur ad reſtitutionem damni, & nō qualem qualem; ſed ſecundum æqualitatem. Tum, quia hęc eſt

eſt communis Alexandri Halenſis, & Anteceſſorum noſtrorũ opinio, relata infra mon. VII. a qua non eſt recedendum ſine lege, uel efficaci ratione, per iura ſæpius allegata. Tum, quia nullius momenti eſt argumẽtatio illa; Hoc eſt debitum adeo legale, ut debitor poſſit cogi ad illud per Iudicem. Ergo eſt debitum legibus iuſtitiæ ueræ & ſpecialis, ut in proximo monito probatum eſt. Tum, quia leges quæ iubẽt, 2
ut cogantur per Iudices parentes alere filios, uel è contrario certis caſibus non ſunt de legibus iuſtitiæ ſpecialis, de quibus loquitur Alex. Halen. cum communi, ut expreſſé probatur in l. Si qs a liberis. ff. de lib. agnos c. ibi; Sed cum hæc res ex æquitate, & charitate ſanguinis deſcẽdat: per quæ uerba Iuriſcõſultus exprimit leges illas de alendis filiis a parentibus; & è contrario nõ deſcẽdere ex iuſtitia illa ſpeciali & uera, de qua Tho. receptus in pręf. Sec. 2. q. 58. ſed ex pietate, quæ eſt uirtus ſpecialis, illi applicata; quæ patriæ, paren-
tibus,

tibus, & ſanguine iunctis prouidet: de qua idem Thom. etiã receptus ibidem. q. 101. Tum, quia nec debitum legale, quo quis tenetur, & poteſt cogi a Iudice ad faciendas eleemoſynas, ſiue ad ſubueniendum extremam uel magnam neceſſitatem patienti, iuxta gloſ. receptam iuncto textu cap. Sicut hi. 47. diſt. & tradita per Tho. Sec. 2. q. 32. eſt debitum legibus iuſtitiæ ſpecialis præfatæ; ſed legibus charitatis & miſericordiæ, ut probat Thom. ubi ſupra. Tum, quia inter iuſtitiam ſpecialem, & alias uirtutes ſpeciales hoc diſtat; quod illa, & eius leges principaliter & immediate uerſantur circa res & actiones exteriores, ad reponendam in eis æqualitatem eius quod formaliter, uel uirtualiter datur, & accipitur. Miſericordia uero, & pietas, & omnes aliæ uirtutes ſpeciales, & earũ leges, uerſantur principaliter & immediate circa actus interiores in mouendo, uel moderando paſſiones animi, licet minus principaliter: & per

conſe-

cõſequentiã, moueãt etiã ad actus exteriores. Quod ſingulariter & ſubtiliter ſenſit Tho. Sec. 2. q. 122. art. 1. ad 4. Itaque ex eo quòd non tenetur ad reſtitutionem damni qui uiolat leges pietatis, & miſericordiæ, non ſoluendo parentibus, uel pauperibus debitum legale; quod debet illis legibus pietatis, uel miſericordiæ, non infertur; quòd non teneatur ad reſtitutionem damni, quod præſtat, uiolando leges iuſtitiæ ſpecialis, cum hæ ſint ſeparatæ ab illis: & a ſeparatis non fiat illatio, per iura uulgata: & ita in uniuerſum eſt uera præfata communis, & noſtra propoſitio.

SVMMARIVM.

Lex quæ iubet ſuccurrere patienti extrema, non eſt lex iuſtitiæ ſpecialis, ſed charitatis, pietatis, miſericordiæ, uel iuſtitiæ generalis. nu. 1.

III. Moneo, quòd ex duobus proximis monitis infertur, quòd N. toto cælo errat, noue tenendo contra omnes; legem quæ iubet ſuccurrere neceſſita- 1

tem

tem extremam patienti, eſſe legem iuſtitiæ ſpecialis. Tum; quia per allegata in illis, conſtat illam eſſe legẽ charitatis, miſericordiæ, pietatis, uel iuſtitiæ generalis; non autem ſpecialis, quæ uerſatur circa res exteriores; & in reddendo legale debitum ſecundum æqualitatem. Tum, quia qui obligatur ad dandum aliquid extrema patienti, ut ab eis liberetur, & non dederit illud ei, non tenetur reſtituere illud poſteaquàm illa neceſſitas trãſierit, ſi aliquo alio modo liberetur; neque hæredibus eius, ſi perierit ſecundum omnes; & ipſummet. N. Cũ tamen is qui debet alicui aliquid per legẽ iuſtitiæ ſpecialis, tenetur illud ſoluere, etiam poſteaquàm tranſierit tempus, & articulus in quo ſoluere tenebatur ipſi; ſi ſuperuixerit; uel hæredibus eius, ſi obierit. l. 1. & per totũ tit. C. ut actiones ab hæred. & contra hær. & in l. 1. C. de hæred. act. Tum, quia qui debet ex mutuo, uel aliquo alio contractu alicui extremam neceſſitatem pa-

tienti

tienti illud, quo eum poſſet ab illa il-
berare, ſi non ſuccurreret ei, teneretur ei ſoluere illud ſi ſuperuiueret per alterius opem; uel hæredi eius, ſi obiret mortem: & non alia ratione, quàm quia illud ei lege ſpecialis iuſtitię debebat. At id quod ſine ullo contractu expreſſo, uel tacito debetur alicui propter ſolam neceſſitatem extremam, non debet reſtitui lapſo tempore illo neceſſitatis, & non alia ratione, quàm 1
quia non debetur ei lege ſpecialis iuſtitiæ, ſed alia charitatis, miſericordiæ, pietatis, uel iuſtitiæ generalis. Ergo propoſitum. Tum, quia non obſtat Caietani authoritas, qui uiſus eſt ſignificare N. quòd legibus iuſtitiæ tenemur neceſſitatem extremam patienti ſuccurrere. Nam, quia cum generaliter loquatur de legibus iuſtitiæ, poteſt intelligi de iuſtitia generali, & non de ſpeciali; cum dicta Doctorum in dubio ita interpretari debeant, ut iuri recepto conſonent. argumento cap. Cum expediat, de elect. lib. 6. Et ſi

eius dictum aliter intelligatur, eſt falſum, & contra communem omnium.

SVMMARIVM.

Dominium unius & eiuſdem rei, non poteſt eſſe plurium in ſolidum; & non tranſit ipſo iure in extreme egentem. nu. 1.

Reſtituere tenetur quis ea, quæ extrema patiens accepit, lapſo illius neceſſitatis articulo, niſi & cæt. nu. 2.

IIII. Moneo, ſatis cõſequens eſſe
1 proximis tribus monitis; ueriorem eſſe illam ſententiam, quæ habet; Neminem fieri uerum dominum rei qua eget ad liberandum ſe ab extrema neceſſitate; licet iuſte poſſet eam accipere, etiam authoritate propria, & ea uti quatenus eſſet ad id neceſſaria: quàm contrariam. Tum, quia illa non uidetur probari ulla lege, uel efficaci ratione, ſine quibus non eſt affirmandum aliquid contra ius regulare, cap. Legatur. 24. q. 2. §. Conſideremus; in Auth. de Trient. & ſemiſſ. coll. 3. c. Conſuluiſti. 2. q. 5. & c. 2. de tranſl. præl. & ius regulare habet id quod eſt unius, ſine

ſine conſenſu eius, non effici alterius: l. Id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iu. Tum, quia lex illa celebris, quæ eſt ſecunda in §. Cum in eadem. ff. ad l. Rhod. de iactu. non habet; res fieri communes per neceſſitatem, ſed eſſe communicandas. Tum, quia non patiuntur iura, ut eiuſdem rei dominium ſit penes plures in ſolidum; l. 3. §. Ex pluribus. ff. de acq. poſſ. Tum, quia legi charitatis, miſericordiæ, ac pieta- 2
tis, & cuiuſcumque alterius uirtutis ſatis fit, ſuccurrendo neceſſitatem extremam patienti ſufficienter, ad hoc ut ab ea liberetur, ut palam eſt. At frequentiſſime ſuccurri poteſt, & abunde quidem extrema patiēti, commodando, uel locando ei rem illam qua eget, non tradendo ei dominiū illius. Verbi gratia; Aliquis, alioqui ſaltem alibi diues, in montibus, Alpibus, uel Pyrenæis niuecanis, neceſſitatem extremam alicuius ueſtis patitur: & aliquis alioqui pauper, deferens ueſtes pretioſiſſimas, holoſericas pellibus her-

minorũ cariſſimis duplicatas ſiue ſuffultas, obuiat illi; tenetur quidem ei unam, uel duas, uel plures, & quotquot ille ad illam neceſſitatem ſubleuandam eget, commodare uel locare; ſed non dare, & transferre in illum illarum dominium. Imo, cum ſe in aliquem locum ubi neceſſitas illa ceſſaret, reciperent; poſſet illam, uel illas quas commodauit, repetere: quod nemo negabit. Tum, quia nemo diceret, quòd ſi quis, alioqui diues, aliquo in loco fame moriens, obuiaret alicui piſtori, uiginti mulos panibus coctis onuſtos aliquo agenti; fieret dominus omnium illorum panum; cũ tamen qua ratione fieret dñs unius, eadem quoque fieret omnium, antequàm ullo illorum ad ſedandam famẽ uteretur. Neque quiſquàm diceret, piſtorem obligatum eſſe ad dandum dominium omnium illorum illi; neque illum authoritate propria poſſe omnes eos ſibi occupare. Imo, quilibet eruditus dicet ſatisfacere piſtorem, com-

municando

municando illi eſurienti panes neceſſarios ad illam eſuriem ſedandam. Tum, quia ridiculum uidetur, & grauitati legum contrarium, dicere; extremam famem patienti, quæri dominium omnium panum, qui in foro uenduntur; & ilico ſedata per unum panem fame, illud ei perdi; & rurſus iterata fame, fieri eius; & propulſata ea, deſinere eſſe illius. Tum, quia gloſſæ receptæ in d. §. Cum in eadem, & in d. cap. Sicut hi. 47. diſt. aſſerunt, uerbum, communia, in illo dicto; Neceſſitas omnia facit communia; exponendũ eſſe per communicanda. Tum per quædã alia, quæ conſiderauimus in noſtro Man. Confeſ. cap. 17. a nu. 60. ubi hoc aliquantulum limitamus.

SVMMARIVM.

Alphonſus Caſtrenſis laudatus, nu. 1.
Actione ſubſidiaria, qui tenetur; ad tantam reſtitutionem tenetur, ad quantam qui principali. nu. 2.

V. Moneo, quòd non eſt uera doctrina

1 illa noua; quam præfatus N. ſpatiatus late circa quiddam incidens, contra celeberrimum, eundemq; eruditiſſimũ uirum Alphonſum Caſtren. affirmat, uidelicet; quòd licet qui obligatur lege iuſtitiæ ſimpliciter, ſi tempore opportuno non ſoluat, teneatur ad reſtitionem, non autem qui non obligatur ſimpliciter, ſed tantum in ſubſidium. Tum, quia nullo iure illa fundari poteſt; & ita erubeſcendum eſt id ſine lege dicere. §. Conſideremus. Auth. de Trient. & ſemiſ. coll. 3. & cap. 2. de
2 tranſl. præl. Tum; quia qui tenetur actione ſubſidiaria, perinde reſtituere debet, ac qui tenetur actione principali. l. Sancimus. C. de Sacroſ. Eccleſ. quæ habet; eum qui uaſa ſacra quæ emit, conflauerit, uel alio modo immutauerit, teneri actione in factum ſubſidiaria; in defectum actionis rei uendicationis; per quam tantundem recuperatur, quantum per rei uendicationem in cuius ſubſidium datur. Et qui tenetur actione ſubſidiaria. l. Aquiliæ,

liæ. perinde tenetur, ac ſi teneretur actione directa eiuſdẽ. §. fin. Inſtit. de l. Aquil. Omnis item actio in factum, eſt ſubſidiaria, ut ait Bart. in d. l. Sancimus. nu. 2. C. de Sacroſ. Eccleſ. quæ habet locum in uariis articulis iuris, ut habet tex. ibi, quos enumerat gloſ. eius, in uerb. Articulis, & in rubr. ff. de præſcript. uerb. & Bart. ubi ſupra nu. 16. & in l. Ex placito. C. de rerum permut. uidelicet, in omnibus caſibus, in quibus datur actio præſcriptis uerbis, & ex omni interdicto, & edicto unde non oritur actio nominata, ut aiunt præfata gloſ. & Bart. in hoc recepti. Et tamen certum eſt, cũ qui tenetur actione præfata in factum, teneri ad reſtitutionem. l. Naturalis. l. Quoties, de præſcrip. uerb. quæ probant eam dari, ſaltem ex tribus contractibus innominatis, & in l. In bonæ fidei. C. de pact. quæ cum ei cõcordantibus habet, eam naſci ex pactis bonæ fidei contractibus ex continenti appoſitis. Et pater, uel maritus, qui tenetur actione in fa-

ctum pro furto, uel uxori, uel filio, facto in ſubſidium actionis furti, quę nõ datur contra patrem, uel maritum; perinde tenetur reſtituere rem ſublatam, ac ſi teneretur actione furti. l. ſi quis uxori, ff. de furt. cum allegatis ibi, per gloſſ. & Bart.

SVMMARIVM.

Charitate ſola obligatum ad aliquid, poſſe ad id compelli num 1.

Actio, uel officium iudicis datur, quoties æquitas id ſuadet. num. 1.

VI. Moneo, quòd N. non debuit niti 1 authoritate præfati Dom. Soti, dicendo; quòd affirmauerit in lib. 4. q. 3. de iuſt. & iur. Eum qui ex ſola charitate ad aliquid tenetur, nõ poſſe ad id per Iudicem cogi. Tum, quia ille ibidem ait, quòd licet aliàs id dixiſſet; tamen non habet locum illud in obligatione ſuccurrendi extremæ neceſſitatis articulo. Tum, quia licet uterq; id aſſereret, non eſt uerum: quia quoties æquitas

tas ſuadet actionem dari, aut aliquid dari, uel fieri, datur remedium officii Iudicis, uel actionis in factum, uel certi condictio ex lege: ſiue illa æquitas deſcendat ex lege lata ſuper actibus charitatis, ſiue fidei, ſiue miſericordię, ſiue pietatis, ſiue iuſtitiæ ueræ ſpecialis, ſiue alterius cuiuſlibet uirtutis, ut ſupra, ead. q. monito. I. & II. dictum eſt, & probatur per l. Qui ſeruandarum. & l. Solent. & l. Quoties. ubi lata de hoc gloſſ. recepta. ff. de præſcript. uerb. facit. l. Si me & Titium, cum ei annot. ff. de reb. cred. & l. Hæreditas. ff. de petit. hæred. & in terminis noſtris eſt gloſſ. cap. Sicut hi. 47. diſtinct. uerb. Eſurientium. & in cap. Tibi domino, uerb. Neceſſe. 61. diſtinct. & in cap. Ius naturale. 1. diſtinct. uerb. Communis. & l. Neminem. C. de Sacroſ. Eccl. quę gloſſæ habent; cogi poſſe diuites officio Iudicis, ad faciẽdam eleemoſynam pauperibus maxima neceſſitate laborantibus. Et ita ille grauiſſimus, eruditiſſimuſq; Aluarus

rus Pelagius ubi ſupra de Planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 28. col. fin. concludit; poſſe beneficiarios iure compelli ad erogandum ſuperflua pauperibus, argumento cap. Qualiter, & quando, ibi; Redde rationem de accuſationibus: & melius per cap. 1. 10. q. 3. ibi; Et ſingulis annis Epiſcopo ratio fiet, & per alias rationes: cui ſatis conſonat Cardinalis in Clem. Gratiæ, de reſcript. col. pen. Quorum ipſe opinioni lubens me ſubſcriberem, quando concurreret maxima neceſſitas pauperum, & clara ſuperfluitas beneficiariorum nolentium eis ſubuenire; uel clara in profanos uſus profuſio: de quo latius infra tractabimus. Quàmuis deciſio hæc Pelagii, magis nititur legibus iuſtitiæ ueræ & ſpecialis, quibus ad id tenentur beneficiarii, ut ibi dicemus.

SVMMARIVM.

Beneficiarius impendendo uane, uel profane beneficij reditus, non ſolum peccat mortaliter; ſed etiam tenetur ad reſtitutionem. nu. 1. Quod etiam tenuit Thom. nu. 2.

Reſtituere

Reſtituere tenetur, qui ex cõmunibus minus quàm debet tribuit ſingularibus. nu. 3. Et qui onus, uel modum iniunctum non adimplet. nu. 4.

Furtum admittit, qui re aliena in aliũ uſum quàm conceſſum, utitur. nu. 5.

Beneficij fructus dari ad pauperes ſuſtentandos, multis in locis Thom. affirmat. nu. 5.

Iuſtitiæ ſpecialis legem frangẽs, tenetur ad reſtitutionem; non aũt frangens charitatis legẽ. nu. 6.

Præcepta omnia Decalogi, ſunt iuſtitiæ; ſex quidẽ poſtrema ueræ & ſpecialis: quatuor uero prima, partium potentialium eius. nu. 7.

Beneficiarius, ſecundum oẽs, tenetur magis quàm laicus ad eleemoſynas; ergo alia lege quàm laicus. nu. 8.

Beneficiarius, qua lege mortaliter peccat, abutendo ſuis reditibus; eadem tenetur reſtituere. nu. 9.

Beneficiarius qua lege ante diuiſionem tenebatur reſtituere profane impenſa, eadem & poſt eam tenebitur; quia diuiſio quò ad hoc nihil nouauit. nu. 10.

Eleemoſynarius cum facultate ſe alendi, reſtituere debet pauperibus quæ uane impendit; & talis eſt beneficiarius. nu. 11.

Decimæ, & alia bona eccleſiaſtica, onus pauperũ alendorum habent. nu. 12.

Beneficiarij prodigitas, etiam de parte ſibi a communi ſeparata, ſacrilegium dicitur a S. Bernardo. nu. 13.

Concilium

Concilium Trident. tacite ſenſit beneficiarium lege iuſtitiæ teneri ad dandum ſuperflua pauperibus. num. 14.

VII. Moneo, me in præfato libello di-
1 xiſſe; quod circa deciſionē huius quæſtionis ſecundæ, ego ſemper uſq; ad compoſitionem illius, ſecutus fui cōem ſententiam; & tunc percupiui tenere contrariā, & tenuiſſem certe, ſi quo modo ſatisfacere meæ cōſcientiæ potuiſſem; ſed quia id facere non potui, ideo tunc firme tenui, & nunc firmius aſſeuero prædictam cōem, ſcilicet; beneficiarios, inſumentes male, uane, aut profane notabilem redituum præfatorum quantitatem, ultra id quod per contenta in corollariis 1. q. præfati libelli, quæ ſupra repetūtur in ſumma a mon. LXXV. uſq; ad finem quæſtionis præcedentis, eis permittitur, non tantum peccare mortaliter, ſed etiam obligari ad reſtituendū: quod quia præfatus N. & quidam alii, quāuis aliorū collatione pauci cōtrariam affirmant, ualidiſſime in frequentibus argumentis probo, nullatenus

nus ab ea recedendum. Primum quidem, quòd opinio cõmunis id habet, etiã ipſomet N. id confitente in 2.par. c. 1. Nam eam affirmant ii, quos citauimus in præf. libello, quẽ in hoc defendimus q.2.nu.8. ſcilicet; Archid. & Dom. in princip.44.diſt.& in c.Statutum.§.Aſſeſſorem,de reſcript. lib.6. & in c. Præſenti,de offi. ord.eod.lib.quibus ibidẽ conſentiũt Io.And. Anchar. & Peruſ.& Io.Lina.in Clem.Gratiæ,de reſcrip.& Panor.in c.Cum ſecundũ,de præb.ubi nos late probauimus,& in c. Cũ eſſes. nu. 21. de teſtam. Alberi. in dictionario,uerb.Clericus.Aluarus Pelagius uir grauiſſimus,q. lib.2.de Planctu Eccl.c.28.col.8.& quinq; ſequen. neruoſiſſime hanc partem probat; dicens, ſe illam conſcientia urgente affirmare.Idem Anton.in cap. fin.nu.17. de pecul. cler. Felyn. in c. Poſtulaſti. nu. 6. de reſcrip. & in cap. De quarta. num. 33. in fin. de præſcript. Dec. in cap. Epiſcopus, de præb. & Antoni. Burgen. in cap. 1. nu. 28. de empt. & ante

ante illos Alex. Halén. doctor irrefragabilis. 3. par. q. 36. memb. 5. Richard. item in. 4. diſt. 15. art. 3. q. 1. ad 1. & poſt eos Paludan. in eod. 4. diſt. 24. q. 3. art. 3. Gabriel in præfata diſt. 15. q. 8. & Maior in prædicta diſt. 24. q. 17. qui auſus fuit dicere; nullum doctorem qui ante eius ætatem mortuus fuiſſet, contrarium tenuiſſe: quàmuis in hoc lapſus fuerit, ut ubi ſupra diximus; & Guiliel. de monte Laugd. in Clem. Quia contingit, de relig. dom. Sanctiſſimus itē ille Antoni. Archiepiſcopus Florent. in 3. par. tit. 15. cap. 1. §. 19. & in 2. part. tit. 2. cap. 2. §. fin. quàmuis Syluester idem tenens in uerb. Clericus. q. 4. per inaduertentiā contrarium imponat ei, in 2. part. tit. 2. §. fin. & Angel. a Clauaſio in uerb. Clericus. 4. §. 4. uir miraculis, ut fertur, clarus: Summa item Piſana, uerb. Clericus. 4. §. 4. cum Henrico Gandauēſi quodlib. 8. q. 25. Driedonius etiā lib. 2. cap. 4. de liber. chriſt. Imo & Caiet. Sec. 2. q. 185. art. 7. & q. 119.

tantum

tantum abeſt, ut ille allegari debuiſſet pro contraria ſententia: quoniam pro noſtra parte eſt, ſi ſatis perpendatur, ut in d. lib. q. 2. nu. 9. oſtendimus; quàmuis obſcure loquatur, utens nouis loquendi modis. Ait enim, quòd ubi reditus Epiſcopatus, & Canonicatus exæquant, uel parum excedunt, eam partem quæ eis eſt ad ſe honeſte ſuſtentandos neceſſaria, non tenentur ea quæ profane impendunt, reſtituere; ſed ſic quando eſt longe maior. Quod dicere, perinde eſt ac affirmare; eum non teneri ad reſtituendum ea, quæ in alios uſus inſumpſerit, de parte illa quę ſibi honeſte alendo iudicio uirorum prudentum eſt neceſſaria: reliquũ autem ſic. Quod totum ipſum etiam nos omnino fatemur cum communi ſententia, extendentes nos paulo ultra, per ea quæ diximus in dicto libello. q. 1. corol. 10. & ſeq. a nu. 59. & ſupra q. 1. mon. XXX. & ſeq. Eandem etiam affirmat Vlricus author grauiſſimus, qui late refertur, & probatur ab

illo perdocto iuxta ac perſancto Dionyſio Carthuſ. in lib. contra pluralitatem, art.2. Iaſ. etiã conſ.75. uolu.2. Socin. conſ.32. uol.1. Petr. de Vbald. in tract. de ſucceſſione ab inteſtato, part.ult. & denique id ante omnes ſenſit Innoc. IIII. in cap. Indecorum, de ætat. & qual. & adeo eſt communis, ut Io. Maior ubi ſupra; auſus fuerit dicere, ut prædiximus; nullum; qui antequàm ipſe naſceretur mortuus fuiſſet, contrarium tenuiſſe. Et adeo, inquam, cõmunis, & canonibus Eccleſiæ cõſonans, ut Archid. in præfato.§. Aſſeſſoré, dixerit, contrarium eſſe iuris hæreſim. Et Petr. Sotus, ſupra mon. XXXVIII. relatus, affirmauerit; eſſe grauiſſimum errorem, ſaltem cõtra bonos mores, & iuſtitiam; & quidni contra ſcripturam? quæ ſunt uerba eius. Secundo, principaliter probatur, eo ꝙ etiam Diuus ille
2 Thom. cuius authoritate nituntur cõtrariam partem affirmantes, ſi eius ſententia, & uerba ſatis perpendãtur, pro noſtra parte eſt, ut præfatus Petrus Sot. indicat,

indicat, allegando eum pro hac parte, & Ioan. Maior ubi ſupra, uehementer contendit; nullatenus eum adeo pium & doctum uirum contra hæc tenuiſſe: quod ex multis dictis eius rem ita ſe habere colligimus ſupra, q. I. monito.XL.Tertio, principaliter probatur noſtra prædicta concluſio rationibus adeo fortibus; ut ob eas eſſet affirmanda, etiam ſi Thom.& communis teneret contrarium, iuxta doctrinã quæ colligitur ex cap. Capellanus, de feriis, & l. 2. §. ſed neque. C. de uete. iu.enu. Quarum una eſt hæc; quòd nõ ſolum qui accipit, uel retinet iniuſte alienum, tenetur ad reſtituendũ illud. cap. Si res aliena. 14. q.6. cap. Peccatum, de reg. iur. lib. 6. ſed etiam ille, qui diſtribuenda communia ſingularibus, quibus ſunt deſtribuenda, diſtribuit eis minus quàm debeat; ut affirmat Thom. Sec. 2. q. 62. art. 2. ad 3. ubi late Caiet. At omnis beneficiarius, qui ea quæ ſunt ſibi ſuperflua, non diſtribuit piis uſibus, minus quàm debet 3

dat eis. ergo tenetur ad reſtitutionem.
4 Quarto, probatur altera ratione, ſcilicet; quòd etiam tenetur ad reſtitutionem, qui accipit aliquid cum onere dandi illud, uel aliquam eius partẽ alteri, ſi onus illud non impleuerit, per l. 1. 2. & 3. C. de Donat. quæ ſub mod. quatenus habent; eum cui aliquid donatum eſt, ut det alimenta donanti, uel aliquid aliud, etiam tertio tenetur ad dandum illud ſub obligatione reſtituendi ei, etiam ſi alii dederit illud. Probatur & in l. 2. C. de his quæ ſub mod. uel condit. quatenus habet; Legatarium teneri ad implendũ modũ, ſub quo aliquid ei relinquitur ſub obligatione reſtituendi, etiam ſi alii dederit. Tradit. Bart. cõmuniter receptus in l. Quibus diebus. §. Termilius, nu. 13. agens de effectu modi nu. 17. agens de remediis quibus quis compelli poteſt ad ſeruandum modũ. Probatur etiam in cap. Verum, cum ei annot. per gloſ. & alios, de condit. appo. At bona quæ beneficiariis dantur,

tur, illi ſunt oneri ſubiecta, ut omnia in honeſtam miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem, & alia pia opera inſumãtur, ut irrefragabiliter probauimus in præf. libello q. 1. per ſexdecim rationes, & per aliquas illarum, & alias ſupra q. 1. mon. XXVII. ergo licet beneficiarius iuſte recipiat ſui beneficii reditus ex eis collectos, ſi in id non impendit, tenetur in illud impendere, quod eſt reſtituere. Quinto, quòd qui furtum realiter committit, tenetur reſtituere. c. Pœnali. & cap. Si quid inueniſti. 14. q. 5. c. Si res. ead. cau. q. 6. At beneficiarius qui reditus eccleſiaſticos, uſibus impendit profanis, furtum admittit: nam utitur re aliena, uidelicet, D. N. IESV CHRISTI 5
in alium uſum, quàm in quem capit; & qui hoc facit, furtum admittit, §. furtum. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſcun. uti qui equum ſibi commodatum ad Senas, ducit Neapolim. Et ita Guiliel. de monte Laugd. aſſerit, in d. Clem. Quia contingit, de relig. dom.

& latius Aluarus Pelag. ubi ſupra. Quod etiã colligitur ex præfato Thoma, qui in Sec.2. q. 185. art. 3. ſub finem, ait; Decimas primarie quidẽ cultus diuini miniſtris exhiberi, ſecundario autem ut pauperibus ſubueniatur: & q. 87. art. 3. ad primum ait reſpondendo ad argumentum quod fecerat ad probandum, ꝙ hodie ſint ſuperfluæ decimæ; quia in lege ueteri, ideo leuitis ſoluebantur, quia non habebant partem in poſſeſſionibus populi, ut habetur Numer. 18. inquit; In lege ueteri ſpeciales quædam decimę deputabantur ſubuentioni pauperum: ſed in noua lege decimæ dantur clericis, non ſolum propter ſui ſuſtentationem, ſed etiam ut ex eis ſubueniatur pauperibus; ideo non ſuperfluunt, ſed ad hoc neceſſariæ ſunt poſſeſſiones Eccleſiæ, & oblationes, & primitiæ, ſimul cum decimis. hæc ille. Neq; obſtat, quòd Dom. Sotus de iuſt. & iur. lib. 10. q. 4. art. 3. concluſ. 5. contendat; quòd decimarum finis, non alius fuit quàm

Eccleſiarum

Eccleſiarum ſeruitium, ſacrorumq; ſacramentorum adminiſtratio, eademq; cauſa exigantur a Populo euangelico, qua olim a Moſaico, eo quòd S. Tho. Sec. 2. q. 77. art. 1. nullam rationem aſſignet pauperum. Tum, quia præfatus N. contrarium fatetur, ut diximus in mon. XXVII. uerba eius ad litteram referendo. Tum, quia S. Tho. in locis ſupra citatis, dicit; quod ipſę etiam decimę, quæ miniſtris Eccleſiæ dantur, per eos debent in uſus pauperum diſpēſari. Et apparet etiam ex D. Clemente, quem nos in d. libello. q. 1. nu. 23. retulimus, & ſupra in hac Apologia q. 1. monito XXXVIII. Et S. Auguſt. in c. Decimæ, 16. q. 1. Decimas, egentium animarum tributa appellat: quod etiam de oblationibus dicit idem S. Tho. Sec. 2. q. 86. art. 2. in corpore quæſtionis, ibi. Et ideo oblationes, quę a populo Deo exhibentur, ad ſacerdotes pertinent, non ſolum, ut eas in ſuos uſus conuertant; uerum etiam, ut fideliter eas diſpenſent; partim quidem expendendo

eas in his quæ pertinent ad cultum di-
uinum; partim uero in aliis,quæ perti-
nent ad proprium cultum : quoniam
qui altari ſeruiunt, cum altari partici-
pant, ut dicitur 1. Corinth. 9. partim
etiã in uſus pauperum, qui ſunt quan-
tum fieri poteſt, de rebus Eccleſiæ ſu-
ſtentandi. hæc ibi S.Tho. Sexto, prin-
cipaliter probatur alia ratione,uideli-
6 cet; ꝙ inter leges obligantes ad mor-
tale charitatis & iuſtitiæ ueræ & ſpe-
cialis, hoc diſtat; ꝙ qui tranſgreditur
legem charitatis, licet peccet, non te-
netur reſtituere : qui uero tranſgredi-
tur legem iuſtitiæ ueræ & ſpecialis, nõ
ſolum peccat, ſed etiam tenetur reſti-
tuere, iuxta doctrinam doctoris irre-
fragabilis Alexand. Halen. cõmuniter
receptam in 2.par.q.87.quæ bene de-
fenditur ab Adriano in 4. de reſtitut.
q.1.col.9. in §.De currentibus cum fu
re. Quam nos quoq; ſecuti fuimus in
repet. c. Inter uerba,pag.208.nu.714.
& in Manua. Confeſſ. c. 24. nu. 5.&
Dom. Sotus lib. 5.q.5. art.4.& lib.4.

q.7.art.3.col.4. & alibi ſæpe de iuſt.& iur. & ſupra ead. q. mon. I. repetiuimus. At qui beneficiarius in alios uſus quàm pios, ſuos reditus impendit, legem iuſtitiæ ueræ & ſpecialis tranſgreditur, ut proxime dictum eſt: quia trãſgreditur legem de non furando, quæ eſt lex iuſtitiæ ſpecialis. Nam, ut affirmat Tho. in hoc receptus in Sec. 2.q. 122.art.1. & in 3. lib. ſentent.diſt. 37. q. 2. art.4. ubi cõmunis id tenet, præſertim Maior q.2. neq; Scotus quò ad hoc propoſitum diſſentit; omnia præcepta Decalogi, de quibus eſt præceptum de nõ furando, Exod.20. & gloſ. in c. Quid in omnibus. 32. q. 7. ſunt leges iuſtitiæ: & ſex quidem poſtrema, de quibus eſt præceptum de non furando, ſunt iuſtitiæ ueræ & ſpecialis; licet quatuor prima ſint partium iuſtitię potentialium, puta, religionis, & pietatis, ut colligere eſt ex Thom. Sec. 2. q. 80.art.1. Septimo, probatur alia ratione, uidelicet; quòd iuſte negari nõ poteſt, clericos abutentes eccleſiaſti- 7

cis reditibus, peccare contra legem iuſtitiæ ſpecialis: quoniam omnes, etiam Dom. Sotus in d. lib. 10. q. 4. art. 4. & etiam præfatus N. in 4. par. prædicti cap. 5. pag. pen. cap. 6. pag. 19. affirmant; multo magis obligari beneficiarios ad eleemoſynas erogandas, quàm laicos: quod adeo quidem aiunt eſſe uerum, ut nil minus teneantur ad eleemoſynas, eo quòd dicantur ab eis omnium bonorum Eccleſiæ domini, quàm ſi contrarium dicerent nobiſcum. Ita N. in præfata part.4. pag. 19. & Sotus in d. art. 4. Imo & ipſe N. in præfata pag. pen. ait; quòd maius peccatum committitur in abuſu redituum eccleſiaſticorum, quàm aliarum rerum: ubi etiam ſequitur Sotum ad uerbum in d. artic. 4. dicentem hæc uerba. Epiſcopi ſtrictiori miſericordiæ nexu tenentur, quàm diuites ſæculares. Quibus addit N. id quod ipſe dicit de Epiſcopis, idem de aliis clericis, qui reditibus eccleſiaſticis abundant, dicendum eſſe: quę

profecto

profecto nullatenus iuri conſonare
poſſunt, niſi aliqua lege juſtitiæ ad
id tenerentur. Nam leges charitatis
ęque obligant omnes Chriſtianos tam
laicos, quàm clericos. Nam ſicut fre-
quenter accidit, quòd ut clericus cæ-
libem agens uitam, habeat plura ſu-
perflua, quàm laicus uxorem & fa-
miliam nutriens: ita quotidie contin-
git, multos laicos eſſe ditiores, ac mi-
norem familiam agere, quàm cleri-
cos; & habere multo plura ſuperflua,
quàm illi. Et ita frequentiſſime con- 8
tingit, plus laicum, quàm clericum
ad eleemoſynas teneri lege charitatis,
attentis circunſtantiis perſonarum, lo-
ci, temporis, & facultatum, ut palam
eſt: & ita neceſſario fatendum, ali-
qua iuſtitiæ lege teneri beneficiarios
ad eleemoſynam, qua non tenentur
laici: & non eſt alia, quàm ſupradi-
cta de erogandis ſuperfluis pauperi-
bus, & operibus piis. ergo tenentur
illa; & per conſecutionem impenden-
do ea profanis uſibus, tranſgrediuntur
legem

legem iuſtitiæ : & cum qui legem iuſti tiæ tranſgreditur, non ſolum peccet, ſed etiam teneatur reſtituere; conſequens eſt, beneficiarios teneri ad reſtitutionem eorum, quæ male, uane, uel profane impenderunt. Octauo, quia Adrian. de reſtit. q. 15. Sotus lib. 10. q. 4. art. 3. Reuerendiſs. Segobienſis in cap. Cũ in officiis, de teſtam. Card. in Clem. Quia cõtingit. q. 2. de relig.
9 dom. & omnes alii, etiam qui negant neceſſitatem reſtituendi præter præfatum N. concedunt peccare mortaliter beneficiarios, qui ut præmittitur, ſuperflue, aut uane prædictos reditus impendunt. Et nulla inuenitur ratio quæ ſufficienter probet, eos potius peccare mortaliter, quàm ſæculares, in ſimili modo inſumendis ſuis; quæ non æque probet, teneri eos ad reſtituendum, ſi eam tranſgrediendo, peccant; ut efficaciter probatum eſt ſupra mon. XXXIX. Neque poteſt tollere uim triũ argumentorum præcedentium prædictus N. reſpondendo; non teneri ad

reſtitu-

reſtitutionem omnes, qui legem iuſtitiæ ſpecialis tranſgrediuntur: quoniam id falſum eſſe probauimus ſupra ead. q. mon. I I. Per quæ, & per adducta in mon. III. conſtat eum toto cælo errare, dum ait; Errare apertiſſime Dom. Sotum in tribus locis, & me in uno, & alios Doctores, qui ſunt fere omnes alibi; quòd diximus, lege charitatis & non iuſtitiæ ueræ & ſpecialis teneri quem ad ſuccurrēdum extremam neceſſitatem patienti. Errat enim credendo, quòd quicumque ita lege ad aliquid dandum, uel faciendum obligatur, ut ad id per Iudicem cogi poſſit, lege obligatur iuſtitiæ ueræ ſpecialis; quod palam falſum eſt, per adducta ſupra, ead. q. mon. I. Quibus probatur; pro uarietate uirtutum, uarias leges & præcepta de actibus earum tum naturaliter, tum diuinitus, tum humanitus eſſe latas: ad quarum obſeruantiam cogi quis poteſt imperio conſcientiæ, officio Iudicis, aut actione per Iudicem interiorem, & exteriorem; ſpiritualem,

ritualem, uel ſæcularem: quarum tamen non omnes tranſgreſſores, ſed ſolum illi qui tranſgrediuntur leges uirtutis ſpecialis iuſtitiæ, tenentur ad reſtitutionem: licet cogi poſſint ad illarum obſeruantiam, & conſequenter teneantur legibus iuſtitię generalis, ſiue legalis. Nono, principaliter & efficaciter probatur; eo ꝙ nullus umquàm dubitauit, ꝙ ante diuiſionem factam, & erectionem beneficiorum, clerici ultra ſibi neceſſaria uſurpantes contra legem iuſtitiæ agerent, & tenerentur ad reſtitutionem; quod & ipſe N. fatetur, & expreſſe Tho. ſupra allegatus probat. ſed diuiſio bonorum, uel fructuum, & redituum eorum poſtea facta in tres uel quatuor partes, de qua in cap. Vobis. & cap. Quatuor. cap. De reditibus. 12. q. 1. Et erectio præbendarum, & beneficiorum, quò ad hoc, nihil mutauit de natura eorum: quod multis modis probauimus in præfato libello, q. 1. a nu. 22. & ſupra q. 1. mon. XLIIII. Decimo, quòd eleemoſy-

narius

narius, cui Rex mille aureos annuos donaret, ea lege ut ſe honeſte aleret, & ſuperflua pauperibus diſtribueret, 11
obligatus eſſet certe ad reſtituendũ ea quæ in alios uſus profanos inſumeret. argumento totius tit. ff. de condict. cauſ. dat. & C. de cond. ob cauſ. In preſato aũt libello, q. 1. nu. 17. & multis ſeq. & ſupra in hoc, q. 1. mon. XXVII. monſtratũ fuit; beneficiarios eſſe eleemoſynarios eiuſmodi ſacroſanctæ Eccleſię. Sumus enim eleemoſynarii ea lege cõſtituti, ut nos primũ ex reditibus noſtris alamur, & poſtea, quæ ſuperfuerint, diſtribuamus pauperibus, aliiſue piis operibus. Vndecimo, quòd qui accipit aliquid ſubiectum conditioni uel oneri alicui, dandi illud aut illud, illi aut illi, non ſolum mortaliter peccat, eiuſmodi conditioni uel oneri nõ parendo; ſed etiam obligatur ad implendam illam conditionem, uel onus: quod eſt perinde ac reſtituere. Et ſupra in d. lib. q. 1. d. nu. 27. & aliis ſeq. & in hoc q. 1. mon. XXVII. efficaciter monſtra-

infra mon. X. Decimo tertio, qꝛ ſacroſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de reform. ſancte nuper uetuit; ne ullus
14 Epiſcopus aut alius beneficiarius, et ſi Cardinea dignitate fulgeret, cognatos, uel familiares ſuos ex reditibus Eccleſiæ augeret. Quod ipſum ante præfatum Concil. per multos Pontif. Max. & Concilia, quorum decreta in d. lib. q. 1. a nu. 17. & ſupra in hoc, ead. q. 1. mon. XXXVIII. allegauimus; uetitum fuit. Quod nō plus præcepiſſet eis, q̃ laicis; ſi Eccleſiaſtici non eſſent plus obſtricti ad dandū ſuperflua pauperibus, quàm laici. At non eſſent plus obligati ad hoc, ſi ſolis charitatis & miſericordiæ legibus ad id tenerentur, cùm illæ etiam laicos obligent, cap. Sicut ii. 47. diſt. & fatentur omnes. Cui conſequens eſt, eos obligari ad id iuſtitię ſpecialis legibus: quarum tranſgreſſio circa res exteriores, ad reſtitutionem damni per id illati, obligat; ut efficaciter probatum eſt; contra præfatum. N. ſupra hac q. mon. III.

Alio

Alio item modo præfatum Concilium noſtrum propoſitum probat, ſcilicet; quòd nulla ratio alia, quæ ſit firma, eius prohibitionis reddi poteſt, quàm quòd lege iuſtitiæ bonis Eccleſiæ eſt iniunctū onus elargiēdi ſuperflua pauperibus; quod non eſt iniunctum bonis laicorum: ergo præſupponit Concilium, eum qui uiolauerit eius prohibitionem, legem iuſtitiæ ſpecialis uiolaturum; ac per conſecutionem, obligatum iri ad reſtituendum: quæ eſt noſtra concluſio, & præfatæ ſecundæ quæſtionis deciſio, per omnia præfata irrefragabiliter probata, uidelicet; beneficiarios non ſolum peccare uanè aut profane reditus eccleſiaſticos impendendo; ſed etiam teneri ad reſtitutionem ſic impenſorum. Quod adhuc dilucidius conſtabit, per monita ſequentia, quibus ſubuertuntur præfati N. fundamenta, non ſupra petram, ſed ſuper arenam fundata.

dat eis. ergo tenetur ad reſtitutionem.
4 Quarto, probatur altera ratione, ſcilicet; quòd etiam tenetur ad reſtitutionem, qui accipit aliquid cum onere dandi illud, uel aliquam eius partẽ alteri, ſi onus illud non impleuerit, per l. 1. 2. & 3. C. de Donat. quæ ſub mod. quatenus habent; eum cui aliquid donatum eſt, ut det alimenta donanti, uel aliquid aliud, etiam tertio tenetur ad dandum illud ſub obligatione reſtituendi ei, etiam ſi alii dederit illud. Probatur & in l. 2. C. de his quæ ſub mod. uel condit. quatenus habet; Legatarium teneri ad implendũ modũ, ſub quo aliquid ei relinquitur ſub obligatione reſtituendi, etiam ſi alii dederit. Tradit. Bart. cõmuniter receptus in l. Quibus diebus. §. Termilius, nu. 13. agens de effectu modi nu. 17. agens de remediis quibus quis compelli poteſt ad ſeruandum modũ. Probatur etiam in cap. Verum, cum ei annot. per gloſ. & alios, de condit. appo. At bona quæ beneficiariis dantur,

tur, illi ſunt oneri ſubiecta, ut omnia in honeſtam miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem, & alia pia opera inſumãtur, ut irrefragabiliter probauimus in præf. libello q. 1. per ſexdecim rationes, & per aliquas illarum, & alias ſupra q. 1. mon. XXVII. ergo licet beneficiarius iuſte recipiat ſui beneficii reditus ex eis collectos, ſi in id non impendit, tenetur in illud impendere, quod eſt reſtituere. Quinto, quòd qui furtum realiter committit, tenetur reſtituere. c. Pœnali.& cap. Si quid inueniſti. 14. q. 5. c. Si res. ead.cau. q. 6. At beneficiarius qui reditus eccleſiaſticos, uſibus impendit profanis, furtum admittit: nam utitur re aliena, uidelicet, D. N. IESV CHRISTI 5
in alium uſum, quàm in quem capit; & qui hoc facit, furtum admittit, §. furtum. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſcun. uti qui equum ſibi commodatum ad Senas, ducit Neapolim. Et ita Guiliel. de monte Laugd. aſſerit, in d. Clem. Quia contingit, de relig. dom.

& latius Aluarus Pelag. ubi ſupra: Quod etiã colligitur ex præfato Thoma, qui in Sec. 2. q. 185. art. 3. ſub finem, ait; Decimas primarie quidẽ cultus diuini miniſtris exhiberi, ſecundario autem ut pauperibus ſubueniatur: & q. 87. art. 3. ad primum ait reſpondendo ad argumentum quod fecerat ad probandum, ꝙ hodie ſint ſuperfluæ decimæ; quia in lege ueteri, ideo leuitis ſoluebantur, quia non habebant partem in poſſeſſionibus populi, ut habetur Numer. 18. inquit; In lege ueteri ſpeciales quædam decimę deputabantur ſubuentioni pauperum: ſed in noua lege decimæ dantur clericis, non ſolum propter ſui ſuſtentationem, ſed etiam ut ex eis ſubueniatur pauperibus; ideo non ſuperfluunt, ſed ad hoc neceſſariæ ſunt poſſeſſiones Eccleſiæ, & oblationes, & primitiæ, ſimul cum decimis. hæc ille. Neq; obſtat, quòd Dom. Sotus de iuſt. & iur. lib. 10. q. 4. art. 3. concluſ. 5. contendat; quòd decimarum finis, non alius fuit quàm

Eccleſiarum

Eccleſiarum ſeruitium, ſacrorumq; ſacramentorum adminiſtratio, eademq; cauſa exigantur a Populo euangelico, qua olim a Moſaico, eo quòd S. Tho. Sec. 2. q. 77. art. 1. nullam rationem aſſignet pauperum. Tum, quia præfatus N. contrarium fatetur, ut diximus in mon. XXVII. uerba eius ad litteram referendo. Tum, quia S. Tho. in locis ſupra citatis, dicit; ꝙ ipſę etiam decimę, quæ miniſtris Eccleſiæ dantur, per eos debent in uſus pauperum diſpēſari. Et apparet etiam ex D. Clemente, quem nos in d. libello. q. 1. nu. 23. retulimus, & ſupra in hac Apologia q. 1. monito XXXVIII. Et S. Auguſt. in c. Decimæ, 16. q. 1. Decimas, egentium animarum tributa appellat: quod etiam de oblationibus dicit idem S. Tho. Sec. 2. q. 86. art. 2. in corpore quæſtionis, ibi. Et ideo oblationes, quę a populo Deo exhibentur, ad ſacerdotes pertinent, non ſolum, ut eas in ſuos uſus conuertant; uerum etiam, ut fideliter eas diſpenſent; partim quidem expendendo

eas in his quæ pertinent ad cultum diuinum; partim uero in aliis, quæ pertinent ad proprium cultum: quoniam qui altari ſeruiunt, cum altari participant, ut dicitur 1. Corinth. 9. partim etiã in uſus pauperum, qui ſunt quantum fieri poteſt, de rebus Eccleſiæ ſuſtentandi. hæc ibi S.Tho. Sexto, principaliter probatur alia ratione, uidelicet; ꝙ inter leges obligantes ad mortale charitatis & iuſtitiæ ueræ & ſpecialis, hoc diſtat; ꝙ qui tranſgreditur legem charitatis, licet peccet, non tenetur reſtituere: qui uero tranſgreditur legem iuſtitiæ ueræ & ſpecialis, nõ ſolum peccat, ſed etiam tenetur reſtituere, iuxta doctrinam doctoris irrefragabilis Alexand. Halen. cõmuniter receptam in 2.par.q.87.quæ bene defenditur ab Adriano in 4. de reſtitut. q.1.col.9. in §.De currentibus cum fu re. Quam nos quoq; ſecuti fuimus in repet. c. Inter uerba, pag. 208. nu. 714. & in Manua. Confeſſ. c. 24. nu. 5. & Dom. Sotus lib. 5. q. 3. art. 4. & lib. 4.

6

q. 7.

q.7.art.3.col.4. & alibi ſæpe de iuſt.&
iur. & ſupra ead. q. mon. I. repetiui-
mus. At qui beneficiarius in alios uſus
quàm pios, ſuos reditus impendit, le-
gem iuſtitiæ ueræ & ſpecialis tranſgre-
ditur, ut proxime dictum eſt: quia trãſ-
greditur legem de non furando, quæ
eſt lex iuſtitiæ ſpecialis. Nam, ut affir-
mat Tho. in hoc receptus in Sec. 2.q.
122.art.1. & in 3. lib. ſentent. diſt. 37.
q. 2. art.4. ubi cõmunis id tenet, præ-
ſertim Maior q.2. neq; Scotus quò ad
hoc propoſitum diſſentit; omnia præ-
cepta Decalogi, de quibus eſt præce-
ptum de nõ furando, Exod.20. & gloſ.
in c. Quid in omnibus. 32. q. 7. ſunt 7
leges iuſtitiæ: & ſex quidem poſtremæ,
de quibus eſt præceptum de non fu-
rando, ſunt iuſtitiæ ueræ & ſpecialis; li-
cet quatuor prima ſint partium iuſtitię
potentialium, puta, religionis, & pie-
tatis, ut colligere eſt ex Thom. Sec. 2.
q. 80.art.1. Septimo, probatur alia ra-
tione, uidelicet; quòd iuſte negari nõ
poteſt, clericos abutentes eccleſiaſti-

cis reditibus, peccare contra legem iuſtitiæ ſpecialis: quoniam omnes, etiam Dom. Sotus in d. lib. 10. q. 4. art. 4. & etiam præfatus N. in 4. par. prædicti cap. 5. pag. pen. cap. 6. pag. 19. affirmant; multo magis obligari beneficiarios ad eleemoſynas erogandas, quàm laicos: quod adeo quidem aiunt eſſe uerum, ut nil minus teneantur ad eleemoſynas, eo quòd dicantur ab eis omnium bonorum Eccleſiæ domini, quàm ſi contrarium dicerent nobiſcum. Ita N. in præfata part.4. pag. 19. & Sotus in d. art. 4. Imo & ipſe N. in præfata pag. pen. ait; quòd maius peccatum committitur in abuſu redituum eccleſiaſticorum, quàm aliarum rerum: ubi etiam ſequitur Sotum ad uerbum in d. artic. 4. dicentem hæc uerba. Epiſcopi ſtrictiori miſericordiæ nexu tenentur, quàm diuites ſæculares. Quibus addit N. id quod ipſe dicit de Epiſcopis, idem de aliis clericis, qui reditibus eccleſiaſticis abundant, dicendum eſſe: quę

profecto

profectò nullatenus iuri conſonare poſſunt, niſi aliqua lege iuſtitiæ ad id tenerentur. Nam leges charitatis, ęque obligant omnes Chriſtianos tam laicos, quàm clericos. Nam ſicut frequenter accidit, quòd ut clericus cælibem agens uitam, habeat plura ſuperflua, quàm laicus uxorem & familiam nutriens: ita quotidie contingit, multos laicos eſſe ditiores, ac minorem familiam agere, quàm clericos; & habere multo plura ſuperflua, quàm illi. Et ita frequentiſſime contingit, plus laicum, quàm clericum 8
ad eleemoſynas teneri lege charitatis, attentis circunſtantiis perſonarum, loci, temporis, & facultatum, ut palam eſt: & ita neceſſario fatendum, aliqua iuſtitiæ lege teneri beneficiarios ad eleemoſynam, qua non tenentur laici: & non eſt alia, quàm ſupradicta de erogandis ſuperfluis pauperibus, & operibus piis. ergo tenentur illa; & per conſecutionem impendendo ea profanis uſibus, tranſgrediuntur legem

legem iuſtitiæ : & cum qui legem iuſtitiæ tranſgreditur, non ſolum peccet, ſed etiam teneatur reſtituere; conſequens eſt, beneficiarios teneri ad reſtitutionem eorum, quæ male, uane, uel profane impenderunt. Octauo, ꝙ Adrian. de reſtit. q. 15. Sotus lib. 10. q. 4. art. 3. Reuerendiſs. Segobienſis in cap. Cũ in officiis, de teſtam. Card. in Clem. Quia cõtingit. q. 2. de relig.
9 dom. & omnes alii, etiam qui negant neceſſitatem reſtituendi præter præfatum N. concedunt peccare mortaliter beneficiarios, qui ut præmittitur, ſuperflue, aut uane prædictos reditus impendunt. Et nulla inuenitur ratio quæ ſufficienter probet, eos potius peccare mortaliter, quàm ſæculares, in ſimili modo inſumendis ſuis; quæ non æque probet, teneri eos ad reſtituendum, ſi eam tranſgrediendo, peccant; ut efficaciter probatum eſt ſupra mon. XXXIX. Neque poteſt tollere uim triũ argumentorum præcedentium prædictus N. reſpondendo; non teneri ad

reſtitu-

reſtitutionem omnes, qui legem iuſtitiæ ſpecialis tranſgrediuntur: quoniam id falſum eſſe probauimus ſupra ead. q. mon. II. Per quæ, & per adducta in mon. III. conſtat eum toto cælo errare, dum ait; Errare apertiſſime Dom. Sotum in tribus locis, & me in uno, & alios Doctores, qui ſunt fere omnes alibi; quòd diximus, lege charitatis & non iuſtitiæ ueræ & ſpecialis teneri quem ad ſuccurrẽdum extremam neceſſitatem patienti. Errat enim credendo, quòd quicumque ita lege ad aliquid dandum, uel faciendum obligatur, ut ad id per Iudicem cogi poſſit, lege obligatur iuſtitiæ ueræ ſpecialis; quod palam falſum eſt, per adducta ſupra, ead. q. mon. I. Quibus probatur; pro uarietate uirtutum, uarias leges & præcepta de actibus earum tum naturaliter, tum diuinitus, tum humanitus eſſe latas: ad quarum obſeruantiam cogi quis poteſt imperio conſcientiæ, officio Iudicis, aut actione per Iudicem interiorem, & exteriorem; ſpiritualem,

ritualem, uel ſæcularem: quarum tamen non omnes tranſgreſſores, ſed ſolum illi qui tranſgrediuntur leges uirtutis ſpecialis iuſtitiæ, tenentur ad reſtitutionem: licet cogi poſſint ad illarum obſeruantiam; & conſequenter teneantur legibus iuſtitię generalis, ſiue legalis. Nono, principaliter & efficaciter probatur; eo ꝙ nullus umquàm dubitauit, ꝙ ante diuiſionem factam, & erectionem beneficiorum, clerici ultra ſibi neceſſaria uſurpantes contra legem iuſtitiæ agerent, & tenerentur ad reſtitutionem; quod & ipſe N. fatetur, & expreſſe Tho. ſupra allegatus probat. ſed diuiſio bonorum, uel fructuum, & redituum eorum poſtea facta in tres uel quatuor partes, de qua in cap. Vobis. & cap. Quatuor. cap. De reditibus. 12. q. 1. Et erectio præbendarum, & beneficiorum, quò ad hoc, nihil mutauit de natura eorum: quod multis modis probauimus in præfato libello, q. 1. a nu. 22. & ſupra q. 1. mon. XLIIII. Decimo, quòd eleemoſynarius

narius, cui Rex mille aureos annuos donaret, ea lege ut ſe honeſte aleret, & ſuperflua pauperibus diſtribueret, 11
obligatus eſſet certe ad reſtituendũ ea quæ in alios uſus profanos inſumeret. argumento totius tit. ff. de condict. cauſ.dat.& C.de cond.ob cauſ.In prę- fato aũt libello, q. 1. nu. 17. & multis ſeq.& ſupra in hoc, q.1. mon. XXVII. monſtratũ fuit; beneficiarios eſſe eleemoſynarios eiuſmodi ſacroſanctæ Eccleſię.Sumus enim eleemoſynarii ea lege cõſtituti, ut nos primũ ex reditibus noſtris alamur,& poſtea,quæ ſuperfuerint, diſtribuamus pauperibus, aliiſue piis operibus. Vndecimo, quòd qui accipit aliquid ſubiectum conditioni uel oneri alicui, dandi illud aut illud, illi aut illi, non ſolum mortaliter peccat, eiuſmodi conditioni uel oneri nõ parendo; ſed etiam obligatur ad implendam illam conditionem, uel onus: quod eſt perinde ac reſtituere. Et ſupra in d. lib. q.1.d.nu. 27. & aliis ſeq. & in hoc q.1. mon. XXVII. efficaciter monſtra-

monſtratum eſt; Decimas & alia bona eccleſiaſtica ea lege & onere fuiſſe donata, ut quæ ſupereſſent miniſtris, erogarentur pauperibus. Duodecimo,
13 quòd mens omniũ Pontif. Max. Conciliorum, & Sanctorum, quos citauimus ſupra ead. q. 1. mon. XXVII. & ſeq. hoc ſentit. & adeo quidem, quòd Diuus Bernardus duobus in locis, in Epiſtola 2. col. pen. & in 42. col. 3. affirmauit, facere contra eã quæ communis, & noſtra eſt, concluſionem; eſſe rapinam, & ſacrilegium. Cuius aſſertio eſſet falſa, ſi id non eſſet contra præceptum de non furando; quæ contrauentio in rebus ſacris eſt ſacrilegium. 17.q.4. Et Diuus Bernardus illam ſuam ſententiam deſumpſiſſe uidetur ex dictis Auguſtini in ſermone 37. ad fratres in Eremo, & Hieronymi relati a Gratiano in princip. diſt.42.& 44. & in hoc ipſo cap. fin. 16. q.1. & Proſper. 2.q.1. cap. Paſtor. Non tollet huius argumenti uim, reſpondere; frequenter uiros ſanctos dicere, eſſe

pau-

pauperum & eis debitum, quicquid per ſolas charitatis & miſericordiæ leges debetur, ut D. Ambroſius ait in cap. Sicut ii. 47. diſt. in hæc uerba. Egentium panis eſt, quem tu recõdis: nam ſicut nos confitemur id eis, ita eos fateri oportet nobis, quòd D. Bernardus faciens diſcrimen inter reditus eccleſiaſticos & ſæculares, aſſerit; quòd aliquot impenſæ clerici eſſent ſacrilegium in ſuis reditibus impendendis; quæ tamen, uel illarũ ſimiles, nullum peccatum, aut non plus quàm ueniale eſſent, ſi fierent a ſæcularibus. Neque obſtat, ſi quis dicat; eum agere tantum de clerico, qui prodige impendit de communi cumulo redituum Eccleſię, & non de parte ſibi deſtinata: quoniam expreſſe agit de Canonico præbendario, qui prodige impendit de ſuæ præbendæ reditu. Non tollit etiam præfatus N. uim argumenti, quod deſumitur ex Hieron. in c. Gloria Epiſcopi. 12. q. 1. & ex Ambroſ. in cap. Aurum, ead. cau. & q. ut monſtratur

infra mon. X. Decimò tertio, ꝙ ſacroſanctum Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 1. de reform. ſanctè nuper uetuit; ne ullus
14 Epiſcopus aut alius beneficiarius, et ſi Cardinea dignitate fulgeret, cognatos, uel familiares ſuos ex reditibus Eccleſiæ augeret. Quod ipſum ante præfatum Concil. per multos Pontif. Max. & Concilia, quorum decreta in d. lib. q. 1. a nu. 17. & ſupra in hoc, ead. q. 1. mon. XXXVIII. allegauimus; uetitum fuit. Quod nõ plus præcepiſſet eis, q̃ laicis; ſi Eccleſiaſtici non eſſent plus obſtricti ad dandũ ſuperflua pauperibus, quàm laici. At non eſſent plus obligati ad hoc, ſi ſolis charitatis & miſericordiæ legibus ad id tenerentur, cùm illæ etiam laicos obligent, cap: Sicut ii. 47. diſt. & fatentur omnes. Cui conſequens eſt, eos obligari ad id iuſtitię ſpecialis legibus: quarum tranſgreſſio circa res exteriores, ad reſtitutionem damni per id illati, obligat; ut efficaciter probatum eſt, contra præfatum. N. ſupra hac q. mon. III.

Alio

Alio item modo præfatum Concilium noſtrum propoſitum probat, ſcilicet; quòd nulla ratio alia, quæ ſit firma, eius prohibitionis reddi poteſt, quàm quòd lege iuſtitiæ bonis Eccleſiæ eſt iniunctũ onus elargiẽdi ſuperflua pauperibus, quod non eſt iniunctum bonis laicorum: ergo præſupponit Concilium, eum qui uiolauerit eius prohibitionem, legem iuſtitiæ ſpecialis uiolaturum; ac per conſecutionem, obligatum iri ad reſtituendum: quæ eſt noſtra concluſio,& præfatæ ſecundæ quæſtionis deciſio,per omnia præfata irrefragabiliter probata,uidelicet; beneficiarios non ſolum peccare uane aut profane reditus eccleſiaſticos impendendo; ſed etiam teneri ad reſtitutionem ſic impenſorum. Quod adhuc dilucidius conſtabit, per monita ſequentia, quibus ſubuertuntur præfati N. fundamenta, non ſupra petram, ſed ſuper arenam fundata.

CONFVTATIO FVNDAmentorum partis aduerſæ, per monita ſubſequentia.

SVMMARIVM.

Beneficiarij non ſunt ſuorum reaituum domini abſoluti: quoniam habent onus dandi ſuperflua pauperibus. nu. 1.

VIII. Moneo, nil obſtare præfatæ noſtræ concluſioni, argumentum primum
1 & principale partis aduerſæ, quo nituntur etiã Adrian. in. 4. de reſt. q. 12. & Domin. Sot. in lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur. uidelicet. c. 1. de cleric. non reſid. lib. 6. quatenus ſignificat à contrario ſenſu; beneficiarios fieri dominos diſtributionum quotidianarũ, quas intereſſendo diuinis, lucrantur. Nam ei copioſe ac efficaciter reſpondimus ſupra. q. 1. monit. XLIIII.

SVMMARIVM.

Beneficiarij reditus non æquari ſtipendijs præſidũ, probat Concil. Trid. nu. 1.

IX. Moneo, nil etiam obſtare ſecundum

dum aduerſæ partis argumentum, uide
licet; quòd qua ratione præſides, ma- 3
giſtratus, & alii miniſtri Regis poſſunt
libere diſponere de ſtipendiis & ſala-
riis ſuis ſine reſtituendi obligatione,
eadem etiam beneficiarii poterunt di-
ſponere de prouentibus redituum ſibi
deputatis; quæ ſtipendia & ſalaria eo-
rum dicuntur ſine reſtituendi obliga-
tione: nihil, inquam, obſtat hoc argu
mentum. Tum, quia contrarium ſta-
tuitur in concilio Trid. nuperrimo in
ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. & aliis mul-
tis canonibus. c. Peruenit. 1. q. 3. &
c. De Syracuſanæ. 28. diſt. quibus be-
neficiarii uetantur donare quicquàm
cognatis & familiaribus, niſi pauper-
tatis intuitu. At palam eſt, Regum mi-
niſtros poſſe donare quæ ex ſtipendiis
ſuis lucrifaciunt tam per uiam ultimæ
uoluntatis, quàm donationis inter ui-
uos quibuſcumque uoluerint, tam co
gnatis quàm extraneis, ſine ullo pau-
pertatis uel pietatis intuitu. Tum, quia
omnia iura, quæ de hac re ſtatuunt,
 uideli-

uidelicet. 12. q. 1. 12. q. 2. & 3. & c. Ad hæc. & cap. Relatum. 2. de teſtam. contrarium ſignificant. Tum, quia hoc conſequeretur quiddam abſurdum, & ideo non audiendum. l. Nam quod abſurdum. ff. de opere libert. c. Dudum, de præb. lib. 6. Quod etiam ipſimet iudicant eſſe tale, nempe; quòd clerici non tenentur plus, ad erogandas eleemoſynas de ſuis reditibus eccleſiaſticis, quàm laici de ſuis ſæcularibus. Nam, nulla rationum, quibus Domin. Sotus in d. lib. 10. q. 4. art. 3. & 4. de iuſt. & iur. nititur, magis obligare clericos quàm laicos, concludit contra eum qui in prædicta ſimilitudine miniſtrorum Eccleſiæ, & Regum ſe fundauerit: quandoquidem nulla eorum probat obligari clericos ad hoc niſi per leges charitatis & miſericordiæ, quibus etiam laici tenentur.

SVMMARIVM.

Charitatis lex ex æquo ligat laicos, & clericos habentes ſuperflua. num. 1.

X. Mo-

X. Moneo, quòd præfatus N. infirme
reſpondit ad c. Mos. & c. Gloria Epi-
ſcopi. 12.q.2. dicens; quòd illi textus 1
loquuntur de hoſpitalitate debita le-
ge charitatis, & non lege iuſtitiæ.
Tum, quia lex charitatis ex æquo li-
gat laicos, & clericos habentes ſu-
perflua; & capitula prædicta clare ſi-
gnificant longe plus teneri Epiſcopos
quàm laicos. Tum, quia præfatum.
cap. Mos. continet eam partem, quæ
aſſignatur Epiſcopo, & eius familiæ
deſtinari ei propter hoſpitalitatem, &
ſuſceptionem pauperum: & ita cum
illo modo & onere, ad quod implen-
dum leges iuſtitiæ ſpecialis obligant.
l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub modo.
& alia latius citata ſupra in monito,
XXVII. primæ quæſt. Tum, quia illa
uerba Hieronymi. Gloria Epiſcopi
eſt pauperum opibus prouidere: igno-
minia ſacerdotis eſt propriis ſtudere
diuitiis; longe aliam & ampliorem
obligationem ſignificant ineſſe Epi-
ſcopis ad ſubueniendum pauperibus,

quàm aliis laicis: & quòd ipſum ſignificat illud Apoſtoli; Epiſcopum hoſpitalem eſſe debere. 1. Timot. 1. relatum in princip. 42. diſt. At nulla ratio poteſt reddi, cur Epiſcopi habentes ſuperflua, plus teneantur ad hoſpitalitatem, quàm laici habentes eadem; niſi quòd Epiſcopi non ſolum tenentur ad eam legibus charitatis, ſicut laici; ſed etiam legibus iuſtitiæ ſpecialis, propter onus dandi ſuperflua, bonis eccleſiaſticis iniunctum.

SVMMARIVM.

Beneficiarij propter diuiſionem bonorum, olim, uel recens factam, non eximuntur ab onere ſuperflua pauperibus erogandi. nu. 1.

XI. Moneo, ꝙ præfatus N. incaute ſignificat, me dixiſſe; diuiſiones bonorũ eccleſiaſticorum hactenus factas, eſſe ſine cauſa iuſta ordinatas: cum ait, nõ poſſe negari, diuiſiones fructuũ, & ere-
1 ctiones beneficiorũ, ab Eccleſia iuſta de cauſa eſſe factas, illa uidelicet, quam non expreſſimus de impediẽda diſcordia,

dia, quam communio parere ſolet, uel alia. Incaute, inquam, hoc ſignificat: quoniam argumentum noſtrum non prætendit cōcludere abſolute, diuiſiones illas fuiſſe abſq; iuſta cauſa factas; ſed diſiunctiue, quòd fuerunt factæ ſine iuſta cauſa: quod nōn erat dicendū, uel nō ea intentione, ut abſolutiorem poteſtatem haberent Epiſcopus & clerici poſt diuiſionem in ſuis partibus, quàm Epiſcopus habebat ante diuiſionem in omnibus. Quia licet interueniret cauſa diuidēdi adminiſtrationem, nō aderat tamen cauſa ad mutandam naturam illorum bonorū; quæ iure diuino, naturali, & humano eis inerat, ut ſuperflua darētur pauperibus. Quod autē ſubdit; intentionem legis nō eſſe in præcepto, inepte dictū eſſe, probatū eſt ſupra, q. 1. mon. LXVIII. & LXXIII. Et præterea nil facit ad propoſitum noſtrū, in quo non loquimur de intentione legis, ſed de intentione partiū agentium, ultra quam eorū actus nil operari iure uulgato ꝓbamus; neq; ipſe negat,

SVMMARIVM,

Beneficiario non eſt tam lata facultas utendi reditibus ſui beneficij, quanta marito reditibus dotis. num. 1.

XII. Moneo, nil obſtare illam, quæ noua eſt, ęquiparationem; quam facit prę fatus N. in c. 6. partis 4. inter bene-
1 ficiarium quò ad bona eccleſiæ ſuæ, & maritum quò ad bona uxoris in dotē ſibi ab ea data. Tum, ꝗ maritus uere eſt dominus reiū dotalium l. Doce ancillam. C. de rei uend. l. Dotale. ff. de fundo dota: non tamen beneficiarius rerum eccleſię, ut ſupra mon. XXIIII. probatū eſt. Tum, quòd in alienatione rerum dotalium, non requiritur illa cauſa & ſolemnitas, quę in alienatione rerum eccleſiæ. Sufficit enim conſenſus ab uxore, ſine ui & dolo ſponte præſtitus & iuratus. c. Cum contingat, de iur iur. imo & cōſenſus ſecundus poſt biēnium præſtitus. Authen. Siue a me. C. Ad Vell. & gloſ. recepta in d. c. Cū contingat. Tum, ꝗ maritus pro libito perinde impendere poteſt fructus ex re

dotali

dotali perceptos, ac perceptos ex aliis ſuis propriis. iuxta l. Pro oneribus. cũ aliis ibi a gloſ. citatis. C. de iure dot. nõ autem beneficiarius, ut probatum eſt ſupra q. 1. mon. XXVII. Tum, quòd neq; Reuerendiſs. Segobienſis Epiſcopus, quem ipſe citat in lib. 4. uariarũ reſolutionum. c. 15. id affirmat; ſed ſolũ ait id, quod in mon. ſeq. tractabimus.

SVMMARIVM.

Diuiſio fructuum beneficij inter præceſſorem, & ſucceſſorem, facienda eſt, ut fit inter uſufructuarium; & non ut fit inter maritum & uxorem facto diuortio attento iure communi. nu. 1.

Licet in Hiſpania in epiſcopatibus, & etiá in alijs beneficijs aliquarum diœceſum cõtrafiat. nu. 4.

Diuiſio fructuum inter fidei commiſſarium, & cũ cui reſtituendum eſt fideicommiſſum, fit eodem modo, quo inter dominũ, & uſufructuariũ. n. 2.

Argumentum a ſimili, ſoluitur per diſſimile, datum in propoſito in quo fit. nu. 3.

Beneficiario non eſt tantum iuris in rebus beneficij, quantum marito in rebus uxoris; nec ſuſtinet onera tam grauia, quam maritus. nu. 3.

XIII. Moneo, nil etiã obſtare nobis id, qđ præfatus N. ſecutus præfatũ Reuerendiſs. 1

1 rendiſs. Segobienſem in lib. præfato, tenet cótra cōem, ſcilicet; Diuiſionem fructuum beneficii inter mortuum, & ſucceſſorem faciendam eſſe eo modo, quo fit inter maritum & uxorem facto diuortio pro rata temporis anni, pro quo ſuſtinuit onera maritus. iuxta l. Diuortio. ff. Solut. matrim. & non eo modo quo diuidũtur inter uſufructuarium & dominum finito uſufructu: quę eſt ſententia contraria cómuni, ut ipſemet Segobienſis fatetur, quam tenet gloſ. c. Si propter, de reſcript. lib. 6. uerb. Primi anni, recepta ibi per doctores, & in c. Præſenti, de offic. ord. lib. 6. & per Card. & Imol. poſt Hoſt. in c. fin. de pecul. cleric. & alios citatos per præfatũ Reuerendiſſimum. Moneo, inquam, nihil id obſtare. Tum, quia ex eo, licet eſſet uerum, nil cótra nos in bona conſequentia inferri poteſt. Tum, quia id non eſt tenendum, licet præfati Reuerendiſs. authoritaté, non abs re magnifaciens, cóſiderabam pro eo facere, ꝙ alioquin contingere poſſet,

poſſet, ut beneficiarius ſeruiret bene-
ficio ſemi annum ſine ullo emolumen-
to;puta,ſi iam uindemia facta Septem-
bri,acciperet Kalẽdis Octobris benefi-
ciũ, cui ſeruiret uſq; ad Kalẽdas Apri-
lis,in quo tempore nil fructuũ percipi-
tur ; quod uidetur abſurdũ,& ita non
dicendũ.l.Nam quod abſurdum.ff. de
oper.libert.Licet,inquam,hoc pro eo
conſiderauerim ; tamen in hac ſpecie
ei non accedo.Tum quia, ut ſupra ſæ-
pe dixi, a cõi non ſoleo diſcedere,niſi
textu uel efficaci ratione ad id me adi-
gente. iuxta c. fin.20.diſt. & Io. Andr.
receptũ in c.1.de conſtit. Tum,ꝗa be-
neficiarius & fidei cõmiſſarius uidẽtur
eſſe ſibi quò ad hoc ſimiles. arg. eorũ,
quæ adducta fuerũt in mon. XXIIII. & 2
certũ eſt inter fidei cõmiſſarium,& in-
ter eũ cui reſtituendũ eſt fidei cõmiſ-
ſum, eſſe diuidẽdos fructus eo modo,
quo diuiduntur inter dñm , & uſufru-
ctuarium ; per l. Herennius.ff. de uſur.
quæ habet;omnes fructus,qui poſt ac-
quiſitũ ex cauſa fidei cõmiſſi dñium ex

terra percipiuntur, ad fidei commiſſariũ pertinere: licet maior pars anni, ante diem fidei cõmiſſi cedentem, interceſſiſſe dicatur. Tum, quia argumentũ
3 illud a ſimili, quo ille a communi receſſit, de marito ad beneficiarium, diſſoluitur per diſſimile, quod in eo ipſo propoſito in quo adducitur, inuenitur. Nam licet uerũ ſit, beneficiarios onera beneficiorum ſubire debere (c. fin. de reſcript. lib. 6. ibi. Quia propter officium datur beneficium) ſicut maritus onera uxoris. l. Pro oneribus. C. de iure dot. tamen onera mariti longe maiora ſunt: & iura efficiunt eum dominum rerum dotalium, ut perinde reditus earum, ac ſuarum, impendere poſſit: & ita concurrunt in eo duo, nempe, dominium, & onerum ſuſtentatio. Beneficiarium autem non faciunt iura rerum eccleſiæ dominum, ut probatũ fuit in monit. XXIIII. Nec concedunt ei tam liberam facultatem impendendi earum reditus ac marito, ut probatũ eſt in monit. XXVII. Quare iu-

re iure gloſ. præfata cũ communi potius aſſimilauit eũ uſufructuario quò ad rem in qua uſumfructum habet, quàm marito, qui rei dotalis habet dominium. Et quàmuis N. dicat illam opinionem eſſe in uſu Hiſpaniis: ego 4
tamen eo ætate grandior, id non uidi ſeruari, niſi in Epiſcopis, Abbatibus, & Prioribus conuentualibus; neque ipſe Couarrubias id ait in loco præcitato; imo ſignificat contrarium, dicens: æquius & iure uerius uideri ſibi contrarium eius quod communis tenet. Dum item ait idem Alberico fuiſſe uiſum in d.l. Diuortio. nu. 12. ſed alios ibi doctores, neque Coſmam ubi infra tit. de annat. §. Item quæ, auſum fuiſſe id tenere. Neque eſt uериſimile tot doctores, qui in tot regnis & prouinciis præfatam gloſ. approbauerunt, non fuiſſe monituros ſuos auditores & lectores contrariæ praxis, ſi quam ſciuiſſent: neſcire autem uix poterant in re tam frequenter, & numquàm non contingente.

Et

Et ita credere par eſt, nõ ſolum in theoria a Doctoribus, ſed etiam in praxi a Iudicibus, & partibus eam ſeruatã eſſe extra illos epiſcopatus, in quibus a paucis ante hac annis, conſtitutionibus Synodalibus aliud ſtatutũ eſt, ut in Pampilonẽſi, ubi annus quòad hoc, & aliquot alia, incipitur Nouembri, a feſto celebri Beati Martini. Nec uidetur obſtare conſideratio noſtra: quoniam reſponderi poteſt, quòd illa ſolum probat, quòd eiuſmodi beneficiario, qui nihil de reditibus beneficii percepit, & aliquo tẽpore illi ſeruiuit, ſoluatur honeſtum ſalarium, quod pro tali ſeruitio debetur; ſicut & uſufructuario, qui prædium in quo habebat uſumfructum, coluit arãdo, ſerẽdo, putando, fodiendo; & moritur ante meſſem, uel uindemiam; debent ſolui expenſæ, quas in id fecit a domino, qui uult fructus eius habere. Quare certum mihi eſt, quòd ſucceſſor in Eccleſia parochiali, cui mortuus per ſe uel per alium inſeruiuit, & ante ullos

fructus

fructus perceptos obijt, debet ſoluere illi tantum, quantum ad honeſtam ſuſtentationem inſeruiendo indiguit, etiã iure naturali. l. Secundum naturam. ff. de reg. iur. c. Qui ſentit onus, debet ſentire commodum, eod. tit. lib. 6. & l. Fructus ſunt, qui reſtant, deductis expenſis. ff. Solut. matrim. Quod confirmari poteſt multis adductis per Paulum. 1. Corinth. 9. & c. 1. 13. q. 2. Quæ lex quia naturalis eſt, nulla conſuetudine deleri poteſt. c. fin. cum ei annotat. de conſuetud.

SVMMARIVM.

Beneficiarius facit ſuos fructus a ſolo ſeparatos, etiam nondum reconditos. nu. 1.

XIIII. Moneo, nil etiã obſtare id, quòd præfatus N. ſubdit, & nos concedimus 1
cum præfato Reuerendiſs. ubi ſupra; nempe, ſufficere beneficiario præmortuo, uel eius cauſam habenti, quòd fructus ſint a ſolo ſeparati; licet nondũ ſint in horrea congregati, ad hoc, ut ad eum pertineant. Nil, inquã, obſtat: quia

quia ex eo conceſſo, nil cõtra nos ſequitur; & ita concedimus id eſſe uerum. Tum, quia probatur in l. Si eius. ff. de rei uendicat. ſecundum ueriorem intellectum l. Arboribus. §. Iulianus, alias eſt. l. Si fur. ff. de uſufruct. & l. Si uſufructuarius. ff. Quibus mod. uſufru. amittat. Tum, quia communis eſt, ut ait Tiraquel. lib. 6. de utroq; retract. §. 5. gloſ. 4. in princip. Tum, quia nullum fundamẽtum firmum habet gloſ. dicti c. Præſenti. quæ requirit fructus eſſe collectos, & in horrea reconditos; licet ei conſentiat etiam gloſ. in d. c. Si propter. & in d. l. Si fur, in princip. ff. de uſufruct. & l. Ex aduerſo, in princip. ff. de rei uendicat. Tum denique, quod in quodam decreto eccleſię Gallicanæ, id ſatis clare determinatur in tit. de annat. §. Item quod eccleſia; ubi Coſmas ait, id quod defendimus eſſe communiter receptum: & patet per Card. Imol. & Barbat. in d. c. ult. ad finem, de pecul. cleric. Alberic. in d. nu. 12. Domin. in d. c. Si propter

Peruſ.

Peruſ. in d.cap.Præſenti. Salycet. in l. Si pater. C. de uſufruct. Florian. in l. Qui ſcit. §. Si alieno. ff. de uſur. & alii alibi,& contrarium ait eſſe trufam. Bald. in d.l. Si uſufructuarius, addens; reconditionem in horrea, nil agere ad rhombum. Contra quam tamen communem ſententiam facit, quod aliàs præter omnes conſiderabam; ſcilicet, quòd licet poſſeſſor bonę fidei fiat dominus fructuum ſimulac ſeparati ſunt a ſolo, a quocunque ſeparentur: uſufructuarius tamen non fit dominus eorum, niſi percipiantur; uel per ipſum, uel per alium nomine ipſius ſeparentur. l. Si fur. ff. de uſufruct. & l. Si uſufructuarius. ff. quib. mod.uſufruct. amitt. At ut plurimum beneficiarii nõ ſeparant, nec portant in areas; uel torcularia per ſe neque per alios nomine ſuo fructus agrorum,ex quibus debentur decimæ, quæ ſunt bona pars fructuum beneficiorum Hiſpaniæ, & Galliæ. ergo non fiunt eorum ex ſola ſeparatione. Ad quam replicationem

memini aliquando reſpondere, ꝙ domini prædiorum, qui tenentur ad ſoluendas decimas Deo & beneficiariis, colligunt omnes fructus, & uidentur colligere illos ſibi, Deo, & beneficiariis, pro partibus quæ illos tangunt. Pro quo facit, quòd Paulus relatus ibi a Bald. in d. l. Si uſufructuarius. dixit ſufficere, ſi ſeparatio fiat ab uſufructuario uel ab alio nomine eius explicite, uel interpretatiue. Quod ipſum ſenſit etiã Bald. in d. l. Qui ſcit. §. Prȩterea, de uſur. licet non ſufficiat ſeparatio caſu facta. Vnde poma, glandes, & alii fructus per ſe decidentes, non fiunt uſufructuarii, donec illos accipiat, & tractet, per ſe uel per alium; & ita ſatis poſſunt dici ſegetes, & uuæ ex quibus decimæ debentur ſeparatæ a ſolo, ut decimæ cedant beneficiariis eo ipſo, quòd eas meſſuit, uel collegit dominus, aut colonus, ſciens ex eis decimas deberi Deo, & beneficiario: & ita interpretatur conſuetudo, quæ ualde rationabilis, & eccleſiis fauorabilis eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

Diuiſio fructuum inter præceſſorem, & ſucceſſorem in primo genio facienda eſt ut inter uſufructuarium & dominum. num. 1.

Primogenia omnia, ſiue Maioratus, non ſunt dignitates. num. 2.

XV. Moneo, nil obſtare id quod præfatus N. referens præfatum Reuerendiſs. Segobienſem, tenet; uidelicet, quòd diuiſio fructuum inter ſucceden tem in primogenio ſeu maioratu, & eum qui tenuit illum, non eſt facienda eo modo, quo fit inter uſufructuarium, & dominum finito uſufructu. 1
Tùm, quia nihil ex eo conceſſo contra nos infertur. Tum, quia non eſt illud tenendum: quia contraria opinio uidetur communis. Tum, quia ſecundum omnes, eadem, quæ de diuiſione fructuum inter uſufructuariũ & dominum finito uſufructu diximus, dicenda ſunt inter fidei commiſſarium, & eum cui uel a quo reſtituendum eſt illud, ſine ulla pro rata temporis diui-

ſione; per præfatam l. Hærennius.ff.de uſur. Et palam eſt primogenia eſſe fidei commiſſis in hoc ſimillima. Tum, quia non obſtat.c.1.§.His conſequenter, in tit. Hic finitur lex, in uſibus feudor. Quia. §. ille exorbitat a iure cõmuni; ideoq; non eſt extendendus de feudo ad maioratus. c.Quæ à iure, de reg.iur. lib.6.præſertim, quia nõ eſt
2 eadẽ ratio, ut palam eſt. Non obſtat etiã ratio,quam præfatus Reuerendiſs. Segobienſis adducit,uidelicet;ꝙ quẽadmodum maritus ſuſtinet onera uxo-
3 ris, ita & uocati ad maioratus ſuſtinẽt onera illorum, quos dicit eſſe dignitates;quippe,qui cõſtituuntur per teſtamenta, per contractus ultro citroque obligatorios,& donationes ſub modis factas,ſine ulla Regũ authoritate.iuxta l. Filiusfamilias.§. Diui.2.ff.de legat.1. cum annotat. ei per omnes.Tum,quia etiam authoritate regia conſtituti carent dignitate, & nobilitate, niſi aliqua clauſula, quæ ad id eós extendat, muniantur: quod palam probatur per diffini-

diffinitionem nobilitatis Bartho.communiter receptam in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Tum, quia cap. Quam periculoſum. 7. q. 1. in contrarium citatum, non loquitur de huiuſmodi maioratibus, & primogeniis; ſed de aliis, quæ in ueteri teſtamento aliquid ſacerdotii habebant, quale non habent præfati maioratus: & ita longe ſimiliores ſunt in hoc fidei commiſſariis, uſufructuariis, & beneficiariis, quàm marito & uxori, de quibus ſupra. Tum, quia rari ſunt maioratus, quorum domini & ſucceſſores teneantur ad grandes impenſas neceſſario faciendas in bellis, uel aliis, etiam ſi nolit gratis facere: & quando eſſent aliqui tales, & detentores eorum, eas neceſſario facerent; poſſent ſucceſſorem ad ſoluendas eas, ſi ex maioratibus ſaltem tantundem nôn percepiſſent, compellere: ut ſupra dictum eſt de beneficiariis.

SVMMARIVM.

Penſio non eſt ſoluenda ei, qui ante diem ſolutioni a Papa præfixum, moritur. num. 1.

XVI. Moneo, nil nobis obſtare id,
1 quod præfatus N. incidenter ait; id quod eſt dictum de diuiſione fructuum inter maritum & uxorem, idem eſſe dicendum de diuiſione ſolutionis penſionum a Papa ſuper beneficiis conſtitutarum. Tum, quia nil ex eo conceſſo contra nos infertur. Tum, quia cõtrarium uidetur tenẽdum, per eaſdem prædictas rationes, & per ſtylum curię, qui uidetur hoc magis obſeruare, ut hic Romæ a pleriſq; audio. Tum, quia licet ut ait Ludouicus Roman. conſ. 388. & conſtat ex litteris ipſius Papæ, penſiones præfatę conſtituuntur ad commodiorem ſuſtentationem eorum, & quaſi in alimentum; non tamen ſunt uere alimenta illius naturæ, cuius ſunt illa, de quibus in tit. de aliment. & cibar. ſed talium, quæ dantur ſub modo expreſſo uel tacito, ut cedente die ad id pręſtituto, accipiant illa; ſiue maior, ſiue minor pars anni tranſierit; & non percipiant illa, ſi antequàm dies cedat, finiantur.

SVM-

SVMMARIVM.

Intellectus Concilij Tridentini. num. 1.

XVII. Moneo, nil mihi obſtare, ꝙ præfatus N. in 2. par. c. 8. nu. 23. ſignificat, me dicere in libro meo in q. 2. nu. 24. ꝙ concilium Tridentinum ſeſſ. 25 c. 1. de reformat. nouauit aliqua circa hęc; quatenus prohibet Epiſcopos & clericos ex reditibus beneficiorum, conſanguineos aut familiares ditare: quia ego non dixi, concilium in hoc aliquid nouaſſe: ſed contendi declaraſſe ius antiquum, quod ſecundum communem ſententiam continet; beneficiarium, qui ſuos cognatos, uel familiares ditat, non ſolum peccare, ſed etiam ad reſtituendum teneri. Quod ſupra mon. XXIIII. & XXVII. repetiuimus, ut eſt uidere in reſponſione inductionis, qua ille utitur cōtra me per locum a cōtrario ſenſu, infra mon. LXX. 1

SVMMARIVM.

Beneficiarius quantum pro ſe ſuſtentando egeat, arbitrarium eſt. num. 1.

XVIII. Moneo, nil obſtare illud Soti

argumetū,uidelicet; ꝙ non poteſt ſatis
1 recte ęſtimari,quanto egeat beneficiarius pro ſua honeſta ſuſtentatione;& ꝙ ea quæ per iuſtitiā debent̄, nō ſunt relinquēda iudicio prudentiū, q̄ poſſunt eſſe uarii:imo debēt determinari clare. Pro quo facit.l.Legeſ.C.de leg.& l.Cōſtitutiones. C. de iur.& fact. ignoran. Nil,inquā, obſtat hoc fundamentum.
2 Primo quidē, ꝙ S. Tom. in. d. q. 185. ar.7.Sec.2.& in.d.Quodl.6.ar.12. cui ille in hac re nitit̄,ait contrariū. & Vlricus a Dionyſio relatus,affirmat in lib. 1.cōtra pluralitatē benef.art.11. Deinde,ꝙ licet nō poſſit ęſtimari omnino,&
4 ut aiūt pūctualiter, facile poteſt paulo plus,uel paulo minus,ut arbitrant̄ Ioānes Maior in 4.diſt.24.q.18.Tertio, ꝙ quamuis eius arbitriū nimis uideatur
5 ſtrictū : tñ oportet ut beneficiarii ſciāt quāto unus quiuis eorum paulo plus uel minus egeat pro ſua honeſta ſuſtētatione:quoniā,eſto non obligaret̄ ad reſtitutionem ſuperflui impenſi;tamen neceſſariū eſt ad ſciendū quando pec-
3.

cat

cat mortaliter: quãdoquidẽ, etiã ipſemet D. Sotus fateť ĩ lib. 10. q. 4. art. 4. de iuſt. & iure. in 3. concluſ. ſic impẽdentes ſuperflue, peccare mortaliter; & ideo oportet ut ſciať, quantũ in ſuã ſuſtentationẽ honeſtã iuſte expẽdere ualeat. Quarto, ꝙ ratio aſſertionis præfati Soti eſt cõtra mille iura, quę multa iuſtitiæ opera boni uiri arbitratui relinquũt, puta, l. 1. de iure delib. & c. Decauſis, de offic. deleg. & plurima, quæ cõgerit Rauen. in alphab. aureo, uerb. Arbitriũ. & Decius in c. Sedes, de reſcript. & alii alibi ſæpiſſime. Eſt itẽ cõtra ipſummet. S. Thom. qui in hoc ipſo propoſito expreſſim ait cõtrariũ in Sec. 2. q. 185. art. 3. ad. 1. ibi. Non poteſt determinari quando ſit iſta neceſſitas; & paulo poſt: Hæc determinatio, humanæ prudentiæ relinquitur.

SVMMARIVM.

Beneficiarij magis obligantur ad largiẽdas eleemoſynas, quàm laici. nu. 1.

Prodigalitas laicorum uenialis, clericorum autem mortalis. nu. 2.

XIX.

XIX. Moneo, falſum eſſe illud fundamentum, quo præfatus Sotus contra
1 communem nititur; ut dixi in præfato libro q. 2. nu. 21. uidelicet; quòd beneficiarii non ſunt obligati ad erogan da ſuperflua per leges iuſtitiæ, quæ obligant ad reſtituendum: ſed tantum per leges miſericordiæ & charitatis, quæ etiam laicos obligant ad eleemoſynas: neutros tamen conſtringentes ad reſtitutionem, ut ſupra monito II. & III. dictum eſt. Hoc, inquam fundamentum eſt falſum. Tum, per ea quæ adducta ſunt monit. I. ſupra ead. q. Tum, quia eſt multorum inconuenientium fonſ. Conſequitur enim illud, quòd ſine iuſta ratione Sacroſanctum Concilium Trid. in d. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat. uetuiſſet beneficiariis, ne quæ ſupereſſent eis, donarent cognatis & familiaribus, ſi alioquin nõ eſſent pauperes; non uetando idipſum laicis. Conſequitur item parificatio beneficiariorũ & laicorũ quò ad eleemoſynæ faciendæ neceſſitatẽ: quando quidẽ ſecundũ illum,

illũ, utriq; tenētur legibus miſericordiæ; & neutri ulla lege iuſtitiæ. Cuius tamen contrarium tenet ipſemet; imo & præfatus N. Tum, quia eſſet quodammodo ſcandalizare populũ Chriſtianum. Quod ſatis colliges ex Caiet. Sec. 2. q. 87. art. 1. Populus enim tot decimas & iura ſoluit clero, perſuaſum ſibi habens id, quod præfatum Concilium ſeſſ. 25. de reformat. & multa alia, ut c. Hoc. c. Epiſcopus. & c. Precarie. 10. q. 2. ſignificant, nempe; quòd omnia ſuperflua debent in pauperes & in opera pia impendere. Tum, quia eſt contradicere S.Tho. cuius ipſe authoritate nititur, qui ſignificat; prodigalitatem beneficiarii circa reditus ſuos eſſe peccatum mortale: prodigalitatem autem laicorum non plus quàm ueniale, in Sec. 2. q. 183. art. 7. & Quolib. 6. art. 12. & expreſſius. q. 119. art. 3. in hæc uerba. Prodigus peccat in alterum conſumendo bona, ex quibus aliis deberet prouidere: qđ præcipue apparet in clericis, qui ſunt 2

diſpenſa-

diſpenſatores bonorum eccleſiaſticorum, quæ ſunt pauperum, quos def. au dant prodige expendendo. Quę determinatio non eſſet uera, niſi inueniretur lex aliqua, quę obſtringeret beneficiarium ad eleemoſynã, & nõ laicũ. Tum, quia eſt (ſi res ſatis perpendatur) fundare, beneficiarios non ſolũ nõ teneri ad reſtituẽdum uane uel profane impenſæ; ſed neq; mortaliter in hoc peccare: quãdoquidẽ nec laici, qbus ille pares facit, peccant plusq̃ uenialiter, prodigendo ſua ſine alterius dãno; qđ eſt contraire Thomæ ubi ſupra, & cõtraire ſibimetipſi, qui cõtrariũ expreſſe tenet lib. 10. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur.

SVMMARIVM.

Beneficiarius non ſoluitur ab obligatione reſtituendi male impenſa, propter impotentiam; & poteſt illo & illo modo reſtituere, etiam ſi ſit Monachus. num. 1

1 XX. Moneo, infirmam eſſe item illam conſiderationem Soti ubi ſupra, ſcilicet; ꝙ res inutilis eſt aſſerere, beneficiarios teneri ad huiuſmodi reſtitutionẽ: quia

quia non poſſunt eam facere, niſi de ſuis ipſis reditibus; qui, iuxta ſententiam quam defendimus, debētur operibus piis, etiā ſine hac reſtituendi obligatione. Quæ tamen conſideratio infirma eſt. Primum, ꝙ huiuſmodi reſtitutionē facere poterit beneficiarius, ſi eſt ſæcularis, de ſuis bonis patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus ſi habet: ſin autē, de eo quod quærere poteſt parcius uiuendo, & etiā de eo q̄d merebitur ultra ſuā congruā ſuſtentationē, inſeruiēdo beneficio multo plus q̄ obligatur ad inſeruiendū neceſſario illi: iuxta ea quæ in prędicto libro q. 1. coroll. 9. nu. 59. & coroll. 17. nu. 20. dicta fuerunt; & repetita ſupra, q. 1. mon. LXXVIII. nu. 3. & etiā de illo, quod per ſuam induſtriā donationes & ultimas uoluntates quærere poteſt c. Expedit. c. Certe. 12. q. 1. c. 1. de teſtam. c. Fixum. 12. q. 5. de illo item q̄d recuperare pōt ab his, quibus male dedit. c. Si quis presbyterorū, de reb. eccleſ. non alienand. & trad. Caiet. in d. q. 185. art. 7.

art. 7. quod infra Monit.XXII.repetetur. Secundo quòd impotentia reſtituendi non tollit obligationem id faciendi. l. Continuus. §. Cum ita.ff.de uerb. oblig. Quamuis excuſet a culpa non reſtituendi pro tempore, quo illa impotentia durauerit. l. Nam & is. ff. de dolo.& c. Olim.2.de reſtit.ſpoliat. Plus tamen coloris habet Soti conſideratio in beneficiario regulari, cuius omnia bona, quæ per ſæcularem quæſita eſſent illi patrimonialia uel quaſi patrimonialia, ſunt ipſi eccleſiaſtica: quia quicquid habebat ante profeſſionem, quæritur per eam ſuo monaſterio & ordini. c. In præſentia, de probat. & Auth. Ingreſsi. C.de Sacroſan. & quicquid undecunque poſt eã quęrit, quærit eiſdem, per mon. IX. cum ſeq. & per monitũ LVI. & LXII. ſupra q. 1. Nihilominus tamen reſponderi poteſt, quòd etiam regularis poteſt reſtituere de reliquatis parce uiuendo; iuxta monitũ XXX. q. 1. & per mon. LXXX. eiuſdem q.& per ſacrificia & oratio-

orationes ; rogando item amicos ut pro eo ſoluant : & denique petendo humiliter per ſe, uel alios remiſsionẽ debiti, quã ęquiparat reſtitutioni gloſ. c. Peccatum, de reg. iur. lib. 6. uerb. Reſtituatur.

SVMMARIVM.

Concilium Tridentinum quomodo tacite ſentit, beneficiarios teneri ad reſtituenda male impenſa. nu. 1.

Ratio unica legis habetur pro expreſſa. nu. 1.

XXI. Moneo, quòd nil etiam obſtat id, quod diximus in præfata. q. 2. eſſe maximum eorum, quę me in contrariam 1 partem mouebant ; præfatum Sacroſanctum concilium Trident. ſeſſ. 25. de reformat. Quòd quamuis uetet beneficiario donare & expendere pro libito, non tamen præcipit, ut reſtituat quod ſic inſumpſerit : & qui de uno dicit, de alio negare uidetur. c. Qualis. 25. diſt. l. Cum prætor ff. De iudic. Nihil, inquam, id obſtat. Tum, quia ſicut

ſicut non declarauit expreſſe hanc reſtitutionem eſſe neceſſariam;ita etiam non declarauit non eſſe neceſſariam. Tum, quia potius uidetur tacite declaraſſe illã eſſe neceſſariam: eo quòd uetando beneficiariis, ne cognatis & familiaribus, niſi paupertatis intuitu, ſuperflua donarent;non uetando idem laicis, ſignificauit, quòd ultra leges charitatis & miſericordię, quibus etiã laici obſtringuntur, eſt lex aliqua iuſtitiæ, quæ ſolos beneficiarios obligat. Nulla enim alia ratio reddi poteſt;& ita hæc uidetur expreſſa. argum. l. ſingul. Quamuis.C.de fidei comiſſ. iuncta glo.& Baldo ibidem.Tum,quia qui de uno dicit; etiam dicit de alio ſimili,ſecundum Dom. in d.c.Qualis. maxime ſi eſſet conſequẽs illi,ut uidetur eſſe in hoc caſu. l. Illud. ff. de acquir.hæred.c.Præterea,de offic. deleg.

SVMMARIVM.

Conſuetudo nõ poteſt contra hanc concluſionẽ.n.1.

XXII. Moneo, quòd nil etiam obſtat

id,

id, quod ubi ſupra dixi eſſe de præci-
puis eorum, quæ me in contrariam par
tem mouebant, uidelicet; ꝙ aliquibus
uidetur, ꝙ quamuis recepta opinio in
theoria affirmauerit ſemper id quod
nos dicimus: praxis tamen communis 1
ſeruauit contrarium. & antiqua con-
ſuetudo magnã ſecum confert autho-
ritatem. c. Cum dilectus, de cõſuetud.
& l. Minime. ff. de legi. Nil, inquam,
id obſtat. Primum, quòd in d. libello.
q. 1. nu. 18. & q. 2. nu. 1. & 3. & ſupra
eodem, monit. XXXIX. probatum re-
liquimus; præfatam obligationem eſ-
ſe legis naturæ ac diuinæ, præſuppoſi-
tis pactis expreſſis uel tacitis, de qui-
bus in monit. XXVII. q. 1. contra quam
nihil prodeſt cõſuetudo etiam imme-
morabilis. c. fin. de conſuetud. c. Quę
contra. c. Mala. & c. Fruſtra. 8. diſtinct.
Deinde, quòd licet aliquot per igno-
rantiam aut temeritatem, uſi ſint opi-
nione contraria; alii tamen longe plu
res, uſi ſunt communi; ut monſtratum
eſt ſupra. q. 1. nu. 50. & par eſt crede-

re; eo quòd quaſi omnes confeſſarii eam tenuerunt: neque ſunt tot, qui ei contrauenerint, quot aliqui putant. Nam ex corollariis pręfatę primę quęſtionis, repetitis ſupra. q. 1. a mon. LXXV. uſque in finem, & redactis in ſummam infra, q. 3. mon. ultimo, colliguntur multæ cauſæ, quibus excuſantur. Tertio, quòd ut ſingulariter in d. q. 185. art. 7. ait Caiet. mentem diui Thomæ ſecutus, hæc non eſt conſuetudo, ſed abuſus contra ius diuinum. Et in Sec. 2. q. 43. art. 8. aſſeruit, quòd omnis donatio rei eccleſiaſticæ, pietate uel neceſſitate uacua, non eſt diſtributio, ſed diſſipatio a diſpenſatore uſurpata: et quod maxime aduertendum eſt, agit de ipſiuſmet Papæ impenſa, & diſpenſatione. Quæ Caietani doctrina, non eſt tam eius, quàm Clementis in d. lib. 2. & 8. de conſtit. & aliorum Sanctorum, & fere omnium doctorum citatorum ſupra ead. q. mon. VII. & q. 1. mon. XXXVIII.

SVM-

SVMMARIVM.

Beneficium qui confert indigno, cui reſtituet. nu. 1.

XXIII. Moneo; nil etiam obſtare id, quod aiunt Aduerſarii, uidelicet; quòd licet beneficiariorum collatores peccent non conferendo ea dignioribus. c. Licet. 8. q. 1. & §. Nunc autem. 25. diſtinct. c. Graue, de præb. non tamen uidentur obligati ad reſtituendum poſtea quàm ea cõtulerunt. Nihil, inquã, id obſtat; imò plus iuuat noſtrã cauſam, quàm contradicentium: quoniam collator obligatur ad conferendum ei, qui dignus ſit; & ſi contulerit indigno, tenetur ad reſtituendum, 1 ſecundum omnes: quàmuis alii dicãt, reſtituere debere digno, qui fuit neglectus, ut Caiet. Sec. 2. q. 62. art. 2. Alii uero Eccleſiæ cui nocuit, ut Adri. in d. q. 12. & Sotus lib. 5. q. 6. art. 3. de iuſt. & iure: quorum ſententia melior nobis uidetur. Et ita nos dicimus; beneficiarium eſſe obligatum ad danda ſuperflua digno, puta, pauperi uel operi pio; & ſi ea confert alii, con-

fert indigno,& manet obligatus ad reſtituendum eis quibus nocuit.

SVMMARIVM.

Bona deſtinata immediate pauperibus, ad quem modum differant a deputatis immediate beneficiarijs. num. 1.

XXIIII. Moneo, nihil etiam obſtare Thomæ dictum in Sec. 2. q. 185. art. 7. & Quodlib. 6. art. 12. quo ponit
1 grande diſcrimen inter bona eccleſiaſtica principaliter deputata miniſtris, & minus principaliter pauperibus, & operibus piis; & inter illa, quæ principaliter deputantur pauperibus, & minus principaliter miniſtris: & uidetur præfato N. non eſſe aliud, quàm quòd male impenſa circa hæc, obligãt ad reſtituendum; non autem male impenſa circa illa. Nil, inquam, hoc obſtat. Tum, quia ut ubi ſupra. q. 2. nu. 16. & ſupra eod. monito XL. monſtratum fuit, S. Thom. non eſt in contraria opinione. Tum, quia diſcrimen prædictum optime uerificatur in eo, ꝙ longe maiorem poteſtatem habent miniſtri

circa

circa bona principaliter deputata eis, quàm circa alia. Quoniam prius ſunt alēdi de illis ipſi, quàm Eccleſia reparanda. c. De his, de eccleſ. ædific. Neq; debentur pauperibus, niſi ſola ſuperflua. c. Cum ſecundū, de præb. c. 1. 13. q. 2. & illa debentur eis, quos ipſi elegerint. Quorum omnium contrarium dicendum eſt de aliis. Clem. Quia cōtingit. §. Vt autem, de relig. domib. renouata in. d. concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 15. de reform.

SVMMARIVM,

Pauper liberius expēdere poteſt quæſita per eleemoſynam, quàm beneficarius quæſita per beneficium. num. 1.

XXV. Moneo, quòd nil obſtant etiam illa quatuor quæ Adrianum in 4. de reſtit. q. 12. col. 6. mouerunt; non quidem ad negandum quòd peccant mortaliter, ſed tantum quod non tenentur ad reſtitutionem. Primum, quòd pauper, eleemoſynam ſibi largitam expendens 1
ſuperflue aut uoluptuoſe, non tenetur ad reſtituendum. Alterum, quòd

omnes diuites tenentur ex ſuperfluis facere eleemoſynam; non tamen tenentur ad reſtitutionem non faciendo eam; quamuis in eo mortaliter peccent. Tertium, quòd obligatio quæ obligat ſoli Deo, non habet onus reſtituendi; licet obligatus peccet mortaliter non ſoluendo. Quartũ, quòd qui recipit centum aureos, cum onere impendendi illos in honorem uel gloriam Regis uel ciuitatis, non tenetur reſtituere, ſi eos in id non expenderit. Nihil, inquàm, hæc obſtant: quia priora duo argumenta ſummuntur per locum a ſimili, qui iuridicus quidẽ eſt; iuxta c. Inter cæteras, de reſcript. & c. 2. de tranſlat.: ſed diſſoluitur per diſſimilitudinem, iuxta notata in dictis capitulis, & in c. Conſtitutus, de appellat. quæ in caſu propoſito inuenitur. Nam eleemoſynę nõ dantur pauperi ſub modo, quo reditus beneficiorum beneficiariis conceduntur. Nec
1 diuitibus Deus bona cõcedit cũ ſpeciali obligatione faciendi eleemoſynam,

nam, quemadmodum decimæ, aliaque bona fuere olim conceſſa, hodieque conceduntur Eccleſiis. Tertiũ autem, falſum eſt: nam obligatio ſoli Deo quæſita, producit neceſſitatem reſtituendi. Si enim quiſpiam aliquid Deo uoueat, aut iuret ſe illi daturum; receperitue ut Deo det, ad reſtituendum illud Deo tenetur. c. Sunt q opes, & c. Sacrilegium. 17. q. 4. & c. Debitores, de iureiur. Quartũ item, falſum eſt: nam ſi quis centum aureos accipiat, ut in honorem Regis uel ciuitatis conuertat, reſtituere tenetur, ſi non cõuerterit in illum honorem, uel ei a quo accepit, aut Regi uel ciuitati. arg. l. 1. & l. Legatam. ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. pertin. l. Legatum ciuitatis. ff. de uſu & uſufruct. legat.

SVMMARIVM.

Beneficiario ab aliquo accipiens aliqua de reditibus eius; an & quando peccet, & reſtituere teneatur. nu. 1.

Debitore ab aliquo qualis accipiens aliquid teneatur creditoribus eius reſtituere. nu. 1.

Beneficiario ab aliquo dotatam, qualis ducens peccet, & teneatur reſtituere. nu. 2.

Beneficiario ab aliquo, qui aliquid male accipit, cui reſtituet. nu. 3.

Beneficiarij debita, an ſolui poſſint ex debitis eius non perceptis ante mortem nu. 4.

XXVI. Moneo, in præfato libello ſub
1 finem. q. 2. inferri. Primum, quòd ingens eſt dubium; An accipiens aliquid iniuſte a beneficiario ex reditibus eccleſiaſticis, teneatur ad eius reſtitutionem. Et quidem alii putant teneri, alii contra. Nobis uidetur, Primum pendere deciſionẽ huius quæſtionis a legibus loquentibus de debitoribus facientibus aliquid in fraudem creditorum, quæ habentur ſub tit. ff. de his quæ in fraudem creditorum & C. de reuocand. his quæ in fraudem, & §. Item ſi quis in fraudẽ, Inſtit. de action. Nam ut ſupra q. 1. mon. XXVII. probauimus; beneficiarii debitores ſunt pauperum, & operum piorum ipſique pauperes & pia opera, creditores ſunt illorum. Secundo dico, quòd

is qui aliquid a beneficiario accepit, non tenetur reſtituere ſi beneficiarius ſit ſoluendo: quia cum debitor eſt ſoluendo, eius creditores nihil repetere poſſunt ab eo, qui a debitore aliquid, quacumque ex cauſa etiam donationis, aut alia lucratiua accepit. l. Ex his & l. Ait prætor. §. Propterea ff. quæ in fraud. & l. penul. de reuocand. his, quę in fraud. ibi; Poſſeſſis & diſtractis. Nam leges prædictę, in debitores fraudatores editæ, ceſſant, cum debitor poteſt ſoluere creditoribus; quod indubie locum habet in beneficiario habente bona patrimonialia uel quaſi, quæcumque uelit donare poteſt, iuxta tradita in illatioribus proximæ quæſtionis. Imo etiam credimus, quòd licet beneficiarius ſolũ habeat reditus beneficii; ſi tñ uelit ſumptus diminuere, ac frugalius uiuere, aut alio modo bona congerere, ut pauperibus ſatisfaciat, quòd tũc is, q aliquid accepit, nõ amplius teneatur q̃ illũ monere, ut uitã agat frugalẽ, pareat ſumptibus; & bona

quærat

quærat unde poſſit reſtituere, idq; expectare. Tertio dico, ꝙ ſi ignorans clericum beneficiarium ſoluendo nõ eſſe, nec amplius eum in bonis habere, quàm id quod ſibi donatum uolebat, id ab eo acceperit ex cauſa oneroſa iuſta, ꝙ nõ tenetur ad reſtitutionem. Ea primum ratione; ꝙ ut accipiens aliquid ex contractu, aut ex cauſa oneroſa; a debitore fraudatore, teneatur ad reſtitutionem, duo interuenire oportet. Primum, ut debitor ſoluendo non ſit: ſecundum, ut ſuſcipiẽs ab eo, ſciat eum non eſſe ſoluendo. d. l. penul. C. de reuocand. his quæ in fraud. l. Qui autem. §. Similiq; modo. ff. eod. Secunda ratio eſt; quia is, qui a clerico beneficiario aliquid ex titulo oneroſo; ueluti ex contractu emptionis aut locationis, alioue contractu nominato, ſiue etiam innominato iuſto ſuſcepit bona fide, tantundem dedit quantum ſuſcipit; & ſubinde nihil reſtituere tenebitur per illam longe pulcherrimam doctrinam Scoti uiri perſpicaciſſimi

ſimi in 4.diſt.15.q.2.art.2. quam citauimus in Comment. c. final. de uſur. nu. 13. & probatur per dicta Thomæ. Sec.2.q.58. art.6. & q. 59.art.2. uidelicet; quòd in omnibus commerciis & cõtractibus eſt ſeruanda iuſtitia commutatiua; ita ꝙ tãtum ualeat quod datur, quantum ualet quòd accipitur. Quarto dico, quòd accipiens aliquid a beneficiario ex donatione, aut ex alia cauſa lucratiua, quem ſcit nil amplius in bonis habere, q̃ id quod pauperibus erogare tenetur, debet quod accipit reſtituere, ſi beneficiarius donator illud nõ reſtituerit, ſiue ſciat donatarius, ſiue ignoret beneficiarium donatorem ſoluendo nõ fuiſſe. Quia, ut ſuſcipiens a debitore fraudatore ex cauſa lucratiua ad reſtitutionem teneatur, ſufficit ipſa re fraudari creditorem; quàmuis is qui ſuſcipit, fraudem non participet. l. Qui autem. §.Similequę. ff.Quæ in fraud. Nec his obeſt, ſi quiſpiam dicat; bona beneficiarii obligata eſſe tacite, & hypothecata ꝑ refectione

ne damni a beneficiario illati bonis ecclesiaſticis, iuxta gloſ. quæ ſingularis putatur in c. Ex litteris, de pignorib. quæ tamen ſimilem habet in c. Similiter 16.q.1. Et ſubinde pauperes tanquàm creditores prẹferendos eſſe aliis creditoribus. Nam primo reſponderi poteſt; nullam contrahi hoc caſu hypothecam, eo quòd nullus textus id exprimit, ut ſuper d. gloſſa dicunt DD. Secundo, quòd quamuis fateamur hypothecam contrahi, contrahetur ſolum quò ad indemnitatem bonorum & iurium Eccleſiæ, ex qua beneficiarius reditus ſuos percipit; & quòd non porigitur ad ipſos reditus, quos beneficiarius ſibi excipit; & habet etiã bonorum liberam adminiſtrationem cũ onere largiendi ſuperflua pauperibus, aut in alios pios uſus conuertendi: quæ uidetur ſingularis & æqua declaratio. Cui tamẽ obiici poteſt illud, quòd obligatio prẹlati eccleſiaſtici eſt ſimilis obligationi tutoris ut prẹd. glo. dixit, cuius bona ſunt tacite hypothe-

cata,non ſolũ pro bonis in inuentario contẽtis,ſed etiã pro reditibus ex bonis prouenientibus. l. Si mater. C. in quibus.caſib.pign.uel hypoth.l.fin.ff. eod. Quare aliter & ſingulariter huic obiectioni reſpõdemus,repetentes aliqua ex parte,quæ diximus ſupra, q. 11. monito XLVI.nempe; ꝙ beneficiarius cũ non habet bona,ex quibus pauperibus aliiſq; ſuis creditoribus ſatisfacere poſſit,ipſemet beneficiarius annumerãdus eſt pauperibus. Quare tunc ſolutio ſuorũ debitorũ cẽſenda erit quaſi erogatio in pauperes, ac ita ipſe beneficiarius tanquã ſuorũ redituũ diſtributor,põt ex reliqs ipſorũ ſuſcipere ſibi tãquã pauper; unde ſua debita tanquã debita paupis ſoluat. Nec eo modo ipſius beneficiarii creditores præferunt̃ pauperibus; ſed ipſe beneficiarius ſe ipſum, tanquã pauperẽ, præfert aliis pauperibus,ꝓpter poteſtatẽ ſibi a iure cõceſſam erogãdi reliqua ſuorũ redituũ pauperibus, quos ipſe elegerit. Quibus ſuffragat̃ id quod diximus in

Manuali

Manuali cap. 25. nu. 131. & ſupra in præfato monito XLVI. ſcilicet; beneficiarium debita ſua, etiam iniuſte contracta, ſoluere poſſe de reliquis ſuorum redituũ, illa accipiendo tamquàm pauper, ut diximus; ut ex illis ſoluat tamquàm pauper nomine ſuo
2 debita ſua. Infertur ſecundo, quòd non abs re dubitatur; An is qui cum conſanguinea, aut propinqua beneficiarii uel alia matrimonium contrahit, peccet mortaliter, accipiendo illam dotem; & an teneatur acceptam reſtituere, & petens promiſſam, ſit repellendus. Et nobis uidetur, quòd ſi probabiliter putet, beneficiarium poſſe tã amplam dotem iuſte conſtituere, non peccat acceptando illam, nec non reſtituẽdo acceptam, nec petendo promiſſam. Primum ea ratione, quia recipit dotem ex cauſa maxime oneroſa, l. Pro oneribus. C. de iure dot. & c. Salubriter, de uſur. Deinde, quòd clerici tenentur ſoluere ex ſuorum beneficiorum reditibus ſua debita. c. Peruenit,

uenit, de fideiuſſ. cum ei annot. per ſolutionem pulcherrimam, quam inſeruimus Manuali, cap. 25. num. 130. & latius explicuimus. q. 1. mon. XLVI. & c. Cum ſecundum, de præb. etiam iniuſte contracta, ſi alia bona non habeant. Et clericus, qui dotem promiſit, ignoranti non potuiſſe illam a ſe promitti, tenetur ob promiſſionem & dolum commiſſum dotem ſoluere, ac reſarcire ei damnum quod accepit ex nuptiis contractis, ſub ſpe promiſſionis inutilis dotis, & ſubinde obligatur. arg. l. 1. §. Ait prætor. & l. penul. & ſeq. ff. de dolo, & per ſupradicta in illatione præcedenti; ſi in promiſſione dotis, ut prædictum eſt, contrahens has nuptias non participauit fraudem factam pauperibus, & piis operibus; alioqui contra dicendum uidetur. arg. l. penul. & ſeq. ff. de dolo; & magis ſpeciatim. in. l. Si debitore. & l. Ait prætor. & l. Si quis participet. ff. Quæ in fraud. cred. Tertio infertur, quòd elegans dubiũ a paucis propoſitũ eſt; cui

ſcilicet

3 ſcilicet reſtituẽdum ſit id, quod perperam eſt datum, aut receptum a beneficiario ex reditibus eccleſiaſticis. Ego exiſtimo ſatis excuſari eũ, qui illud reſtituere ipſi beneficiario, aut eius Eccleſiæ in opera illius pia conuertendũ, aut etiam ſi reſtituat aliis pauperibus uel operibus piis. Nam licet ipſe beneficiarius in alios pauperes, aut in alia etiam opera pia illud forte impẽdiſſet, iuxta dicta ſupra. q. 1. monit. LXXVII. nu. 2. & 4. tamen cum non teneatur beneficiarius, ut ibidẽ monſtrauimus, certis & nominatis pauperibus, uel piis operibus erogare; is qui ab eo accepit, excuſatur reſtituendo illis, quibus donando ipſe beneficiarius ſatisfeciſſet, tanquàm, ſcilicet, in eius locum ſuffectus. Quia ſurrogatus ſapit naturam eius, cui ſurrogatur. l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. Si quis cautio. & c. Eccleſia S. Mariæ, ut lit. penden. Quarto, infertur, fuiſſe perq̃ durã Iulii III. ſummi Pontificis Extrauag. prohibentem, debita Epiſcoporum & aliorum bene

ficiariorum

ficiariorum non ſoluta, ſolui ex fru-
ctibus, aut reditibus ipſorum benefi-
ciariorum nondum exactis. Tum,
quia licet ipſe Iulius iuſtis ductis ra-
tionibus id ſanxiſſet, & in Luſitania
multos excitaſſet tumultus: tandem
tamen uſu recepta non fuit. Tum, 4
quia non fuit ſatis promulgata. Tum,
quia reditus beneficiorum, ſtatim cum
reditus percipiuntur, non ſolent ſolui
propter ipſorum locationes, quibus ſo
lutio differtur. Tum, quia oportet
interdum beneficiarios mutuum dare,
& ſolutionem expectare: ſæpe etiam
ex mutuo uiuere, etiam ad uerius &
opportunius eleemoſynas elargiendas.
Tum, quia decedens obæratus, pau-
per eſt cenſendus; & ſubinde nomine
eius ſolutum, pauperi datum intelli-
gi debet, ut ſupra. q. 1. monito XLVI.
docuimus. De intellectu autem Ex-
trauag. præfatæ Iulii. III. dicemus in
Comment. quem unà cum hac apolo-
gia ſcribimus, de ſpoliis clericorum, in
c. Non liceat Papæ. 12. q. 2.

SVMMARIVM.

Beneficiarios non eſſe liberos a legibus iuſtitiæ per dicta ipſius N. probatur. num. 1.

Leges generales non ſolum ueræ & ſpecialis iuſtitiæ, ſed etiam charitatis & aliarum uirtutum determinari poſſunt; imo re ipſa determinatæ ſunt legibus ſpecialibus. num. 2.

Charitatis lex de amando Deum, licet non determinetur quò ad amandi menſuram; determinatur tamen quò ad alias circunſtantias. nu. 3.

XXVII. Moneo, inferri etiam ex prædictis. Primo, quòd præfatus N. parum firmiter dicit, in 4. par. cap. 5. ſe probaſſe contra ſententiam receptam;
1 beneficiarios liberos eſſe a legibus iuſtitiæ, uinculoque reſtitutionis in redituum ſuorum diſpenſatione. Quoniam late probatum eſt contrarium ſupra eadem quæſt. monit. VII. & IX. & mon. XXVII. XXXIX. & L. Et ultra ibi poſita, pondero contra N. quod ipſemet in ipſomet c. 5. pag. antepenult. bis affirmat, multo magis peccare illos cum de ſuperfluo ſuorũ redituum non faciunt eleemoſynam, q̃ laicos de ſuperfluo ſuorum, non facientes eam: & in

& in pag.penult.addit, ꝙ ex natura rerũ maius peccatum cõmittitur in abuſu redituum eccleſiaſticorum, q̃ aliorum. At nulla ratione alia hoc contingere poteſt, q̃ quia lege aliqua iuſtitiæ ad id tenentur ipſi, qua laici nõ tenentur: cum ipſemet in eod. cap. pag. 16. fateatur lege charitatis & miſericordiæ omnes ex æquo teneri, iuxta illud Ambroſii, quod ipſe in hoc citat ad uerbũ in c. In ſingulis. 86. diſt. Miſericordiæ eſt cõis uſus; ideo cõe præceptum eſt omnibus ætatibus oĩbus officiis neceſſaria, & ab omnibus deferenda: non publicanus, non miles excipitur, non agricola uel urbanus, diues & pauper: omnes in cõi admonentur, ut conferant non habenti. Miſericordia enim plenitudo uirtutum eſt, & omnibus eſt propoſita. hæc ibi. Et quod ipſemet in d. c. 5. ſequitur ſententiam cõmunem, quæ habet, etiã laicos teneri ſub pœna peccati mortalis, ad impendẽdum ſuperflua pauperibus, etiã extra neceſſitatem extremam, lege charitatis: & ita

uel utriq; peccant æqualiter, quod ipſe negat: uel aliqua alia lege tenentur clerici ad id, qua nõ tenentur laici; qđ ipſum oportet cõfiteri; & cũ nõ ſit alia ꝗ iuſtitiæ, illa tenetur: quæ noſtra & cõis cõcluſio eſt. Nec prodeſt ei reſpõdere, ꝙ ratione ꝑſonę uel ordinis clericatus magis peccãt. arg. c. Homo chriſtianus. 40. diſt. Tum, quia circunſtantia illa perſonæ, nõ auget adeo peccãtum, ut de ueniali efficiat mortale, niſi uotũ, uel alia lex particularis ĩfringãt, ut probat S. Tho. Sec. 2. q. 186. art. 10. Tum, qa ipſemet ait prouenire ex natura & cõditione redituũ eccleſiaſticorũ. Qualem necunde habent, niſi ex lege iuſtitiæ, quæ iubet ut rebus alienis in eos uſus ad quos dantur, utamur; & nõ in alios. §. Furtũ. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. Clem. Quia contingit, de relig. domib. & quæ iubet ut pacta ſeruemus, oneraq; iniũcta commodis ſubeamus. c. 1. de pact. l. 1. eod. tit. l. 2. C. de donat. quæ ſub modo. & l. Secũdum naturã. ff. de reg. iur. & alia citata

in

in mon. XXVII. Nec itē prodeſt ei reſpondere id, quod ipſemet inſinuat, ſcilicet; ꝙ ideo magis peccāt, quia & ſi nō contraueniunt legi & præcepto iuſtitię, cōtraueniūt tñ intētioni. Quia ut diximus. q. 1. mon. LXVIII. & LXXIII. ipſemet dicit, eum q contrauenit intētioni legis, non peccare; ſi qđ ea pręcipit ſeruet. Et qa ipſe exæquat reditus eccleſiaſticos reditibus patrimonialibus, in qbus certū eſt, eos nō peccare plusq̃ laicos: & ita nunq̃ neque ipſe, neq; ullus alius ſe ab hac replicatione iuſte abſoluere poterit. Secundo infertur, nil ꝓdeſſe pręfato N. id, in qđ ipſe ueluti anſa trahente anſam, incidit in d. c. 5. pag. 2. ſcilicet; ꝙ ſolę leges naturales generales ꝑtinentes ad iuſtitiam, determinanť ꝑ leges poſitiuas: & ꝙ leges ꝑtinentes ad charitatē nō determinantur, neq; determinari poſſunt per eas. Primum quidem, quòd ex eo conceſſo nil contra nos in bona conſequentia inf rri poſſet. Deinde, quia illud eſt falſum, neque uſquàm id di-

xit S.Tho. cui ipſe id imponit, ut mox monſtrabitur. Tum, q̃a lex generalis naturalis de colēdo Deo, quę pertinet ad religionē, & eſt alia diuerſa uirtus a iuſtitia ſpeciali uera, iuxta S.Tho. Sec. 2.q.58.art.7. adiuncta. q.81.ar.1. & 5. determinata fuit in lege ueteri per plurimas leges poſitiuas, quales erant oēs cæremoniales: ꝓbāte id S.Thoma Prima.2.q.99.art.5.& in noua per multas leges eccleſiaſticas, qualis eſt de Miſſa feſtis audiēda c.Miſſas, de cōſec.diſt.1. & de Miſſa in altari lapideo facienda. c. Altare, ead. diſt. & cum ueſtibus ſacris.c.Veſtimēta, ead.diſt.& multæ aliæ de quibus in d.diſt.& in tit.de cōſecr. eccleſ. uel altaris. Tum, quia lex naturalis de ieiunando generalis, quā conſtat pertinere ad temperantiam, non ad iuſtitiā, determinatur quò ad modū & tempus per multas leges eccleſiaſticas, ut ipſemet Diuus Tho. probat in Sec. 2.q.147.ar.3. Tum, q̃a illi legi generali de uiuendo ſecundū rationē humanā & diuinā, quæ ſecundū oēs eſt naturalis

lis c.Cõſuetudo.1.diſt.c.Quę cõtra.8. diſt. quæ non ſolũ pertinet ad iuſtitiã, ſed etiã ad oẽs alias uirtutes;datæ ſunt quãplurimę determinationes per quãplurima particularia præcepta tam diuina q̃ humana de oĩbus uirtutũ actibus lata, ut uidere eſt apud D.Thom. Sec. 2. in fine cuiuſlibet tractatus cuiuſlibet uirtutis tã theologæ q̃ moralis.De præceptis quidẽ fidei. q.16. de præceptis ſpei q.22. de charitate q.84. de prudẽtia.q.50. & de aliis in aliis locis citatis ſupra ead.q.mon.I. Tum,qa lex generalis charitatis diuina & naturalis de amãdo Deo & proximo,multis modis declaratur; & determinatur legibus humanis, & diuinis poſitiuis. Nam omnia præcepta Decalogi dantur propter charitatẽ Dei & proximi, iuxta Tho.qui in præfata Sec.2. q.44. art. 1. ad. 3. ſic ait, Omnia præcepta Decalogi ordinantur ad dilectionem Dei & proximi; & ideo præcepta charitatis non fuerunt connumeranda inter præcepta Decalogi,ſed in omnibus 3

includuntur. & artic. 2. ait oportuiſſe legem naturalem de amando Deo diſtingui & declarari per duo præcepta de diligendo Deum, & de diligendo proximum; & in artic. 3. addit hæc alia. Omnia præcepta pertinentia ad charitatem & actus eius, includi quidem in duobus ſupradictis, ſed propter tardiores, de ſingulis explicite præcepta eſſe tradita. De Gaudio quidē, ad Philippen. 4. Gaudete in domino ſemper. De pace autem, ad Hebræos 12. Pacem ſequimini cum omnibus. De beneficentia autem, ad Galat. ult. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. De ſingulis beneficentiæ partibus, inueniuntur præcepta tradita in ſacra Scriptura, ut patet diligenter conſideranti. hæc ille: & in 4. artic. concludit, quòd legi de amando Deum generali, adiuncta eſt lex particularis de modo amandi eum, ſcilicet, ex toto corde: & magis præcipitur modus actuum uirtutis charitatis, quàm modus actuum aliarum uirtutū.

Ad

Ad idem eſt, quòd lex de charitate & de diligendo Deo & proximo generalis, determinatur per leges de ordine ac modo in eo ſeruando; de quibus late Tho.per.13. articulos in Sec.2.q. 26. Eſt tex.opt.cum gloſ. c. primo.30. diſt. & per leges de diligendo non ſolum uerbo, ſed etiam opere.1.Ioã.c.3. Et rurſus lex de diligẽdo proximũ opere per illa duo præcepta de faciendo eleemoſynam de ſuperfluo.De quibus nunc etiã unà cum hac Apologia cõponimus Commentarium in c. Quieſcamus.42. diſtinct. Nõ obſtãt ea quæ ait Thom. Prima. 2.q. 99.art. 5. Tum, quia ſolum loquitur ibi de præceptis legis ueteris; & de illis ſolũ dicit duo. Alterum eſt,quòd omnia præcepta legis ueteris reducuntur ad moralia, cęremonialia, uel iudicialia; quod nil facit pro eo. Alterum eſt, quòd determinatio legis in rebus humanis pertinet ad iudicialia; in rebus autem diuinis ad cęremonialia: quod etiam nil facit pro eo, & pro nobis multum;

quatenus

quatenus præſupponit, non ſolū poſſe fieri, ſed factas eſſe aliquot determinationes cęremonialium, quas conſtat non pertinere ad uirtutem iuſtitiæ. Tū, quia expreſſe ait; præcepta generalia quæ pertinent ad religionem, determinari. Et cōnſtat, ꝙ licet religio, quæ ordinat hominem quò ad cultum Dei ſit uirtus adhærens iuſtitiæ ſpeciali, tamquàm pars potentialis eius, non tamen eſt iuſtitia uera, quæ eſt ad alterum ſecundum æqualitatem, ut dicitur ſupra ead. q. mon. I. & ſeq. & colligiī ex Thom. in Sec. 2. q. 82. art. 4. adiuncto eo quod dicit in q. 57. art. 3. Non obſtant etiam uerba Thomæ, quæ Aduerſarius citat in Sec. 2. q. 134. art. 3 quæ ſolum ſignificant, non eſſe determinatam certā menſurā Deū amandi, ultra quā eū amando peccetur ꝑ exceſſum; ſed nō ait, nō poſſe fieri determinationes, & declarationes ſuꝑ modo, loco, tempore, & aliis circunſtantiis amādi: quinimo contrarium affirmat in locis ſupra eiſdem monitis, ad hoc citatis.

APO-

Tertia quæſtio.

An poſſint beneficiarii de reditibus beneficiorum teſtari?

SVMMARIVM.

Beneficiarij, nec pro libito, nec ad pia poſſunt teſtari de ſuperfluo redituum beneficiorum. nu. 1.

Beneficiarii, cur in uita poſſunt erogare ſuperflua pauperibus, & non per ultimas uoluntates: ratio aptiſſima, cuius inaduertentia multi errarunt. nu. 2.

MOneo in primis, præmiſiſſe me in præfato libello circa huius quęſtionis deciſſionem; Primo, quòd ei non eſt locus in omnibus beneficiariorum bonis; ſed in eis tantum, in quibus dicimus eſſe locum prædictis duabus quæſtionibus, ſcilicet, in bonis tantum redituum beneficiorum,

ficiorum, & non in bonis patrimonialibus, de quibus indubie teſtari poſſunt. c. 1. c. Fixum. 12. q. 5. c. 1. c. Quia nos, de teſtam. Neq; in quaſi patrimonialibus, per ea quę ſuperius definita ſunt q. 1. nu. 21. & 22. Deinde,
1 ꝙ reſpondemus ad eam; beneficiariū nequaq̄ poſſe de reditibus ſuorum beneficiorum teſtari. Primo, quia mille pontificiis legibus, & canonibus hanc teſtamēti factionem Eccleſia eis prohibuit, uidelicet, c. Epiſcopi c. Sint manifeſtæ. 12. q. 1. c. Quia Ioannes. c. Fixum. 12. q. 5. c. 1. c. Ad hæc. c. Quia nos. c. Cum in officiis. & c. Relatū. 2. de teſtam. Authent. Licentiam C. de Epiſcop. & cleric. Secundo, quia eiſdem rationibus quibus ſuperius aſſeruimus, non poſſe beneficiarios bona iſta de reditibus beneficiorū pro libito impendere, conuincitur non poſſe etiam eos ſaltem pro libito de illis teſtari. Ergo idem ius ſeruandum eſt. l. Illud. ff. ad l. Aquili. c. 2. de tranſlat. prælat. Tertio, quòd minorem facul-
tatem

tatem habent teſtandi de his rediti-
bus, quàm diſponendi inter uiuos.
Nam poſſunt inter uiuos, omnes il-
los pauperibus donare, & in opera
pia impendere; per hoc præſens cap.
& alia multa ſupra adducta. At per
uiam teſtandi & ultimæ uoluntatis,
ſolam modicam quantitatem, ac in
pias cauſas uel in remunerationem,
idque, conſuetudine demum permit-
tente, iuxta reſponſum Alexandri. III.
c. Relatum. 2. de teſtam. ergo nec
pro libito, neque in pias cauſas poſ-
ſunt iure teſtari; licet per diſpoſitio-
nem inter uiuos poſſint ad pia eroga-
re. Quarto, quòd prudentiſſimo con-
ſilio Eccleſia conſtituit, ut maiorem
haberet beneficiarius poteſtatem di-
ſtribuendi inter uiuos, quàm per ul-
timam uoluntatē. Perſpiciebat enim,
beneficiarios teneri ad eroganda reli-
qua iſtorū redituū pauperibus, dū uita
fruuntur, ut per hoc c. & alia prius ci-
tata cōſtat; & ſuperius oſtēdimus. q. 1.
mon. XXVII. & XXXVIII. Perſpiciebat,
item

item huic erogationi maximo eſſe im pedimento auaritiam. Similiter experientia docente, intelligebat; nil eſſe conſultius ad inuitandum eum, cui uſus fructus aliquorum bonorum relinquitur, ad liberalitatem in uita exercendam, & ad auertendum a nimio illorum deſiderio, quàm ei uſumfructum eorum relinquere, ſub conditione, ne de illius reditibus quicquàm decedens relinquere poſſit. Quæ eſt uera & germana ratio, qua fuit adempta clericis teſtandi facultas in fauorẽ etiam pauperum, quibus in uita donare poterant. Cuius rationis ignorantia fuit in cauſa, ut quidam iuris ciuilis interpretes, Petrus ſcilicet, & eius ſequaces in Authent. Licentiam. C. de Epiſcopis & cleric. Pontificii interpretibus obſtreperent; dicentes, eos incidere in l. Fuſiam caninam, quæ uetabat dare libertatem teſtamento, & non inter uiuos. l. 1. C. de leg. Fuſ. canin. & Bald. in d. Auth. Licentiam. eos defendere conatus, laberetur; ac Panormi-

Panormitani & Ancharani rationes in d. c. Adhæc, de teſtam. Barbatio ibidē col. 2. non approbarētur. Et ipſe Barbatius ingenue fateretur, ſe huius prohibitionis rationem non eſſe aſſecutū. Quinto, quòd abſurdum fuiſſet, ꝙ Eccleſia permiſiſſet beneficiariis abſque iuſta cauſa teſtari, de reliquis reditibus beneficiorum in ſuperfluos & profanos uſus; cum ſint illa, ut ſuperius oſtendimus, pauperibus debita legibus naturæ diuinis, quas tutari ad ſanguinem & necem uſque, Eccleſiā oportet; authore diuo Vrbano Summo Pontifice in c. Sunt quidam. 25. q. 1. Sexto, quòd hoc ipſum conſtitutum fuit ab Apoſtolis, eorumque primis, aut ſaltem proximis ſucceſſoribus; uti ex canonibus Apoſtolorum, eorumq; diſcipulorum aut ſucceſſorum apparet, in canon. Apoſtol. 40. & 41. qui referuntur in c. Sint manifeſtæ, & cap. ſeq. 12. q. 1. & colligitur ex. c. Epiſcopi. & c. Videntes, ead. cauſ. & q. & c. Quia Ioannes. & c. Fixum. 12.

q. 5.

q. 5. Septimo tandem nobis opitulatur, ꝙ non ſolum cõmunis, ſed etiam omnium una eſt opinio; iure cõmuni nõ poſſe beneficiarios de reditibus beneficiorum teſtari in ullos uſus profanos, aut ſuperfluos: neq; etiam in pauperes & alia opera pia; ut conſtat per Panor. Andre. Sicul. & Peruſ. in rubri. de teſtam. & per alios ab eis citatos.

CONFVTATIO FVNDAmentorum contrariæ opinionis.

SVMMARIVM.

Bonorum Eccleſiæ uerus dominus eſt CHRISTVS, *nõ ſolum generali ratione; quia omnia ſunt eius; ſed etiam ſpeciali; & ita beneficiarij ſunt quidam eius procuratores.* nu. 1.

Conſuetudo, ut beneficiarij pro libito teſtentur de reditibus eccleſiaſticis, nullibi eſt; & ſicubi eſſet, non ualeret. nu. 2. *Quia contra legem naturalem eſſet.* num. 3.

Præcepta Decalogi ſunt leges naturales; & conſequenter præceptum de non furando. num. 3. *Quod multis modis infringitur.* nu. 4. & 5.

Bona Eccleſiæ expreſſe uel tacite, oneri dandi ſuperflua operibus pijs ſubiecta. num. 4.

Lege

Lege pactorum, quia naturalis eſt, obligantur etiam Papa & Reges. num. 4.
Traditio Apoſtol ca & Eccleſiæ pro diuina lege tenenda. num. 6.
Intellectus c. Relatum.2. de teſtam. ab N. datus, refellitur. num. 7.
Papa legibus humanis exemptus, legi de non teſtando pro libito, quomodo ſubijcitur. nu.8.
Conſtitutio interpretans, in terminis interpretatæ intelligenda. num.7.

II. Moneo, præfatũ N. cõtra ſententiã receptam affirmare; oẽs beneficiarios poſſe perinde teſtari de reditibus ſuis eccleſiaſticis, ac de bonorũ patrimonialiũ reditibus. Cuius fundamenta nil obſtant. Non primũ, fundatũ in c.1.de cler.nõ reſid.lib.6. quatenus ſignificat fragiliter a cõtrario ſenſu; beneficiariũ fieri dñm diſtributionũ, quas intereſſendo diuinis, lucrat̃; & per cõſecutionẽ, oĩum redituũ ſui bñficii. Nã contrariũ ꝓbãt in ſenſu directo oĩa illa iura, quę in q.1.mon.XXIIII.citauimus: quatenus determinãt D. N. Ieſum Chriſtũ eſſe uerũ dñm oĩum bonorũ eccleſiaſticorũ; nõ ſolũ illa generali rõne, ꝙ Dñi 1

eſt terra & plenitudo eius, Pſal. 25. & c. Quo iure. 8. diſtin. ſed etiam ſpeciali ratione, & humana diſpoſitione, ſicut alii omnes; beneficiarios autem eſſe diſpenſatores, & procuratores eius. Et quia licet aliquo largo modo dici poſ ſint domini, non tamen poſſunt dici abſoluti, ſed aſtricti; ut ſe ſuſtentatis, reliqua piis operibus impēdant, ut late dictum eſt, in q. 1. monit. XLIIII. reſpondendo latiſſime præfato cap. 1. Non obſtat etiam ſecūdum, ſcilicet; ꝙ conſuetudo ubiq; gentium id habet. Tum, ꝙ in q. 1. monit. L. probauimus
2 id eſſe falſiſſimum, adeo ꝙ nullibi gentium ſit conſuetudo tam libere teſtandi de reditibus eccleſiaſticis, ac patrimonialibus laicis. Tum, quia tenēdum eſt, ꝙ conſuetudo beneficiariorum, ſi qua eſſet teſtandi ad libitum de reditibus eccleſiaſticis, nil ualeret. Primo quidem, ꝙ opinio cōmunis id habet; quam etiam ipſo N. atteſtante in c. 7. 2. part. tenet Panor. in c. Cum in officiis, nu. 5. de teſtam. & in cap. 1. de
eccleſ.

eccleſ. ædific. & alii complures, quos refert Reuerendiſs. Epiſcopus Segobienſis Didacus a Leyua, ſiue Couarrubias in c. Cum in officiis. nu. 9. de teſtam. qui dicunt eam eſſe communẽ,& ei aſſentire omnes fere in c.1. de teſtam. & in c.Relatum.2.eod.tit.& in c. final. de pecul. cleric. quamuis ipſe N. magnopere laboret fruſtra ponderando minutatim uerba aliquorum doctorum ad ſuadendum dubium eſſe, an ſit cõmunis.Nam,quicquid ipſe dicat, non ſolum cõmunis,ſed omnium fere opinio habet,non ualere conſuetudinem;ut beneficiarii perinde teſtentur pro libito de omnibus reditibus eccleſiaſticis, ac de patrimonialibus. Quod etiam tenuit Rochus Curtius in c.fin.de conſuetud. fol.22. col.3.& Philippus Peruſ. in rubric. de teſtam. col.23. & col.32. & Caiet.in Sec.2.q. 85.art.7. Quam & ipſe ante annos triginta etiam præfato Reuerẽdiſſimo audiente me,dictando è cathedra, confirmaui Salmanticæ.Nam & ſi aliqui dō-

ctores dicant illam, uel illam conſuetudinem teſtandi de illis, aut illis reditibus ualere: rariſſimi tamen ſunt, qui auſi fuerint dicere id, quod præfatus N. ait, ualere; ut ad libitum omnes beneficiarii de omnibus reditibus eccleſiaſticis, perinde ac de patrimonialibus, teſtentur. Secũdo probatur, ꝙ hoc
3 eſt adeo uerum, ut quàmuis nemo id tenuiſſet; deberet tamen teneri: eo ꝙ omnia decem præcepta Decalogi, de quo Exod. 20, & glo. in c. Quid in omnibus. 32. q. 7. ſunt leges diuinæ; imo & naturales, iuxta doctrinam Thomæ receptam, in Sec. 2. q. 122. art. 3. & in 3. diſt. 37. q. 2. art. 4. ubi communis id tenet, præſertim Maior. q. 2. Neque Scotus in effectu, quò ad hoc ꝑpoſitum, diſſentit: & per conſecutionem, ſeptimum de non furando, & decimum de non concupiſcendo rem alienam, erunt tales; iuxta l. 1. ff. de furt. At beneficiarius, qui contra ſententiam receptam utitur contraria ipſius N. contra eas facit, ut probatum

eſt

eſt in q. 1. monit. XXVII. & XXXIX. rationibus firmiſſimis; quarũ ſummatim repetitarũ, Prima eſt; ꝙ non ſolum eas infringit is, q. alienũ furatur aut rapit, ſed etiã is, qui re aliena, contra uoluntatem dñi utitur. §. Furtum. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcũtur: & ꝙ qui de reditibus beneficii ſui cõtra præfatam ſententiã receptã teſtat̃, utitur bonis eccleſiaſticis contra uoluntatem D. N. IESV CHRISTI, cuius illa uera eſſe ſupra, q. 1. monit. XXIIII. probauimus; & eius Eccleſiæ, cui adminiſtrationem ille commiſit, ut ibidem monſtratum fuit. Secunda, quia etiam infringit præfata duo præcepta is, qui pacta & conuentiones non ſeruat, etiã ſi Papa ſit, Imperator, aut Rex. cap. 1. de probat. & c. 1. de natur. feud. & l. 1. ff. de pact. & ibi per Bald. allegantem Magiſtrum Sentent. qui licet ad ſeruandum ſuas leges humanas cogi nequeant. l. Digna uox. C. de legib. & c. Propoſuit, de conceſſ. pręb. ſunt tamen obligati ad ſeruandas conuentiones

cum eis initas uirtute præcepti; quod eſt lex naturalis, & inter Eccleſiam, & miniſtros ipſius, negotia CHRISTI procurantes, & populum chriſtianum, qui ei tanta bona contulit, fuit(ut ſupra d. q. monit. XXVII. probatum eſt) conuentio ſaltem tacita, quæ tantum ualet quantum expreſſa. l. Labeo, & l. Item quia. ff. de pact. ut miniſtri eius, id quod ſupereſt eis, accepta ſua, quæ honeſta ſit, ſuſtentatione, tribuerent pauperibus uel aliis operibus piis. Cui conſequens eſt, neceſſarium eſſe, ut eis, & non aliis tribuantur. Cum autem palam ſit, conſuetudinem contra ius naturale aut diuinum nihil ualere, eſſeque corruptelam per c. Quæ contra. & c. Mala. 8. diſtinct. palam quoque erit, eam de qua loquimur, eſſe (ut Caienus dixit) corruptelam & hæreſim, uel illi proximum, dicere illam ualere, ut Petrus Sotus relatus in d. 1. q. nu. 38. ſignificauit, & ſatis Archid. ibidem etiam relatus expreſſit. Tertia, quòd

etiam

etiam tranſgreditur hæc duo præcepta, & leges naturales, qui re in alium 5
uſum accepta, utitur in alium: ſicut qui mulam in Salmanticam commodatam, ducit Burgoſ. §. Furtum, de oblig. quæ ex delict. At beneficiarii, qui opinione contraria receptæ utuntur, hoc faciunt: quandoquidem reditibus in alium uſum datis, in alium uſum longe diuerſum utuntur. Quarta, quòd etiam dicta duo præcepta, tranſgreditur, qui quod debet, non ſoluit ei cui debet; & qui ſe non exonerat iniuncto ei onere, quando & quomodo tenetur. Quoniam in effectu eſt alienum accipere aut retinere, cap. Sæpe, de reſtit. ſpoliat. & Thom. in Sec. 2. q. 62. art. fin. & probat totus titulus. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub modo. At qui præfata ſuperflua detinet, aut non tribuit pauperibus, aut donat diuitibus ratione cognationis, amicitiæ, uanitatis, aut uitii; non ſe exonerat, neque ſoluit cui debet:

quãdoquidem, ea ex quibus colligũtur, collata ſunt ei cum onere dandi pauperibus. Tertio probatur, ꝙ non ualeat præfata conſuetudo: quia ex fine. c. 2. & principio cap. 5. Actorum, adiuncto. c. Videntes, 12. q. 1. ex una parte, & c. Futurã, ead. cauſ. & quæſt. ex altera, ex Clemente in locis ſupra. q. 1. mon. XXIIII. & LXXVII. citatis, colligitur ſententiã cõmunem eſſe traditioné Apoſtolicam & Eccleſiæ, ut miniſtri primũ, deinde pauperes fideles alantur. Et omnis traditio Apoſtolorũ, a ſucceſſoribus eorum ueluti per manus ſuſcepta uel obſeruata, pro diuina inſtitutione tenenda eſt. c. Eccleſiaſticarũ, & c. In his. 11. diſtin. Quarto, probatur idẽ, eo ꝙ bona eccleſiaſtica ſunt bona CHRISTI, & nõ Prælatorũ Eccleſiæ, etiã iure naturali & diuino, ut irrefragabiliter probatũ eſt in mon. XXIIII. q. 1. Et per ſupra proxime dicta probatũ eſt; quòd traditione Apoſtolorum declaratum eſt, intentionem. D. N. IESV CHRISTI fuiſſe,

fuiſſe,ut illa in ſola opera pia impendanť.Ergo iuris diuini eſt,uel ei ęquipollẽtis, ne ea in alios uſus q̃ pia opera impendantur. Quinto,ꝙ ad hoc eſt caſus ĩ c. Relatũ.2.de teſtam.quẽ poſt & ante alios multũ cõmendat Rochus ubi ſupra; quatenus ibi Innoc.III.declarãdo cõciliũ Lateranẽſe, qđ in c.Cũ ĩ officiis eod.tit. habet,quæſita per clericos ex bonis eccleſię,poſt mortẽ eorũ ꝑtinere ad eorũ eccleſias,ſiue morianť teſtati,ſiue inteſtati,ait, ꝓcedere illud tã ĩ mobilibus,q̃ in immobilibus: ſubdens tñ, nõ eſſe conſuetudinis improbandæ, ut aliqua mobilia pauperibus, & religioſis locis,& illis q uiuenti ſeruierant, ſiue ſint cõſanguinei ſiue alii, aliqua iuxta ſeruitii meritum conferantur. Per quod clare ſignificat,eã ſolã teſtandi conſuetudinẽ de reditibus eccleſiaſticis ualere, per quam relinquuntur bona in pia opera, uel in iuſtam obſequiorum remunerationem.

7 Neque obſtat, quòd præfatus N. uelit intelligere illum textum de ipſis bonis

ſtabilibus

ſtabilibus eccleſiaſticis, & non de reditibus eorum, ad adminiſtrationem rectoris eius pertinentibus. Tum, quia hoc eſt uelle nouare omnia recepta. Tum, quòd una conſtitutio interpretans aliam, intelligenda eſt in terminis interpretatæ. Auth. Hæc conſtitutio. §. Hæc igitur. & c. Cum in officiis, eiuſdē tituli; quod ibi declarat Innoc. loquitur de reditibus Eccleſiæ pertinentibus ad eius rectorem. Tum, quod ipſemet Innoc. in d. c. Relatum. Verſ. Cæterum, clare demonſtrat; ſe de reditibus Eccleſiæ loqui, & non de bonis aliis ſtabilibus Eccleſiæ; quatenus ait, ea quæ prędixit, nō eſſe intelligenda de his quæ ex hæreditate, uel artificio, aut doctrina prouèniunt: quoniam illa diſtribuetur pro arbitrio decedentis. Palam ponens differentiam inter quæſita ex bonis Eccleſiæ, & alia aliunde quæſita. Itaque in effectu probat, ualere conſuetudinem teſtandi de quæſitis ex bonis Eccleſię ī opera pia; non autem in alia. Quę, ut poſtea dicemus,

cemus,eſt uera concluſio,& reſolutio.
Sexto, idem probatur, quòd Papæ
ſunt omni lege humana ſuperiores,ne- 8
que obligantur ea quatenus eſt huma-
na. c. Cuncta per mundum. 9. q. 3. c.
Propoſuit, de conceſſ. præb. l. Prin-
ceps. ff. de legib. At Papæ ligantur le-
ge de non teſtando ad profana de re-
ditibus Papatus: quia non permittit
Eccleſia, neque ſuceſſores eorum talia
teſtamenta exequi. Imo præfata eorum
bona deferuntur ad eum, quem Ca-
merarium, ſeu Camarlengum uocant:
cuius officium morte Summi Pontifi-
cis non finitur. Clem. Ne Romani.§.eo
prouiſo, de elect. ubi bona glo. in pro-
poſitum noſtrum. Ergo lex de non te-
ſtando ad profana de reditibus eccle-
ſiaſticis, non eſt tantum humana, ſed
etiam naturalis uel diuina. Neque ob-
ſtat dicere ex aduerſo, quòd Paparum
ſiue Pontificum Maximorum teſtamē-
ta, nō admittuntur, etiam ad pias cau-
ſas facta; ut ipſemet dixi in præfato li-
bello. q. 3. & quòd ita hoc argumen-

tum

tum nó probat plus de conſuetudine teſtandi ad profana,q̃ ad pia. Et ipſe fa teor in præfata. q. 3. legem de non teſtando de reditibus eccleſiaſticis ad pia opera,ſolum eſſe humanam,& non naturalem,neq; diuinam. Non,inquã, hoc obſtat. Tum, ꝙ ſufficit in eo propoſito,ꝙ probet legem de non teſtando ad profana eſſe diuinam uel naturalem. Tum, ꝙ alia ratione impeditur executio teſtamentorũ Pontificũ Maximorum ad profana;& alia teſtamentorum ad pia: quia illa impeditur, eo ꝙ ſunt contra legem naturalem, uel diuinam; hæc uero, quia omnia relicta in pios uſus de reditibus eccleſiaſticis põt uertere Papa in alios. Clem. Quia contingit,de relig. domib. & ita ſucceſſor poteſt bona relicta a præceſſore in unũ uſum pium,conuertere in aliũ; & longe facilius q̃ ea,quæ laici relinquunt de bonis ſuis profanis. Quoniã relicta ab his non poſſet ſine iuſta cauſa, ut ſatis declarauit concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 5. de reformat. Re-

licta

licta uero Papæ poſſet conuertere pro uoluntate ſua, uel certe pro longe minori cauſa: quia ſunt relicta de bonis ſuapte natura piis uſibus dedicatis. Septimo facit, ꝙ cum in antiqua, & parte deciſa. c. Ad hæc, de teſtam. ut refert Io. And. in Mercurial. reg. Nemo plus, de regul. iur. lib. 6. erant quædã uerba, quibus ſignificabã, ualere huiuſmodi conſuetudinẽ: quæ tñ in hac, quã habemus authentica cõpilatione, ſublata fuerũt; & nõ alia ratione, q̃ qa illud qđ illa uerba ſignificabant, licet forte nõ ꝓbarent, erat contra legẽ naturalẽ, uel diuinã, ꝑ prædicta. Nam ratio, quã N. reddit, ſcilicet; ꝙ illa conſuetudo, de qua ibi, erat aliqua particularis, & ne amplius ſerperet, & ne per illam daretur occaſio eam extendendi, & alias generandi; fuerunt ſublata illa uerba. Quia fatetur, legem meliorem eſſe, nõ teſtari clericos, q̃ teſtari. Illa, inquam, ratio nihil ualet. Tum, quia eſt mera diuinatio, & ſomnium, ut ex ſe patet. Tum, quia leges prouidere quidem ſolent,

q. 5. Septimo tandem nobis opitulatur, ꝙ non ſolum cõmunis, ſed etiam omnium una eſt opinio; iure cõmuni nõ poſſe beneficiarios de reditibus beneficiorum teſtari in ullos uſus profanos,aut ſuperfluos:neq; etiam in pauperes & alia opera pia; ut conſtat per Panor.Andre.Sicul. & Peruſ. in rubri. de teſtam. & per alios ab eis citatos.

CONFVTATIO FVNDAmentorum contrariæ opinionis.

SVMMARIVM.

Bonorum Eccleſiæ uerus dominus eſt CHRISTVS, *nõ ſolum generali ratione; quia omnia ſunt eius; ſed etiam ſpeciali; & ita beneficiarij ſunt quidam eius procuratores. nu. 1.*

Conſuetudo, ut beneficiarij pro libito teſtentur de reditibus eccleſiaſticis, nullibi eſt; & ſicubi eſſet, non ualeret. nu. 2. Quia contra legem naturalem eſſet. num. 3.

Præcepta Decalogi ſunt leges naturales; & conſequenter præceptum de non furando. num. 3. Quod multis modis infringitur. nu. 4. & 5.

Bona Eccleſiæ expreſſe uel tacite, oneri dandi ſuperflua operibus pijs ſubiecta. num. 4.

Lege

Lege pactorum, quia naturalis eſt, obligantur etiam Papæ & Reges. num. 4.
Traditio Apoſtolica & Eccleſiæ pro diuina lege tenenda. num. 6.
Intellectus c. Relatum. 2. de teſtam. ab N. datus, refellitur. num. 7.
Papa legibus humanis exemptus, legi de non teſtando pro libito, quomodo ſubijcitur. nu. 8.
Conſtitutio interpretans, in terminis interpretatæ intelligenda. num. 7.

II. Moneo, præfatũ N. cõtra ſententiã receptam affirmare; oẽs beneficiarios poſſe perinde teſtari de reditibus ſuis eccleſiaſticis, ac de bonorũ patrimonialiũ reditibus. Cuius fundamenta nil obſtant. Non primũ, fundatũ in c. 1. de cler. nõ reſid. lib. 6. quatenus ſignificat fragiliter a cõtrario ſenſu; beneficiariũ fieri dñm diſtributionũ, quas intereſſen do diuinis, lucrat̃; & per cõſecutionẽ, oĩum redituũ ſui bñficii. Nã contrariũ ꝓbãt in ſenſu directo oĩa illa iura, quę in q. 1. mon. XXIIII. citauimus: quatenus determinãt D. N. Ieſum Chriſtũ eſſe uerũ dñm oĩum bonorũ eccleſiaſticorũ; nõ ſolũ illa generali rõne, ꝗ Dñi 1

eſt terra & plenitudo eius, Pſal. 25. & c. Quo iure. 8. diſtin. ſed etiam ſpeciali ratione, & humana diſpoſitione, ſicut alii omnes; beneficiarios autem eſſe diſpenſatores, & procuratores eius. Et quia licet aliquo largo modo dici poſſint domini, non tamen poſſunt dici abſoluti, ſed aſtricti; ut ſe ſuſtentatis, reliqua piis operibus impēdant, ut late dictum eſt, in q. 1. monit. XLIIII. reſpondendo latiſſime præfato cap. 1. Non obſtat etiam ſecūdum, ſcilicet; ꝙ conſuetudo ubiq; gentium id habet. Tum, ꝙ in q. 1. monit. L. probauimus
2 id eſſe falſiſſimum, adeo ꝙ nullibi gentium ſit conſuetudo tam libere teſtandi de reditibus eccleſiaſticis, ac patrimonialibus laicis. Tum, quia tenēdum eſt, ꝙ conſuetudo beneficiariorum, ſi qua eſſet teſtandi ad libitum de reditibus eccleſiaſticis, nil ualeret. Primo quidem, ꝙ opinio cōmunis id habet; quam etiam ipſo N. atteſtante in c. 7. 2. part. tenet Panor. in c. Cum in officiis, nu. 5. de teſtam. & in cap. 1. de

eccleſ.

eccleſ. ædific. & alii complures, quos refert Reuerendiſs. Epiſcopus Segobienſis Didacus a Leyua, ſiue Couarrubias in c. Cum in officiis. nu. 9. de teſtam. qui dicunt eam eſſe communē,& ei aſſentire omnes fere in c.1. de teſtam. & in c.Relatum.2.eod.tit.& in c. final. de pecul. cleric. quamuis ipſe N. magnopere laboret fruſtra ponderando minutatim uerba aliquorum doctorum ad ſuadendum dubium eſſe, an ſit cōmunis.Nam,quicquid ipſe dicat, non ſolum cōmunis,ſed omnium fere opinio habet,non ualere conſuetudinem;ut beneficiarii perinde teſtentur pro libito de omnibus reditibus eccleſiaſticis, ac de patrimonialibus. Quod etiam tenuit Rochus Curtius in c.fin.de conſuetud. fol.22. col.3.& Philippus Peruſ. in rubric. de teſtam. col.23. & col.32. & Caiet.in Sec.2.q. 85.art.7. Quam & ipſe ante annos triginta etiam præfato Reuerēdiſſimo audiente me,dictando è cathedra, confirmaui Salmanticæ.Nam & ſi aliqui dö-

ctores dicant illam, uel illam conſuetudinem teſtandi de illis, aut illis reditibus ualere: rariſſimi tamen ſunt, qui auſi fuerint dicere id, quod præfatus N. ait, ualere; ut ad libitum omnes beneficiarii de omnibus reditibus eccleſiaſticis, perinde ac de patrimonialibus, teſtentur. Secũdo probatur, ꝙ hoc
3 eſt adeo uerum, ut quàmuis nemo id tenuiſſet, deberet tamen teneri: eo ꝙ omnia decem præcepta Decalogi, de quo Exod. 20, & glo. in c. Quid in omnibus. 32. q. 7. ſunt leges diuinæ; imo & naturales, iuxta doctrinam Thomæ receptam, in Sec. 2. q. 122. art. 3. & in 3. diſt. 37. q. 2. art. 4. ubi communis id tenet, præſertim Maior. q. 2. Neque Scotus in effectu, quò ad hoc ꝓpoſitum, diſſentit: & per conſecutionem, ſeptimum de non furando, & decimum de non concupiſcendo rem alienam, erunt tales; iuxta l. 1. ff. de furt. At beneficiarius, qui contra ſententiam receptam utitur contraria ipſius N. contra eas facit, ut probatum

eſt

eſt in q. 1. monit. XXVII. & XXXIX. rationibus firmiſſimis; quarũ ſummatim repetitarũ, Prima eſt; ꝙ non ſolum eas infringit is, q alienũ furatur aut rapit, ſed etiã is, qui re aliena, contra uoluntatem dñi utitur. §. Furtum. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcũtur: & ꝙ qui de reditibus beneficii ſui cõtra præfatam ſententiã receptã teſtař, utitur bonis eccleſiaſticis contra uoluntatem D. N. IESV CHRISTI, cuius illa uera eſſe ſupra, q. 1. monit. XXIIII. probauimus; & eius Eccleſiæ, cui adminiſtrationem ille commiſit, ut ibidem monſtratum fuit. Secunda, quia etiam infringit præfata duo præcepta is, qui pacta & conuentiones non ſeruat, etiã ſi Papa ſit, Imperator, aut Rex. cap. 1. de probat. & c. 1. de natur. feud. & l. 1. ff. de pact. & ibi per Bald. allegantem Magiſtrum Sentent. qui licet ad ſeruandum ſuas leges humanas cogi nequeant. l. Digna uox. C. de legib. & c. Propoſuit, de conceſſ. pręb. ſunt tamen obligati ad ſeruandas conuentiones

cum eis initas uirtute præcepti; quod eſt lex naturalis, & inter Eccleſiam, & miniſtros ipſius, negotia CHRISTI procurantes, & populum chriſtianum, qui ei tanta bona contulit, fuit (ut ſupra d. q. monit. XXVII. probatum eſt) conuentio ſaltem tacita, quæ tantum ualet quantum expreſſa. l. Labeo, & l. Item quia. ff. de pact. ut miniſtri eius, id quod ſupereſt eis, accepta ſua, quæ honeſta ſit, ſuſtentatione, tribuerent pauperibus uel aliis operibus piis. Cui conſequens eſt, neceſſarium eſſe, ut eis, & non aliis tribuantur. Cum autem palam ſit, conſuetudinem contra ius naturale aut diuinum nihil ualere, eſſeque corruptelam per c. Quæ contra. & c. Mala. 8. diſtinct. palam quoque erit, eam de qua loquimur, eſſe (ut Caienus dixit) corruptelam & hæreſim, uel illi proximum, dicere illam ualere, ut Petrus Sotus relatus in d. 1. q. nu. 38. ſignificauit, & ſatis Archid. ibidem etiam relatus expreſſit. Tertia, quòd

etiam

etiam tranſgreditur hæc duo præcepta, & leges naturales, qui re in alium uſum accepta, utitur in alium: ſicut qui mulam in Salmanticam commodatam, ducit Burgoſ. §. Furtum, de oblig. quæ ex delict. At beneficiarii, qui opinione contraria receptæ utuntur, hoc faciunt: quandoquidem reditibus in alium uſum datis, in alium uſum longe diuerſum utuntur. Quarta, quòd etiam dicta duo præcepta, tranſgreditur, qui quod debet, non ſoluit ei cui debet; & qui ſe non exonerat iniuncto ei onere, quando & quomodo tenetur. Quoniam in effectu eſt alienum accipere aut retinere, cap. Sæpe, de reſtit. ſpoliat. & Thom. in Sec. 2. q. 62. art. fin. & probat totus titulus. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub modo. At qui præfata ſuperflua detinet, aut non tribuit pauperibus, aut donat diuitibus ratione cognationis, amicitiæ, uanitatis, aut uitii; non ſe exonerat, neque ſoluit cui debet:

quãdoquidem, ea ex quibus colligũtur, collata ſunt ei cum onere dandi pauperibus. Tertio probatur, ꝙ non ualeat præfata conſuetudo: quia ex fine. c. 2. & principio cap. 5. Actorum, adiuncto: c. Videntes, 12. q. 1. ex una parte, & c. Futurã, ead. cauſ. & quæſt. ex altera, ex Clemente in locis ſupra. q. 1. mon. XXIIII. & LXXVII. citatis, colligitur ſententiã cõmunem eſſe traditionẽ Apoſtolicam & Eccleſiæ, ut miniſtri primũ, deinde pauperes fideles alantur. Et omnis traditio Apoſtolorũ, a ſucceſſoribus eorum ueluti per manus ſuſcepta uel obſeruata, pro diuina inſtitutione tenenda eſt. c. Eccleſiaſticarũ, & c. In his. 11. diſtin. Quarto, probatur idẽ, eo ꝙ bona eccleſiaſtica ſunt bona CHRISTI, & nõ Prælatorũ Eccleſiæ, etiã iure naturali & diuino, ut irrefragabiliter probatũ eſt in mon. XXIIII. q. 1. Et per ſupra proxime dicta probatũ eſt; quòd traditione Apoſtolorum declaratum eſt, intentionem. D. N. IESV CHRISTI fuiſſe,

6

fuiſſe, ut illa in ſola opera pia impendant. Ergo iuris diuini eſt, uel ei ęquipollẽtis, ne ea in alios uſus q̃ pia opera impendantur. Quinto, ꝙ ad hoc eſt caſus ĩ c. Relatũ. 2. de teſtam. quẽ poſt & ante alios multũ cõmendat Rochus ubi ſupra; quatenus ibi Innoc. III. declarãdo cõciliũ Lateranẽſe, qđ in c. Cũ ĩ officiis eod. tit. habet, quæſita per clericos ex bonis ecclesię, poſt mortẽ eorũ ꝑtinere ad eorũ eccleſias, ſiue moriant̃ teſtati, ſiue inteſtati, ait, ꝓcedere illud tã ĩ mobilibus, q̃ in immobilibus: ſubdens tñ, nõ eſſe conſuetudinis improbandæ, ut aliqua mobilia pauperibus, & religioſis locis, & illis q uiuenti ſeruierant, ſiue ſint cõſanguinei ſiue alii, aliqua iuxta ſeruitii meritum conferantur. Per quod clare ſignificat, eã ſolã teſtandi conſuetudinẽ de reditibus eccleſiaſticis ualere, per quam relinquuntur bona in pia opera, uel in iuſtam obſequiorum remunerationem. Neque obſtat, quòd præfatus N. uelit 7 intelligere illum textum de ipſis bonis

ſtabilibus

ſtabilibus eccleſiaſticis, & non de reditibus eorum, ad adminiſtrationem rectoris eius pertinentibus. Tum, quia hoc eſt uelle nouare omnia recepta. Tum, quòd una conſtitutio interpretans aliam, intelligenda eſt in terminis interpretatæ. Auth. Hæc conſtitutio. §. Hæc igitur. &c. Cum in officiis, eiuſdē tituli; quod ibi declarat Innoc. loquitur de reditibus Eccleſiæ pertinentibus ad eius rectorem. Tum, quod ipſemet Innoc. in d. c. Relatum. Verſ. Cæterum, clare demonſtrat; ſe de reditibus Eccleſiæ loqui, & non de bonis aliis ſtabilibus Eccleſiæ; quatenus ait, ea quæ prędixit, nō eſſe intelligenda de his quæ ex hæreditate, uel artificio, aut doctrina proueniunt: quoniam illa diſtribuetur pro arbitrio decedentis. Palam ponens differentiam inter quæſita ex bonis Eccleſiæ, & alia aliunde quæſita. Itaque in effectu probat, ualere conſuetudinem teſtandi de quæſitis ex bonis Eccleſię ī opera pia; non autem in alia. Quę, ut poſtea dicemus,

cemus, eſt uera concluſio, & reſolutio. Sexto, idem probatur, quòd Papæ ſunt omni lege humana ſuperiores, ne- 8
que obligantur ea quatenus eſt humana. c. Cuncta per mundum. 9. q. 3. c. Propoſuit, de conceſſ. præb. l. Princeps. ff. de legib. At Papæ ligantur lege de non teſtando ad profana de reditibus Papatus: quia non permittit Eccleſia, neque ſucceſſores eorum talia teſtamenta exequi. Imo præfata eorum bona deferuntur ad eum, quem Camerarium, ſeu Camarlengum uocant: cuius officium morte Summi Pontificis non finitur. Clem. Ne Romani. §. eo prouiſo, de elect. ubi bona glo. in propoſitum noſtrum. Ergo lex de non teſtando ad profana de reditibus eccleſiaſticis, non eſt tantum humana, ſed etiam naturalis uel diuina. Neque obſtat dicere ex aduerſo, quòd Paparum ſiue Pontificum Maximorum teſtamēta, nō admittuntur, etiam ad pias cauſas facta; ut ipſemet dixi in præfato libello. q. 3. & quòd ita hoc argumen-
tum

licta uero Papæ poſſet conuertere pro uoluntate ſua, uel certe pro longe minori cauſa: quia ſunt relicta de bonis ſuapte natura piis uſibus dedicatis. Septimo facit, ꝙ cum in antiqua, & parte deciſa. c. Ad hæc, de teſtam. ut refert Io. And. in Mercurial. reg. Nemo plus, de regul. iur. lib. 6. erant quædã uerba, quibus ſignificabaẽ, ualere huiuſmodi conſuetudinẽ: quæ tñ in hac, quã habemus authentica cõpilatione, ſublata fuerũt; & nõ alia ratione, q̃ qa illud qđ illa uerba ſignificabant, licet forte nõ ꝓbarent, erat contra legẽ naturalẽ, uel diuinã, ꝑ prædicta. Nam ratio, quã N. reddit, ſcilicet; ꝙ illa conſuetudo, de qua ibi, erat aliqua particularis, & ne amplius ſerperet, & ne per illam daretur occaſio eam extendendi, & alias generandi; fuerunt ſublata illa uerba. Quia fatetur, legem meliorem eſſe, nõ teſtari clericos, q̃ teſtari. Illa, inquam, ratio nihil ualet. Tum, quia eſt mera diuinatio, & ſomnium, ut ex ſe patet. Tum, quia leges prouidere quidem ſolent,

lent, ne conſuetudines prauæ, quæ ſunt contra leges naturales uel diuinas, oriantur: non tamen ne orirentur illæ, quę ſunt rationabiles, licet ſint contra leges humanas, & non tam utiles ac illæ.c.final. de conſuetud. Et ita cum, ipſo fatente, prouiſum fuerit in decidendo præfatum capitulum, Ad hæc, ne orirentur aliæ huiuſmodi conſuetudines; palam colligitur hanc eſſe prauam, & directe uel indirecte contra legem naturalem uel diuinam, ac per conſecutionem inualidam. Tum, quia ſi N. opinio eſſet uera, uidelicet; quòd beneficiarii perinde poſſint diſponere in uita & in morte de reditibus eccleſiaſticis, ac de patrimonialibus, rationabilior profecto eſſet conſuetudo teſtandi pro libito, q̃ contraria. Quare neque illa opinio eſt uera: & ratio tollendi uerba præfata, fuit; quia contra legem naturalem uel diuinam erat conſuetudo ſignificata per ea, & ita nullatenus tolerabilis. c. Sunt quidã. 25. q. 1. c. Quæ cõtra 8. diſtinct.

SVM-

SVMMARIVM.

Cōſuetudo, ut beneficiarius percipiat fructus unius uel alterius anni poſt mortem, ualida. nu. 1. *Et quomodo intelligenda remiſſiue. nu.* 2.

Conſuetudo derogat legi, quatenus eſt humana, nō quatenus eſt naturalis, uel diuina. nu. 3.

Conſuetudo clericorum teſtandi ad libitum a Papa, non toleratur in Italia*, nec alibi. nu.* 4.

Nec approbari poteſt ab ulla poteſtate humana, cum eſſet contra diuinā authoritatē. nu. eod.

Permiſſio duplex, altera quæ probat; altera quæ tantum non punit. huius ſpeciei eſſe illam, qua permittitur alicubi conſuetudo clericorum teſtandi ad libitum, & qua de cauſa. nu. 5.

Conſuetudo teſtandi etiam ad pia, non eſt in Hiſpania Epiſcopis: uidetur autem eſſe inferioribus, quæ tamen nec illis eſt in Italia*, nec in multis partibus Galliæ, ſine facultate Epiſcoporum. nu.* 6.

III. Moneo, nihil etiam obſtare proximi moniti concluſioni illa quinque, 1
quæ in præfata. q. 3. nu. 11. etiā ipſemet mihi oppoſui. Primum eſt Extrauagans, quæ incipit, Suſcepti, Io. XXII. quæ eſt in tit. de elect. inter Extrauagantes eius, & in tit. Ne ſede uacan. inter

inter Extrauagantes communes; quæ approbat conſuetudinem, ut beneficiarius percipiat poſt mortem reditus beneficii, primi aut ſecundi anni. Secũdum eſt, quòd uidetur Innocentius approbare in c. Cum tibi, de uerb. ſignif. præfatæ conſuetudinis ualorem; quod ibidem Panor. annotaſſe dicitur. Tertium eſt, ꝙ conſuetudo poteſt legem abrogare humanam. c. fin. de conſuet. l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetudo, qualis uidetur eſſe hæc, prohibens beneficiariis hanc teſtamenti factionem; & ꝙ contra eam eſt generalis conſuetudo. Quartum, ꝙ beneficiarii uidentur domini ſuorum redituum. c. 1. de cleric. nõ reſident. lib. 6. per locum a contrario ſenſu; & quòd dominus cuiuſq; rei poteſt pro libito de ea diſponere, atq; teſtari. l. Si quis ui. §. Differentia. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. ff. ad l. Falcid. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. Quintum, quòd ſummus Pontifex cum nõ puniat beneficiarios teſtamenta facientes, ſatis uidetur legem

id

id prohibentem abrogare uelle, cum alioqui peccarent. arg. c. Qui negligunt. & c. Reſecandæ. 23. q. 4. c. Qui conſentit. 83. diſtinct. Ad quæ argumenta parum urgētia ſic reſpondetur. Ad primum quidem eodem omnino modo, quo reſpōdimus ſupra quęſt. 1. mon. XLVIII. defendendo non probari per illam ualere conſuetudinem diſponēdi ad libitū de reditibus eccleſiaſticis inter uiuos, neq; teſtando. Ad ſecundū reſpondemus, Primū ꝙ Innoc. in allegato c. Cum tibi, de uerb. ſignif. nō aſſerit eſſe ullam cōſuetudinem teſtandi clericorū; neq; de poteſtate teſtandi loquitur, ſed de poteſtate ordinandi, quā ordinationem gloſ. in eod. c. refert ad ordinationem inter uiuos faciendā, iuxta conſtitutionē Alex. III. poſitā in d. c. Ad hæc. Deinde, ꝙ quamuis Innocentius ibi eā cōnſuetudinē præſupponeret, intelligendus tñ foret de conſuetudine teſtandi in pios, & nō in ꝑfanos uſus, iuxta ſupradicta in reſpōſione argumēti primi, remiſſa ad moni- 2

5 tum. XLVIII. quæſt. primæ. Ad tertium reſpondemus, primo fatendo conſuetudinem poſſe indubie derogare legi humanæ, quatenus eſt humana. c. fin. de conſuetud. ſed non quatenus illa complectitur legem naturalem, aut diuinam. c. Quæ contra mores. 8. diſt. & late Fely. in c. 1. de treug. & pac. Et ſubinde fateor, conſuetudinem poſſe beneficiariis concedere facultatem teſtandi in pios uſus, cum id lege tantum humana prohibeatur: ſed non teſtandi in uſus profanos; cum id lege naturali comprehenſa in ſeptimo præcepto ſit interdictum, ut probatum fuit ſupra q. 1. monit. XXI. & XXXIX. Secundo, reſpõdeo, negãdo plane id quod hoc argumentum ſupponit, uidelicet; Cõſuetudinem generalem ubiq; uigere, ut beneficiarii ad libitũ teſtari poſſint: contrarium enim efficaciter monſtratum fuit ſupra ead. q. mon. II. & q. 1. monit. L. Ad quartum reſpondemus, inficiantes aperte; beneficiarios eſſe dominos redituum eccleſiaſticorum,

ſaltem liberos, & abſolutos, ſicuti ſunt redituum ſuorũ patrimonialiũ, & quaſi patrimonialium, & ut laici ſuorũ bonorũ: ſed ſolum diſpenſatores, uel dñi aſtricti & obligati, ut uictu ſibi honeſto retento, quæ ſuperfluunt elargiãtur pauperibus; q̃a ſupra q. 1. mon. XXIIII. efficaciſſime probatũ fuit, ſolũ IESVM CHRISTVM D. N. eſſe uerũ dñm omnium bonorũ eccleſiaſticorũ, non ſolũ ea generali ratione, qua Domini eſt terra, & plenitudo eius, Pſal. 23. & c. Quo iure. 8. diſt. ſed etiam ſpeciali, qua alius quilibet eſt iure gentiũ rei ſuæ dñs; & per eũ immediate cõceſſam eſſe adminiſtrationẽ eorũ Eccleſię uel Papæ, & mediate aliis Prælatis, & beneficiariis, per titulos canonicos ſupra dicto modo reſtrictã. Ad quintũ, negamus primo; ſummos Pontifices tolerare ubiq; 4
præfatã conſuetudinẽ; quia palã eſt nõ tolerare illam in Italia, ut latius monſtramus in cõmentario. c. Non liceat Papę. 12. q. 2. quẽ cũ hac Apologia cõponimus. Secundo, etiã negamus, ui-

 deri

deri ſummos Pontifices uoluiſſe legẽ prædictam abolere, ex eo ꝙ beneficiarios teſtamenta faciẽtes nõ punierint. Primum, quia ſuperior non uidetur legem a ſe latam, a ſubditiſq; receptam abrogare, eo ꝙ tranſgreſſores eius non puniat. c. Cum iam dudum, de præben. glo. c. Omnis, diſt. 3. & late Felyn. in c. 1. de treug. & pac. ſup. gloſſ. illius ſingularis uerſ. Noua lex. & conſtat hanc legem cõmunem, fuiſſe receptiſſimam. Item, quia legẽ naturalem, aut diuinam poſitiuam, nequeũt ſuperiores, ut maxime id uelint, ac expreſſim caueant, tollere. Quia legẽ maioris, minor non tollit. Clem. Ne Romani, de elect. cap. Cũ inferior, de maiorit. & obed. Neq; etiam circa eam indulgere ſeu diſpenſare ſine iuſta cauſa. gloſ. c. Non eſt, de uoto, & c. Quanto, de iureiuran. Notatur late in c. Quæ in eccleſiarum, de conſtitut. Et lex prohibens teſtamenti factionem de reditibus eccleſiaſticis in uſus profanos, eſt naturalis, cõprehenſa in ſeptimo Decalogi præcepto,
ut

ut eam ſuperius explicuimus in hac ead. quæſt.3. monit. II. & latius. q. 1. mon. XXI. & XXXIX. Et ſubinde, nec tacite nec expreſſe hanc legem ſuperiores tollere poſſunt; nec circa illam diſpenſare ſine iuſtâ cauſâ, ut luculenter Panor. docet in repet.c.Cum eſſes. nu.29.de teſtam. Quæ diſpenſatio recte facta, declaratio effectu ipſo iudicanda eſt, iuxta Tho. Quodlib.4. art. 13. & Quodlib.9. art.15.& Maior in 3. diſtinct. 24. q. 12. & melius in 3. diſtinct. 37. quæſt.12. ubi Scotus ſubtiliter de duplici diſpenſatione. Negamus item id, quod inſinuatur in fine præfati quinti argumenti; ſcilicet; ſummos Pontifices, alioſque prælatos 5
permittentes teſtamenta beneficiariorum, nō facta prius abrogatione huius legis,peccare. Primum,qa nō illa permittunt approbando,ſed ſolū non puniēdo,ad alia maiora dāna euitanda,& alios fines bonos:quod fieri pōt, iuxta gloſſam celebrē ab oībus receptam in c.Oīs.3.diſt.& in c.Meretrices.32.q.4.

& Io. And. in Mercurial. c. Peccatũ, de reg. iur. lib. 6. receptus ubique, qui has duas ſpecies ꝑmiſſionis expreſſit. Qua etiam ratione Eccleſia, multa obſcœna in carniſpriuio fieri impune permittit. c. Deniq; 4. diſt. multãq; proſtibuli, ſeu lupanaris fornicationẽ impunitã omittit: ſed nõ ideo iſthæc approbare cẽſetur, d. c. Meretrices; nec ſi uellet, poſſet, cõtra iuris diuini prohibitionẽ. c. Sunt quidã. 25. q. 1. & hac rõne non ſunt dicendi perperã agere ſuperiores, huius legis trãſgreſſores nõ plectẽdo, ad euitãda plura & maiora dãna litiũ, iurgiorũ, inimicitiarũ, & ſumptuũ, quæ in dies oriuntur; exquirẽdo, an & qualiter, ac quatenus circa prædicta bñficiarii exceſſerint; & mouẽdo lites aduerſus eorũ hæredes. Quod ꝑfecto eſſet litibus, & ſcãdalis implere orbẽ, cũ paruo cõmodo; eo ꝙ multis modis ſe poſſent hęredes defendere, allegando multas rationes, q̃bus diſponere põt beneficiarius, tam in morte, q̃ in uita ad libitũ de oĩbus reditibus ſui beneficii; uel de

aliqua

aliqua eorũ parte, quæ colligi pñt ex præfato libello. q.1.a num.48. uſq; in finẽ.& in hoc ſupra.q.1.a mon.LXXV. uſq; in finẽ tanguntur, & reſumunt infra, mon. ult. Quare multo ſatius eſt cõmittere iſta oĩa conſcientiæ beneficiariorũ, ut rõnem ipſi debitã ineant, & illã reddant Deo, qui indubie petiturus eſt eã exacte iſtorum redituũ ſuę adminiſtrationi cõmiſſorum. Ad quod etiã reſpexit lex Regia Hiſpaniæ in petit.87.in curiis ſeu comitiis Valliſoleti, anni 1533. ibi. (y ſobre las herencias de los clericos, mãdamos que ſe guarde la coſtumbre, que eneſto ſe ha tenido; y deſde agora ſe den las prouiſiones, que fueren neceſſarias para que ſe guarde la dicha coſtumbre) reſpexiſſe, inquã, uidetur, quatenus præcipit ſeruari clericis conſuetudinẽ, quã circa teſtamenti factionem obtinent. Nec enim mens eius latoris fuit, ut oĩa paſſim teſtamenta beneficiariorum tuerentur; nec ſi ea fuiſſet, iuſta foret: ſed tantum uoluit quieti Reipub. conſulere, & 6

ſeminariā & fomenta litium iurgiorū, & ſcandalorū prudentiſſimo conſilio ſubmouere, ac ipſorū teſtamentorum conditores, ſuæ ipſorū conſcientiæ relinquere, ut eorū Deo reddāt rationē, exacte eam repoſcituro. Qua ratione audio etiā fe.re.Piū IIII. ut infra mon. IX. tangemus, & latius declarauimus ſuper ipſiuſmet Extrauaganti in Comment. c. Non liceat. 12.q.2. quē cum hac apologia tamq̃ rem ad eā pertinētem cōponimus, ſtatuiſſe; ne teſtamenta clericorū in Vrbe decedentiū, in ius uocarentur, ſicut ante eū uocari ſolebant. Sit itaq; hæc concluſio; ꝙ cōſuetudo nō cōceſſerit, neq; etiā poſſit concedere beneficiariis teſtandi facultatē de reditibus eccleſiaſticis in profanos uſus, licet in pios ſic: quamuis nec in pios Epiſcopis Hiſpanis cōceſſerit; & ſi par ſit credere conceſſiſſe illā ad pios uſus aliis minoribus clericis ſæcularibus, & beneficiariis in Hiſpania: quoniā in Italia id non eſſe conſuetudine conceſſum, palam conſtāt ex prædicta

Extrauag.

Extrauag. & aliis quas Paulus III. Iulius III. Paulus IIII. Pius IIII. & S.D.N. Pius. V. ediderunt; quarum tenores qua parte huc pertinent, in prædicto c. Non liceat, a nobis tranſcribuntur. In aliquibus etiam partibus Galliæ nõ conſueuerunt clerici ſine Epiſcoporum facultate, uel aliquorum aliorum obſeruatione etiam ad pia teſtari.

SVMMARIVM.

Epiſcopi, qua ratione in Hiſpania non teſtantur. nu 1.

Beneficiarij minores Epiſcopis etiam ſimplices, qua ratione non teſtantur. nu. 2.

Beneficiarius, etiam Epiſcopus, poteſt relinquere teſtando cui uoluerit tantum quantum de patrimonialibus dedit gratioſe. nu. 3.

IIII. Moneo, inferri ex prędictis, Primũ; ꝙ bona pars rationis, qua quotidie Sũmus Pontifex ꝑ ſuos collectores in Hiſpania accipit oĩa ſpolia, ſeu bona Epiſcoporũ, quę relinquũt tẽpore mortis de reditibus eccleſiaſticis, omnibus reiectis teſtamentis, eſt; quia Epiſcopi non

non poſſunt de illis iure teſtari, per prædicta; & per textum in hoc ſingularem in c. Quia Ioannes. 12. q. 5. Dixi, bona pars rationis; quia non eſt tota; eſt enim pars eius, quòd per ius antiquum ſcriptum, uel non ſcriptum, ideſt conſuetudinem antiquam, uel per nouas Extrauagantes, ſunt reſeruata ipſi Papæ; ut latius diximus in Commentario præfati. c. Non liceat Papæ. 12. q. 2. Hæc eadem ratio eſt, quare Summorum Pontificum teſtamenta a ſucceſſoribus ſuis nõ recipiuntur, quò ad reditus eccleſiaſticos; quando ſaltem eos ad alios quàm pios uſus relinquunt. Quin omnia prædicta eorũ bona deferuntur ad Camerarium: cuius officium morte Summi Pontificis non finitur. Clem. Ne Romani. §. Eo prouiſo, de elect. ubi bona gloſſa in propoſitum noſtrum, ut prædictum eſt ſupra ead. q. mon. II. Dixi, ſaltem quò ad alios uſus, quàm pios: quoniam alia ratione opus eſt ad ea infringenda, cum eos in pios relinquerent, quæ

poſita

poſita eſt in mon. II. huiuſmet quæſt. Infertur item, quòd nullus omnino beneficiarius teſtari poteſt de his rebus, quas non liceret ei donare inter uiuos diuitibus propinquis, & amicis, ſine reſpectu pietatis, aut paupertatis. Nam ex ſupradictis liquet, quò ad illas omnes, prohibitam eſſe beneficiariis teſtamenti factionem; & minorem poteſtatem eos habere teſtandi, quàm donandi. c. Ad hæc. adiuncto c. Relatum. 2. de teſtam. & c. Quia Epiſcopus. 12. q. 5. ubi gloſſa memoranda.
2 Infertur item, uerũ eſſe id, quod Panor. in c. Cum eſſes, de teſtam. nu. 23. late ac efficaciter probat cum communi, contra gloſſam in c. Præſenti, de offic. ord. lib. 6. uidelicet; nullum beneficiarium, quamlibet ſimplicem; poſſe de reditibus eius teſtari. Primum, quia iura pontificia id prohibentia, generaliter de omnibus beneficiariis loquuntur, & ita generaliter ſunt intelligenda. l. De pretio. ff. de public. c. Solitæ, de maiorit. & obed. Deinde, quia expreſſim

preſſim quædam illorũ iurium prohibent ſimplicibus beneficiariis teſtamenta facere, uidelicet. c. Relatum 2. de teſtam. & c. Epiſcopi. & c. fin. 12. q. 1. quæ id prohibẽt canonicis, quos eſſe beneficiarios ſimplices in confeſſo eſt. Tertio, quia eadem ratio dictat adimendam eſſe utriſque beneficiariis ſimplicibus & curatis teſtamenti factionem, cum utrorumque beneficiorum ſimplicium & curatorum reditus ſint eccleſiaſtici, & bona eccleſiaſtica: habeantque ſubinde onus adiunctum tacite uel expreſſe erogandi illorum ſuperflua pauperibus, ut ſuperius abunde dictum eſt in quęſt. 1. ubi etiam monito. XXVII. & XXXIX. docuimus, reditus ſimplicium beneficiorum nequaquàm liberius erogari poſſe, quàm reditus aliorum. Infertur etiam ex prædictis ratio concilii Agathenſis. c. Si Epiſcopus. 12. q. 5. permittentis Epiſcopo, ut quantum de bonis ſuis patrimonialibus Eccleſiæ contulerit, tantundem poſſit decedens

8

cedens propinquis, aut quibus maluerit relinquere: quia, ſcilicet, tunc æquipollenter ſeu uirtualiter de reditibus ſuis patrimonialibus effectu inſpecto teſtatur. Et de æquipollentibus idē eſt iudiciū. l. fin. ff. mandat. c. Licet ex quadā, de teſtib. Infertur etiam, ꝙ beneficiarius, qui rebus ſuis patrimonialibus, aut quaſi patrimonialibus, q̄d-piā pauperibus donauerit, poſſet tantundē ex teſtamēto cui uoluerit relinquere ex reditibus eccleſiaſticis, ꝑ præfatū. c. Siquis Epiſcopus. 12. q. 5. & tradit Peruſ. in rub. de teſtam. col. 32. Sicuti etiam beneficiarius aliquid donans Eccleſię inter uiuos ex bonis patrimonialibus, poteſt deinde tantumdem ſibi ex bonis Eccleſiæ aſſumere. c. Si quis qualibet. 12. q. 2. ut ſupra dictum eſt, q. 1. monito LXXV. & tradit. Peruſ. ubi ſupra. Quod temperandum eſt, iuxta Panormitani doctrinam in cap. 1. de rerum permutat. & in repet. cap. Cum eſſes, de teſtam. num. 31. pulchrius. Quo multi excuſari

excuſari poſſunt, & imputare reditibus eccleſiaſticis omnia, quę in eleemoſynam expendunt ex bonis ſuis patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus, ut tantundem cui uelint ſana conſcientia relinquere poſſint.

SVMMARIVM.

Beneficiarij diuina lege prohibentur teſtari de reditibus beneficij ad profana; humana uero ad pia. nu. 1.

Concordia negantium & aſſerentium, conſuetudine poſſe induci ut beneficiarij teſtentur. nu. 2.

V. Moneo, inferri etiam ex prædictis; quòd licet beneficiarii, dum bene ualent, imo & cum ægrotant, poſſint &
1 debeant inter uiuos omnes ſuos reditus ſuperfluos, & quæſita ex eis, pauperibus & piis operibus donare, iuxta hoc. c. Hieronymi. & c. Caſſellas. & c. Epiſcopi. 10. q. 2. ut iam ſuperius dictũ eſt in q. 1. mon. XXVII. & ſeq. per teſtamentum tamen & ultimam uoluntatem nequaquàm poſſunt, neq; ægroti neque ſani. Infertur etiam quòd alia

lege

lege ac ratione prohibētur beneficiarii teſtari de reliquis ſuorum redituũ in profanos uſus; & alia lege ac etiam ratione in uſus pios. Nam teſtamenti factio in uſus pſanos interdicitur lege naturali diuina comprehenſa in ſeptimo Decalogi præcepto:& etiam in ratione, quæ dictat repugnare legi naturali uti re aliena in alium uſum ab eo in quem accepta ſit:& quod eſt debitum uni, alteri ſoluere. Id quod late monſtratum eſt ſupra in eadē q. mon. III. & q. I. mon. XXI. & XXXIX. Quorum utrumq; facit beneficiarius, dum reliqua iſtorum redituum debita pauperibus, uult ex teſtamento in profanos uſus relinquere, per late in prædictis monitis adducta. Teſtari uero in pios uſus haudquaquàm hac lege & ratione beneficiariis prohibetur. Cum teſtando in pios uſus, in eum uſum in quem acceperũt, his reliquis utantur, & ſoluant eiſdem, quibus debentur. Prohibentur autem teſtari lege canonica, intendente; ut beneficiarii reliqua

qua iſta inter uiuos, in pia opera impendant,& ut illorum deſiderium abiiciant. Quæ fuit ratio ſcopuſq; huius prohibitionis; ſupra in hac q. mon. I.
2 declaratus. Infertur etiam ex his, deciſio illius perobſcuræ quæſtionis, a multis quidem propoſitæ, a nemine tamen hactenus radicitus explicatæ; An ſcilicet, conſuetudine induci poſſit, ut beneficiarii teſtari ualeant de reditibus beneficiorum, abrogando ius cõmune contrarium. Et reſpondemus; nullam omnino cõſuetudinem inducere poſſe iſtam teſtandi factionem, contra iuris cõis prohibitionem; in quantũ ea in ſeptimo continetur præcepto; ac legi concordat naturali in eo cõprehenſæ. Quãdoquidẽ conſuetudo contra legẽ naturalem, & diuinã nulla eſt. c. Quæ contra mores. & c. Mala cõſuetudo. 8. diſt. & conſequenter nequit præſtare facultatem teſtandi in profanos uſus, cum aduerſetur hoc, ut proxime & in III. monito diximus, ſeptimo præcepto, & legi naturali in eo cõprehẽſę. Poteſt autem

autem conſuetudo introducere, ut in
pios uſus beneficiarii teſtentur; cum
hoc lege humana tantum prohibeatur,
& non naturali, cui derogare poteſt
conſuetudo. c.fin. de conſuetud. l. 2.
C. Quæ ſit longa conſuet. ut proxime
explicuimus. Qua radicati, ut ita di-
cam, declaratione, cōciliari poteſt opi-
nio improbantium iſtam conſuetudi- 1.
dinem permittentem teſtamenta con-
dere beneficiariis, quam fere omnes
amplectuntur; ex quibus multos retu-
lit de more D. Didacus in d.c. Cum in
officiis, de teſtam. nu. 9. cum opinione
contraria paucorum, quos idem retu-
lit ibidem. Cui tamen non accedit Ho-
ſtien. in c.final. de pecul. cleric. Solum
enim ait id eſſe uerum ſecūdum quoſ-
dam. Neq; Diuus Anton. 3. par. tit. 10.
§. 14. ſolum enim ait, id fieri, nō tamen
dicit bene fieri; quamuis quidam pu-
tant eos eſſe in illa paucorū opinione.

SVMMARIVM.

Papa, quanto difficilius poteſt facere facultatem teſtandi ad profana, quàm ad pia. num. 1.

Papa, An, & quomodo teſtari poſſit pluſquàm alij clerici. num.2.

Teſtandi facultas de reditibus eccleſiaſticis intelligitur ad uſus pios, etiam ſi, & cæt. nu.3.

Priuilegium ita interpretandum, ut operetur aliquid contra ius commune: ſed dato aliquo tali effectu, reſtringendum; ne alia, præſertim maiora operetur. num.3.

VI. Moneo, inferri etiam ex prædictis;
1 quòd cóclusio Panormitani in c. Cum eſſes, de teſtam. nu.30. aſſerentis; ſummum Pontificem non poſſe concedére facultatẽ teſtãdi de reditibus eccleſiaſticis abſq; iuſta cauſa, reſtringenda eſt quò ad facultatem teſtandi in profanos uſus: quia hæc eſt contra legem naturæ. Et ideo tanta cauſa in hoc requiritur, quanta in diſpenſatione & relaxatione legum naturalium. Non autem eſt extendẽda, quò ad facultatẽ teſtandi in uſus pios: quia hæc legi tantum humanæ aduerſatur; & ideo hæc ſanctè dari poteſt ex cauſa longe minori: & ſi fiat ſine ulla cauſa, in utroq; foro ualebit; licet quò ad forum conſcientiæ peccaretur, ſaltem uenialiter.

ter. Quia contra legem ſuam poteſt ſummus Pontifex ſine iuſta cauſa diſpenſare, ad effectum, ut ualeat diſpenſatio: imo & ad effectum non peccandi mortaliter; imo & ad effectum non peccandi uenialiter, ſi aliqualis cauſa iuſta putata ſubeſſet; ut ſa is colligitur ex utroq; Thoma Prima.2.q.96.art.5. & Sec.2.q.187.art.3. Et ſi quis diligentius expendat argumenta Panormitani, intelliget per illa nil aliud probari. Quæ ſane noua, aperta, & optime fulcita declaratio eſt. Inferetur etiam ex prædictis multo certior & clarior decißio illius quæſtionis; An ſummus Pontifex teſtari poſſit, quàm illa nonnihil confuſa Peruſini in rubri. de teſtam. col. 32. & 33. dicentis; Poſſe Papam, ſicut & reliquos ſimplices clericos. ſecundum gloſſ. ſing. in l. Cum hæredes. C. Qui teſtament. facc. poſſ. Eſt enim clarior & profundior reſponſio; non poſſe teſtari eum de reditibus eccleſiaſticis ad uſus profanos: quoniam hoc eſt prohibitum per le- 2

gem naturalẽ incluſam in ſeptimo prę-
cepto Decalogi. Poſſe tamen teſtari
ad uſus pios: quia hoc eſt prohibitum
per ſolam legem humanam, cui Papa
ſubiectus non eſt; ſaltem quò ad coa-
ctionẽ. c. Propoſuit, de conceſſ. præb.
& c. Cuncta per mundum. 9. q. 3. &
uterque Thom. Prima. 2. q. 96. art. 5.
Non obſtat id qđ audio, ſcilicet; Pon-
tificũ ſummorũ ſucceſſores, prædeceſ-
ſorũ teſtamenta minime admittere ſo-
lere, etiã ſi ſint ad uſus pios facta: quia
reſpõderi poteſt per ea quæ reſpondi-
mus ead. quæſt. mon. III. ſcilicet; ꝯ poſ-
ſunt efficere, non quidẽ ut præceſſorũ
ſuorũ teſtamẽta in pia opera facta nõ
ualeãt, ſed ne in illa impendantũ, in quę
reliquerũt; ſed in alia quæ eis uidebũ-
tur cõueniẽtiora. Non aũt poſſunt iu-
ſte efficere, ut illa in uſus inſumanẽ ꝓ-
fanos: quia id lege naturali uetitũ eſt,
ꝓ ſupradicta in ead. q. mon. III. & q. 1.
mon. XXXIX. Infertur etiam ex præ-
3 dictis, facultatẽ teſtãdi a ſummo Ponti
fice prælatis, & aliis beneficiariis eccle

ſiaſticis

ſiaſticis conceſſam, intelligendam eſſe in dubio conceſſam ad uſus pios, & non ad profanos, ut decidit Barbat. de præſtant. Cardinalium, part. 1. q. 4. col. 3. per ea quæ ipſe allegat, quæ paulò plus nos ſuperius digeſſimus. Et quia licet omne priuilegiũ debet ita intelligi, ut aliquid operetur cõtra ius commune. c. In his, de priuil. & l. 1. ff. ad municipal. dato tamen aliquo qđ operetur, in reliquis debet reſtringi. c. Porro, de priuileg. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. c. 1. de reſcript. ubi pulcherrime Deci. col. 5. Vnde, cũ prædicta facultas ſit priuilegiũ, & operari poſſit effectũ teſtandi ad uſus pios cõtra ius cõmune, nõ debet aliũ maiorẽ effectũ operari, ſcilicet teſtandi ad ꝓfanos. Idẽ quoq; aſſeruimus de priuilegio teſtãdi ad quoſlibet uſus cõceſſo nõ exprimẽdo ꝓfanos eadẽ ratione. Et q̃a faciẽs facultatẽ generalẽ, quę ex ꝓprietate uerborũ poteſt cõprehendere ea quæ ſunt delicta, & nõ ſunt delicta; non debet præſumi, uelle delinquere,

uel mandare delictum. l. Si procurator. ff. de condit. indeb. c. 2. de reg. iur. l. Merito. ff. pro ſocio. Dicere autem facultatem illam generalem extendēdam eſſe ad uſus profanos, nil aliud eſt, quàm in dubio profiteri Papam pec care, cauſamque peccandi præſtare; quia ut mox dicetur, peccat cōcedendo id abſque iuſta cauſa. Facit a ſimili, quòd Papa derogando iuri patronatus, non uidetur derogare iuri patronatus laicorum, etiam ſi dicat ſe derogare iuri quorumcunq; patronorum, ut probat Fely. in tract. Quando litteræ apoſtolicæ. Infertur etiam ex prædictis, peccare illum, qui priuilegio aliquo munitus, è reditibus eccleſiaſticis ad uſus profanos teſtatur: quamq̃ id ſit apoſtolicū, & in eo exprimatur, ut poſſit teſtari ad uſus profanos, ſi abſq; iuſta cauſa ei conceſſum fuerit. Quia illa eſt diſpenſatio contra legem naturalem diuinam, contra quam priuilegium conceſſum ſine iuſta cauſa nemini prodeſſe poteſt, ſaltem quò ad

forum

forum interius. gloſ. adiũcto textu. c. Non eſt, de uoto. & c. Quando, de iureiur. Et hanc exiſtimo eſſe cauſam, quare ego nullam hucuſq; uiderim facultatem particularẽ, in qua Summus Pontifex expreſſe cõcedat alicui, ut de bonis eccleſiaſticis in diuites & uſus profanos, ſine paupertatis aut pietatis intuitu, teſtari poſſit: quamq̃ uidi aliquas facultates, quibus teſtandi ſimpliciter & quomodocunq; uoluerit, poteſtatem concedit. Verum ad uſus profanos huiuſmodi diſpenſationes extendendæ non ſunt, per ſuperius dicta. Dixi, particularem facultatem: quia poſteaquàm ſcripſi præfatum libellum, & in Vrbem ueni, uidi Extrauagantem Pii IIII. datam Nonis Febr. anno 1560. cuius tenorem tranſcribo in cõment. c. Non liceat Papæ, 12.q.2. Qua clericis apud Sedem Apoſtolicam reſidentibus, fit facultas teſtandi de bonis ſuis, etiam ex reditibus eccleſiaſticis quæſitis in cognatos & extraneos, diuites & pauperes. Quæ tamen facul-

tas, ut ſuper ead. Extrauag. annoto, intelligenda eſt quò ad forum exterius tantum: quia facta fuit, ut audio, ad tollendas grauiſſimas illas moleſtias, quæ fiebant per miniſtros a Camera deputatos, omnibus clericis ęgrotis; annotando, etiam antequàm morerentur, bona, quæ habebant undecumque quæſita; ne morientibus illis, cognati, hæredes, & famuli abſconderent, uel amouerent a domibus eorum ea ſpolia, quæ poſt mortem eorum, Cameræ Apoſtolicæ debebantur, ut paulò latius dicam ſuper dicta Extrauag.

SVMMARIVM.

Teſtamentum teſtantis per priuilegium ualet, nulla de tali priuilegio facta mentione. nu. 1.

Interpretatio in dubio, facienda ita, ut actus ualeat. nu. 2.

Princeps regulariter non præſumitur in dubio uti poteſtatis plenitudine, niſi cum alias actus non ualeret. nu. 2.

Iudicis ſententia fundata in cauſa minus ſufficienti, ſuſtentatur per aliam ſufficientem. nu. 3.

Index

Iudex fungens duplici poteſtate, præſumitur uti efficaciore. nu. 3.

Donatio a Rege filio facta, ualet; etiam ſi non exprimat ſe in id poteſtatis plenitudine uti. num. 4.

VII. Moneo, id in quo inter præfatum N. & me conuenit; ualere teſtamentum eius, qui habet priuilegium teſtandi, etiam ſi teſtetur non exprimendo ſe uirtute illius teſtari. Primo quidem per l. 3. ff. de milit. teſtamen. quatenus habet; militis teſtamentum ualere, priuilegio militari, etiam ſi iure cõmuni uoluit teſtari, & non adhibuit omnia in id requiſita. Deinde, q̃ in dubio interpretatio debet fieri, ut actus ualeat. l. Quoties, de uerb. oblig. & l. Quoties in actionibus, de reb. dub. & in c. Abbate Sancti, de uerb. ſignif. cum ſimil. ibi allegatis in gloſſa, in uerb. Valere. Tertio, quòd licet Princeps non præſumatur in dubio uti plenitudine poteſtatis, ut notat Innoc. in cap. Innotuit, de elect. tamen, ſi aliter actus non ualeret, præſupponitur

tur ea uti, adhoc ut actus ualeat; ut notat Paul. de Caſtro in l. Ex imper-
3 fecto. C. de teſtam. & Alex. in l. Quã quàm C. de teſtamen. milit. Quarto, quòd ſententia fundata in aliqua lege parum faciente, ſuſtentatur per aliam
melius facientem, ſecundum Panorm. in c. Cum ex officii, de præſcript. quẽ ſequitur ibi Fely. col. 13. uer. Quarta concluſio, qui ſuperius in 6. concluſione probauerat, iudicem qui duplicem poteſtatẽ habet, in dubio procedere uirtute efficacioris. Non obſtat, quòd Bald. dixerit in c. 1. §. Item ſacramẽta, de pace. iuramen. firm. col. penul. nu. 19. Donationem factam a
4 Rege proprio filio, non ualere, niſi expreſſe dicat, ſe poteſtate Regia id facere. Nam licet eum ſequatur Fely. in c. Qualiter & quan. 1. col. 2. de accuſat. & Hyppolit. alios referens in ſing. 196. non eſt uerum. Tum, quia licet iure communi donatio inter patrem & filiũ in poteſtate conſtitutum non ualeat. l. Donationes quas parentes. C. de donat.

nat. inter uir. & uxorem. & l. Frater a fratre. ff. de condit. indebit. tamen id fallit in donatione, quę fit a Rege filio ut ipſemet Bald. dicit ubi ſupra; & alii plures, quos allegat Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 37. nu. 45. arg. l. penul. C. de donat. inter uirum & uxorem: & quod quæſitum ex tali donatione fit quaſi Caſtrenſe peculium. iuxta l. Cum multa. C. de bonis quæ liber. & ut ſupra dictum eſt, quando Princeps facit aliquem actum, quem non poteſt facere niſi utatur plenitudine poteſtatis, etiam in dubio uidetur illa uti.

SVMMARIVM.

Teſtandi facultas, non moritur morte illam concedentis. nu. 1.

Licentia eligendi confeſſarium, non expirat morte illam concedentis. nu. 1.

Gratia facta nõ expirat morte illam facientis. n. 1.

Indulgentia morte concedentis eã, nõ moritur. n. 2.

Mandatũ morte mãdantis re integra moritur. n. 3.

Sententia, præceptum ſine cognitione latum moritur morte ferentis. nu. 3.

Licentia non reſidendi morte concedentis non moritur. nu. 4.

VIII.

VIII. Moneo, dixiſſe in dicto libello q.3.a nu.22.id, in quo etiam inter præ-
1 fatum N. & me cõuenit, ſcilicet, facultatem ſiue licentiam teſtandi non mori morte concedentis: licet cõtrarium tenuerint aliqui, de quibus eſt Marianus Soccinus iunior, conſ. 89. uol.1. quod neruoſius quàm ipſe, & alii per ea quibus in c. Placuit, nu. 35. ſecuti Palud. cõtra quoſdam alios in 4. diſt. 7. q. 3. probauimus, ab hinc circiter uigintiocto annos; poteſtatem eligendi confeſſarium a Papa uel Epiſcopo factam, non expirare morte concedentis. Primo quidem, quòd gratia facta non expirat morte concedentis illam; ut eſt caſus. c. Si cui, de præb. lib. 6. quatenus habet poteſtatem alicui collatam ad conferendum aliqua beneficia, nulla perſona expreſſa, non expirare morte cõcedentis: quia potius eſt gratia, quàm mandatum. Deinde, ꝙ c. Si ſuper gratia, de offic. deleg. lib. 6. habet non ſolum gratiam durare poſt mortem eam facientis, ſed etiam mandatum

datum eius executorium ſimul cum ea factũ. Tertio, ꝙ gloſ. memorabilis in Clem. Dudum, de ſepult. §. Statuimus. Ver. Ac deinde, in Verb. Conceſſerũt, habet licentiam fratribus præſentatis conceſſam, non expirare morte conce dentis. Pro qua eſt text. in Extrauag. Inter cunctas. §. Duos, de priuil. Quarto, ꝙ gloſ. illa celebrata. c. Cum ex eo, de elect. lib. 6. Verb. Septennium, & ſin 2
gularis putata a Romano, ſing. 517. habet; Diſpenſationem ab Epiſcopo ſtudii cauſa factã parocho ad ſeptennium de non reſidendo, reuocari per eum non poſſe; & a fortiori per eius mortẽ nõ reuocari: cũ reuocatio expreſſa ſit potẽtior tacita, quę fit per mortẽ. l. 4. ff. locat. Quinto, facultas ordines accipiendi a quocũq; malueris Epiſcopo, nõ expirat concedẽtis morte, ſecundũ Card. receptum in Clem. fin. de elect. q. 5. Et ꝙ licentia conceſſa cuipiam celebrandi in domo ſua, nõ expirat morte cõcedẽtis. Rota in antiq. deciſ. 580. Camerarius. Sexto, ꝙ gratia a Papa facta,

facta, ſimulac ipſius manu ſignatur, perfecta eſt; & non expirat morte ipſius. per citata a Fely. in rub. de conſtit. col. 4. Septimo, Innoc. receptus ait in c. Quod tranſlationẽ, de offic. deleg. Indulgentias a legatis conceſſas, finita eorum legatione durare. Non obſtat,
3 quòd mandatum re integra morte mã-dantis moritur. c. Gratum: & c. Relatum, cum ibi annotat. de offic. deleg. l. Mandatum. C. eod. Quia aliud eſt in mandato de faciendo aliquid, de quo illa iura loquuntur: aliud de gratia, licentia, uel facultate cuipiam facta, de qua nos agimus. Non obſtat, quòd ſententia, qua excommunicantur omnes furtum committentes, expirat morte illam proferentis. glo. recepta in c. A nobis. 1. de ſent. excom. Quia aliud eſt de ſententia pœnali, & conditionaliter ſine cauſæ cognitione lata: aliud de conceſſione fauorabili, & gratia; ut expreſſe annotat Panor. in illo. c. penul. de cleric. non reſid. Hoc ipſo modo diluitur & l. fin. ff. de

ff. de pœn. quæ habet; Inhibitionem artis exercendæ alicui factam, morte uel depoſitione inhibentis expirare. Loquitur enim de iudicis præcepto inhibitorio ſine cauſæ cognitione lato, quod inhibentis officio finito, ipſum quoque finitur. Non obſtat etiã 4 gloſ. penul. de cleri. non reſident. quatenus uidetur habere, quòd licentia 2 cuipiam de non reſidendo conceſſa, morte concedentis expirat. Quia primo illa ipſa in fine uidetur in contrarium inclinare, dum ait, eiuſmodi licentiam de non reſidendo ab Epiſcopo conceſſam, poſſe per ſucceſſorem reuocari, & ita innuit, eam morte concedentis non eſſe reuocatam. Et quia illa gloſ. quatenus contrarium ſentire poteſt, reprobatur per Io. And. Card. Panor. & communem ibidem.

SVMMARIVM.

Teſtandi facultas non finitur per primum teſtandi actum. nu. 1.

Diſpoſitio ſecundum materiam intelligenda nu. 2.

Verba

Verba de primo actu tantum eſſe intelligẽda, quomodo limitatur. num. 3.

Regula l. Boues. §. Hoc ſermone. *ff. de uerb. ſignif. quomodo intelligitur. num. 3.*

Teſtamento nil iuris quæritur ante mortem. numero. 4.

IX. Moneo, tenuiſſe me etiam in dicta quæſtione. 3. a nu. 22. Facultatem
1 teſtandi à Papa conceſſam, non conſumi per primum teſtandi actum, contra ſentẽtiam Philippi Decii in conſ. 512. quem ſequuntur aliquot recentiores, & in his Tiraquel. in l. Boues. §. Hoc ſermone. ff. de uerb. ſignif. col. final. num. 78. qui dicunt, teſtamentum primum ualiturum, & non ſecundum: & contra quandam poſtillam præfati cõſilii; quæ habet, neutrum ualere, non quidem prius, quia teſtator non perſeuerat in eo: neque poſterius, quia teſtandi facultas intelligenda erat de primo teſtamento; quas opiniones refellimus ibi. Primo quidem, quia uidentur magis fundatæ in rigore uerborũ, quàm in intentione gratiam & facultatem

tatem concedentis, contra cap. Intelligentia, de uerborum ſignif. Secundo, quia diſpoſitio debet intelligi ſecundum naturam materiæ ſuper qua fit. arg. l. In contractibus. §. fin. C. de non numer. pecun. l. Si uno. ff. Locat. ſed natura teſtandi eſt deambulatoria atque mutabilis uſque ad mortem. c. Vltima uoluntas. 13. q. 2. cap. Cum Marthæ, de celeb. miſſ. Tertio, quia in confeſſo eſt, eum qui eiuſmodi facultatem habet, poſſe primum teſtamentum reuocare; alioquin non eſſet tam teſtamentum, quàm contractus. l. Sicut ab initio. C. de action. & obligation. & ſequeretur, quòd poſſet quis legem ponere in teſtando, a qua non poſſet ipſe recedere contra. l. Siquis in principio. ff. de legat. 3. ubi communiter concluditur, id non poſſe fieri etiam per iuramentum. Quarto, quòd qui facit teſtamentum, in quo non perſeuerat uſque ad mortem, inteſtatus uidetur deceſſiſſe. argumen. l. 2. §. Teſtamentum. ff. 2

quemadmodum teſtam. aperi. ibi; Teſtamẽtum autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum eſt, & quòd continet ſupremam uoluntatem. Inſtit. de hęredit. quę ab inteſtat. defer. in princ. ibi; Sed & qui teſtamẽtum fecit, ſi eius hæreditas nõ eſt adita, uel ruptum uel irritum eſt teſtamentum, inteſtatus nõ improprie dicitur deceſſiſſe. facit. l. In-
3 teſtatus. ff. de uerb. ſignif. Neq; obſtat regula illa. l. Boues. §. Hoc ſermone. ff. de uerb. ſignif. quæ Decium & alios mouit, uidelicet, uerba promittentis aut concedentis, non comprehendere niſi primum actum: quia multis modis, eiſdemq; firmiſſimis, ubi ſupra reſpondimus, quos ſummatim hic repetimus. Reſpondi quidem, Primum; regulam illam intelligendam eſſe, quando diſpoſitio eſt nimis oneroſa, aut odioſa, ut diximus in c. Placuit. nu. 68. de pænit. diſtinct. 6. qualis non eſt facultas teſtandi de reditibus eccleſiaſticis ad uſus pios: quandoquidem conceſſum eſt, ut eccleſiaſticis bonis

ad

ad debitum modum utamur. Secundo, quòd illa regula non habet locum, niſi quando primus actus eſt ualidus, & aliquando produxit effectum. argumen. gloſ. memorabilis in cap. Ex tenore, de reſcript. quæ non tantum agit de contractu inualido, ſed etiam de ualido; elidibili tamen, ut ait Tiraquel. ubi ſupra limit. 1. nu. 5. probans; oportere actum primum eſſe ualidum & utilem, ac talem, qui ſit ſortitus effectum aliquem: ſed teſtamẽtum, quouſque teſtator uita decedat, nullum producit effectum, & ſimulac reuocatur, nihil manet. Tertio, quòd illa regula nõ habet locum, quando per primum actum, intentioni concedentis uel promittentis minime ſatisfit, ut pulchre annotauit Fely. in cap. Sicut 2. de treug. & pa. colum. penult. uer. Fallit quinto; & paulò amplius dilatauit Tiraquel. in limit. 61. Sed conſtat eum, qui primum teſtamentum facit, quod poſt modum reuocat, non ſatisfeciſſe intentioni gratiam teſtan-

di concedentis, niſi aliud faciat: quia illa fuit ut cum teſtamento decederet. Quarto, quòd dicta regula non habet etiã locũ, quãdo cauſa & ratio quibus eſt conceſſa facultas, durat poſt primum actum, ſecundũ Ludouicum Roman. conſ. 504. Fely. ubi ſupra, fallen. 4. & Tiraquell. limit. 10. quæ in noſtro caſu durant: quandoquidem cauſa & ratio conceſſę gratiæ, fuit; ut ille cui facta eſt, decederet contentus, eo quòd eius ultima uoluntas impleatur. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. Quinto, quòd illa regula locum non habet, quando contrarium æquitas ſuadet, ut ait Salycet. in l. Dotis prouiſio. ff. de iure dot. Quæ in hoc caſu euidẽs eſt, attenta concedentis perſona, & fine in
4 quem conceditur, & natura actus conceſſi, & nummis quibus conſtitit. Sexto, quòd dicta regula non habet locũ, quando per primum actum, nihil iuris alicui quæſitum eſt: id quod latiſſime confirmat Tiraquel. limit. 23. & patet, ꝙ per teſtamentum, quouſq; te-

ſtator uita defunctus ſit, nullum ius cuiquam quæritur. c. Cum Marthæ, de celeb. miſſar. & c. Vltima uoluntas. 13. q. 2. & ita credo ſolitũ fieri ab eis qui huiuſmodi facultatem habent. Cõcludo itaq; illum, qui talem facultatem habet, poſſe teſtari; teſtamentumq; reuocare ſemel, & pluries dum uiuit, ita ut ultimum ſit efficax.

SVMMARIVM.

Teſtari qui poteſt, poteſt codicillari, & donare cauſa mortis. nu. 1. Plus continet in ſe minus in cauſa odioſa. num. 2.

Diſpenſatio ad quæ acceſſoria, & quæ minora extenditur. num. 2.

X. Moneo, etiam eſſe uerum id, in quo inter præfatum N. & me conuenit contra Decium in præfato conſ. 512. uidelicet; Eum cui teſtandi facultas eſt, poſſe donare cauſa mortis, & facere codicillos; quod neruoſius quàm ipſe defendo. Primo quidem, quia qui poteſt hæc facere. l. Marcellus. ff. de 1

 donat.

donat. cauſ. mort. & l. Conficiuntur. ff. de iure codicill. &; Cui conceditur quod eſt plus, conceditur utiq; quod eſt minus. c. Cui plus, de reg. iur. lib. 6. & reg. In eo quod plus. ff. eod. cum allegatis in eis. Quod procedit in omni materia etiam odioſa. l. Nec in ea. ff. ad l. Iul. de adult. l. In ſuis. ff. de liber. & poſthum. etiam ipſomet Decio confitente, in locis mox infra citandis. Secundo, quòd non obſtat

2 id, quo maxime nititur Decius, ſcilicet; quòd in diſpenſationibus non ualet argumentum a maiori, ſecundum Hoſt. receptum communiter in c. Poſtulaſti, de reſcript. ut late trad. ibi Fely. col. 12. uerb. circa tertium: quia eius dictum non procedit, quando illud minus eſt acceſſorium, ut ſentit glo. memorab. c. Quia in tantum, de præb. iuxta glo. c. Si quis in clero. 7. q. 1. & glo. c. Non poteſt, de præben. lib. 6. Sed quia replicari poteſt contra hoc, quòd illę gloſſę ſunt intelligendæ de acceſſoriis, quę neceſſario conſe-

conſequuntur diſpenſationem, & non de aliis, ſine quibus diſpenſatio poteſt prodeſſe. iuxta gloſſas illas ſolemnes Clem. 2. de ætate & qualit. uerb. In eadem. & c. Statutum, de reſcript. lib. 6. uerb. Canonicis: & facultas teſtandi prodeſſe poteſt etiam ſi nõ comprehendat facultatem, donationem cauſa mortis uel codicillos faciendi. Ideo reſpondeo ſecundo, & melius; illud Hoſtien. eſſe limitandum, ut procedat ſolum in materia mandatorum, iuxta. c. Cui de non ſacerdotali, de præb. lib. 6. eo quòd eorũ fines diligenter ſunt ſeruandi. l. Diligenter. ff. mandat. uel cum non militat eadem uel maior ratio in minori, & non alias; ut irrefragabiliter probat ipſemet Decius, contra quem arguimus in d. c. Quia in tantum, a nu. 5. per. c. Per uenerabilem. qui filii ſunt legit. & alia; concludendo idem eſſe in diſpenſationibus, quod in aliis odioſis, & reſtringendis: quod tenet in l. Non debet. ff. de reg. iur. lib. 6. & antea in c. At ſi clerici.

§. de adulteriis. nu. 7. ſed neruoſius, in d. c. Quia in tantum.

SVMMARIVM.

Teſtari multominus poteſt religioſus quàm clericus ſæcularis. num. 1.
Monachus, quicquid acquirit, acquirit monaſterio uel beneficio. num. 1.
Religioſus, an teſtari poſſit cum Papæ priuilegio. num 2.
Papa diſpenſare poteſt cum iuſta cauſa, ſuper uoto ſubſtantiali monachi. num. 2.
Diſpenſatio ſuper uoto paupertatis, non eſt neceſſaria religioſo quò teſtetur. num. 3.
Religioſi quadruplices quò ad teſtandi poteſtatem. num.4.
Religioſo cui iuſtum morale, ut concedatur ultimæ uoluntatis diſpoſitio. num 5.

XI. Moneo, inferri etiam ex prædictis; beneficiarum, ſi eſt religioſus
1 profeſſus, multominus teſtari poſſe, quàm clericus ſæcularis. De reditibus enim eccleſiaſticis eadem ratione qua clericus teſtari non poteſt: de aliis uero bonis, quæ ſecum detulit in monaſterium, uel poſt ingreſſum

ſum quæſiuit per hæreditatem, donationem, aut alium quemcumque modum, multominus teſtari poteſt: quia non eſt, neq; poteſt eſſe dominus alicuius rei. c. Non dicatis. 12. q. 1. & c. Cum ad monaſteriũ, de ſtat. monach. Auth. Ingreſſi. C. de Sacroſ. Eccleſ. Tradimus late in rub. de ſtatu monach. & ſupra q. 1. mon. IX. & octo ſequent. & LVI. & LXII. immo uero, quicquid acquirit, acquirit monaſterio, uel beneficio. cap. Multos. cap. Cum olim. 2. de priuil. & cap. In præſentia, de probat. At nemo de rebus alienis teſtari poteſt, cap. Filius. l. Cum alienam. C. de legat. ad effectum ut dominus teneatur eas dare. Et ſane hoc habet locum, quàmuis ſit Abbas, uel is factus ſit Epiſcopus aut Archiepiſcopus. cap. 1. 18. quæſt. 1. d. cap. Cum olim. 2. de priuil. Hi enim neque ad pia opera teſtari poſſunt. Panormit. receptus in rub. de teſtamen. ſub finem, & Bart. receptus in l. 1. C. de Sacroſan. Eccleſ.

Verb.

2 uerb. Tertio. q.10. Addo autem primum, quòd eſt adeo magna difficultas; An religioſus poteſt cum priuilegio Papæ teſtari, ut nonnulli hoc Summo Pontifici remittant decidendum, ut Peruſ.in rub.de teſtam.col.penul. Alii uero affirmant non poſſe; quoniam uidetur eis, quòd Papa non poteſt eum abſoluere a uoto ſubſtantiali paupertatis, per finem. c. Cum ad monaſterium, de ſtat. monach. Alii uero opinãtur poſſe propter aliquam magnam cauſam. Hi enim uidentur aſſentire communi opinioni Innocen. Io.And. & aliorum in d. c. Cum ad monaſterium, quæ habet; Papam poſſe abſoluere monachum monachatu ex magna cauſa: in qua opinione eadem perſtat Peruſ. in d. rub. col. penult. Secundo addo, utroſq; plurimum errare, exiſtimantes eſſe neceſſariũ euellere a monacho monachatum, & reddere eum ſecularem, ut ei priuilegium teſtandi præſtari poſſit: quia ſat eſt efficere, ut ſicut poteſt monachatum nõ

relinquendo,

relinquendo, aliquorum bonorum & eorum redituum liberam habere administrationem, ut de illis per contra- 3
ctus inter uiuos poſſit diſponere; ita etiam habeat liberam facultatem, ut in ultima uoluntate de eiſdem bonis diſponat. Quam quidem facultatem, tametſi religioſo concedere nõ poteſt Abbas, neque alius præter Papam: Papa tamen poteſt ei facile eam concedere, licet eum a uoto paupertatis nõ abſoluat. Hoc enim nõ eſt monachum alicuius rei dominum facere; ſed ſolum efficere eum executorem atq; diſpenſatorem, qualis etiam iure communi eſſe poteſt religioſus. c. 2. de teſtam. lib. 6. niſi fuerit ordinis minorum. Clem. Exiui. §. Proinde, & §. Verum, de uerb. ſignif. quales quotidie fiunt a teſtatoribus, & illo munere ſancte utuntur; nec ob id uoto paupertatis contraueniunt. Tertio, addo; ꝙ 4
quantum ad hanc rem attinet, quadruplices ſunt religioſi. Quidam enim ſunt beneficiarii. Alii ſunt ſimplices religioſi,

religioſi, qui in Conuentibus perfectæ communitatis reſident, & nullam rem ſæcularem habent peculiarem ſeparatam. Alii ſunt, qui beneficia quidem non habent, ſed neque in perfecta cõmunitate uiuunt: imo habent cum ſuperiorum licentia certam quantitatem panis, uini, pecuniæ, ac aliarum rerum uictui ſuo neceſſariarum: ita ut ſi quid eis deſit, id aliunde quærant; ſi quid uero ſupereſt, ſibi & ſuis neceſſitatibus obſeruent. Alii denique ſunt cum licentia Summi Pontificis, aliaue ſufficienti extra monaſteria degentes. Hi quidem eis bonis aluntur, quæ induſtria ſua, labore, aut eleemoſynis quęritant; quorum nil reddunt ſuis monaſteriis; neque ab eis quicquam recipiunt. Quarto, addo; Summum Pontificẽ huiuſmodi priuilegium primis, hoceſt, beneficiariis religioſis quotidie concedere ſolitum: quoniam nihil incommodi monaſterio neq; beneficio infertur, eo quòd ipſe, ea quæ in uita donare poteſt, in morte relinquat.

quat. Immo ex hoc ſæpe monaſterio commodum euenit: quoniam aliquot non donant in uita, & parcius uiuendo quærunt, quæ iuxta ſuum priuilegium in morte relinquant: quod minime feciſſent, ſi id priuilegii a Papa non habuiſſent. Poſtea uero decedunt inteſtati, & ſuccedit eis monaſterium, uel ſuum beneficium. Quinimo aliquibus militaribus ordinibus facta eſt iam facultas generalis, ut Commendatarii eorum, è fructibus & reditibus eccleſiaſticis Commendarum ilicite teſtari poſſint; dummodo certam quandam ſummam, ſuo magno Magiſtro uel Commendatario maiori ſoluant. Quinto, addo; quòd ſecũdis, hoceſt, ſimplicibus religioſis, qui in perfecta communitate degunt, facultatem hanc teſtandi, Papa minime dare conſueuit. Non quia, concedendo hãc facultatẽ, uideatur eos bonorũ proprietarios facere; ſed quia nõ habent, neque habuerunt umquàm in uita rem aliquam uel in proprietate, uel

uel in adminiſtratione : & non decet ut quis diſponat in morte de his bonis, in quibus in uita neque proprietatem, neque poſſeſſionem, neque adminiſtrationem ullam habuit. Quàmuis ſi aliquis religioſus cum ingreſſus eſt monaſterium, uel poſt ingreſſum, aliquam hæreditatem, uel donationes magnas bonorum monaſterio quæreret, aut ſi magna ſua induſtria, & labore multa bona lucriſaceret; honeſtum uideretur, ut ſuperior eius, aut certe Papa, facultatem ei faceret donandi in uita, uel relinquendi in morte aliqua nonnullis cognatis, amicis, aut aliis, non quidem diuitibus, ſed pauperibus; uel aliqua Miſſarum ſacrificia, aut alia opera pia in eius memoriam inſtituendi. Quod frequenter ſolet fieri in eorum remunerationem, & ad exhortandum alios, ut idem faciant, inſpicientes ita ſuas pias intentiones iuuari. Tertiæ ſpeciei religioſis conſueuit Papa huiuſmodi facultatem concedere: quia hoc nihil aliud eſt,

quàm

quàm adminiſtrationem bonorũ prorogare; ut quemadmodum habent eã in uita de ſuperiorum licentia expreſſa uel tacita; ita quoque habeant tempore mortis. Quartis, eadem quoq; ratione qua tertiis, & maiori, teſtandi facultatem concedere ſolet: quia licet bona quæ utrique habent, monaſterii ſint, quò ad proprietatem & poſſeſſionẽ, Auth. Ingreſſi. C. de Sacroſ. Eccleſ. c. 2. de teſtam. Tamen, ea quæ tertii habent, quęrunt è bonis eiuſdẽ monaſterii, cui ſubſunt, parcius uiuendo: quarti, ex aliis bonis atque aliis modis. Quamquàm ſcio S. D. N. Piũ V. id cuidam monachæ huius quartæ ſpeciei, etiam a multis rogatum & flagitatum, noluiſſe concedere.

SVMMARIVM.

Commendatores ordinum militarium non poſſe teſtari, niſi ad hoc; & hoc modo. nu. 1. Et clauſulæ bullæ Pij V. per quam adimuntur militaribus ordinibus, & quibuſdam aliis facultates teſtandi. nu. eod.

XII.

XII. Moneo, ex præcedenti monito, & aliis ſupra poſitis in monito V. inferri, eſſe difficile defenſu; Cõmendatarios ordinum militarium teſtari poſ-
1 ſe, quoquo modo uoluerint, ueluti aliqui teſtantur, uidelicet, relinquendo bona ſua diuitibus in uſus profanos. Primo, quia ſunt religioſi, ut oſtendimus in rub. de ſtat. monach. & ſupra. q. 1. mon. LVI. & LXII. Deinde, quia ſi ipſe Summus Pontifex de ſuis reditibus eccleſiaſticis pro libito teſtari non poteſt, ut ſuperius ead. quęſt. monit. VI. diximus, ſine aliquo reſpectu paupertatis aut pietatis; multo minus poterunt Commēdatarii, qui eius innituntur priuilegiis: arg. c. Cum in cunctis, de elect. Auth. Multo magis. C. de Sacroſ. Eccleſ. Quocirca, dico primo, neque cum priuilegio, neq; ſine eo, poſſe eos teſtari de reditibus ſuarum Commendarum, ſine intuitu paupertatis aut pietatis, per dicta ſupra ead. q. mon. VI. Secundo, neque etiam poſſe teſtari eos ſine priuilegio è

bonis

bonis quæ habuerunt ante profeſſionem, neque de his quæ poſt profeſſionem quæſierunt; neque de reditibus eorum, quia ſunt religioſi: & religioſi non teſtantur. cap. 2. de teſtamen. & dicta Authent. Ingreſſi. & quia nihil habent proprium. Omnia enim quæcunque habent, ſunt Commendarum, & ordinum eorum. Quoniam omnia ea, quæ habent religioſi ante profeſſionem, fiunt propria monaſterii, & ordinis, quem profitentur. Authent. Ingreſſi. C. de Sacroſan. Eccleſ. & cap. In præſentia, de probat. Et quemadmodum quicquid ſeruus acquirit, domino acquirit. §. Item nobis acquiritur. Inſt. per quas perſon. & l. Placet. ff. de acquiren. hæredit. Ità quicquid religioſus quęrit poſt profeſſionem, acquirit monaſterio, uel beneficio. cap. Cum olim. 2. de priuileg. ubi hoc Innocentius ab omnibus receptus ait: & conſequenter non poteſt pluſquàm ſeruus teſtari, prędicta Auth. Ingreſſi, & c. 2. de teſtam.

Pp Tertio

Tertio dico, eos de ſupradictis bonis teſtari poſſe cum priuilegio, dummodo pauperibus, ſaltem non habentibus ſufficiẽtia ad decenter uiuendum, & operibus piis, & non profanis uſibus relinquant: ſunt enim illa omnia bona eccleſiaſtica, & è patrimonio IESV CHRISTI, & ſuo proprio nomine nihil aut dominii, aut poſſeſſionis in eis habent. præd. §. Item nobis acquiritur, & præd. cap. In præſentia. & cap. Cum olim. 2. cum ei annot. de priuileg. & latius diximus ſupra eodem lib. quæſt. 1. monit. IX. & octo ſequent. & quæſt. 2. monit. XX. Quarto admoneo id, quo monitum hoc plurimum confirmatur, ſcilicet; S.D.N. Pium V. Anno. D. 1568. Quinto Id. Septembris in Bulla reuocationis quorũdam priuilegiorum, militibus teſtandi facultatem in hæc uerba abſtuliſſe. Præterea, omnes & quaſcunque licentias & facultates teſtandi, & aliàs quomodocunque diſponendi, etiam ad certam & quantumuis

tumuis modicam ſummam & quantitatem, de rebus fructibus & bonis immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus, ad magiſtros, priores, præceptores, milites, fratres, & perſonas militiarum & hoſpitalium prædictorum ratione illorum; necnon præceptoriarum, hoſpitalium & beneficiorum eccleſiaſticorum, etiam ſæcularium, & aliorum ordinum regularium, ac penſionum & fructuum quorumcunque prouenientes; necnon facta hucuſque, non tamen effectum ſortita uigore licentiarum & facultatum prædictarum, teſtamenta, & alias diſpoſitiones huiuſmodi, etiam ſi per eaſdem licentias, & facultates diſponatur, quòd dimidia uel alia pars rerum & bonorum prædictorum militibus, hoſpitalibus, domibus, & locis unde illa prouenerint, aut aliis piis locis relinquantur. Decernentes omnes & ſingulas reſeruationes, aſſignationes, tranſlationes, uniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſ-

 ſiones,

ſiones, applicationes, appropriatio-nes, teſtamenta, donationes, & alias diſpoſitiones quaſcunque, quas prætextu priuilegiorum, facultatum, diſpenſationum & indultorum prędictorum ſic reuocatorum; ac contra præſentium tenorem per quoſcunq; etiam dicta Apoſtolica authoritate fieri uel factas perſequi contigerit, tanquàm ſubreptas & extortas, nullius proſſus roboris, uel momenti eſſe; nec per eas ius, aut titulum, etiam coloratum, cuiquàm acquiri; nec quemquàm quocunque tempore, quauis cauſa reſtitutionem in integrum, reductionem ad terminum iuris, aut quoduis aliud gratiæ, uel iuſtitiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio uel aliis impetratis, aut motu ſimili conceſſis, uti; nec præſentes litteras, de ſubreptionis, uel obreptionis, ſeu nullitatis uitio, aut intentionis noſtræ, uel alio quopiam defectu notari, uel impugnari; nec ſub ullis reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut

aliis contrariis diſpoſitionibus, ſimilium, uel diſſimilium reuocationum, & ordinationum ab ipſa Sede, quandocunque & quomodocunque emanandis, comprehendi: ſed ſemper ab illis exceptas; & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & ualidum ſtatum reſtitutas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri: ſicque in his & omnibus & ſingulis aliis ſupradictis per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quauis cauſa & inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & iudicandi facultate & authoritate, ubique interpretari, iudicari & diffiniri debere; necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque quauis authoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ſimilium priuilegiorum diſpenſationum, facultatum, & indultorum conceſſionem noſtris explodi tempo-

ribus; & quod nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus. Non obſtantibus &cæt. Per quæ tolluntur latiſſime omnia contraria, & muniuntur prædicta contra quaſcunque derogatorias litteras.

SVMMARIVM.

Commendatoribus non licet ita primogenia ſiue maioratus teſtando inſtituere, ac clericis ſæcularibus. num. 1.

Commendatorum militarium ſtatus, cur non adeo deſiderandus. num. 2.

XIII. Moneo, ex ſupradictis inferri; quòd licet clerici prædicti ſæculares
1 poſſunt inſtituere maioratus magnos, & paruos è ſuis bonis patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus, & aliis de quibus diſponere poſſunt, perinde atque de ſupradictis, & uel diuitibus, uel quibuſcunq; uoluerint relinquere quemadmodum laici, ut ſupradictum eſt, in 1. quæſt. mon. XXI. XXII. XXX. & ſeq. & in hac quęſt. monit. I. Nullus

lus tamen Commendatarius profeſſus poteſt huiuſmodi maioratus facere pro diuitibus:quia illi dominiorum & poſſeſſionum ſunt capaces. c. Quia nos, de teſtam. cum ibi citatis. Hi uero quia religioſi, nequaquàm. cap. In præſentia,de probat. & c.2. de teſtam. Et quoniam tractauimus in præfata rubr. de ſtat. monach.an Commendatariorum filii ſine peccato poſſint bona libera, quæ parentes eorum ante profeſſionem habuerunt ex teſtamento, uel ab inteſtato ſibi tanquàm hæredes quærere; & an idem ſit dicendum de bonis poſt profeſſionem quęſitis,& alia his conformia:& quia hęc Apologia creuit inter manus plus q̃ putarã,nil de hac re aliud dicam, præter id quod ante multos annos Salmanticæ, cum eſſem gymnaſta & cathedrarius illius celeberrimæ Academiæ dixeram, nempe iure mirandum; quòd tot uiri adeo nobiles, & illuſtres,& ſanguine clariſſimo cret,iab omniq; labe defecato prognati, adeoque

chriſtiani, etiam habentes aliunde; quò ſe honeſte alant, tanta cura & opere in hos militares ordines cooptari, aſſumique ſatagant, ob umbratilem illum, quem habitus eorum præſtat, honorem; uel ob Commendarum reditus, quos poſtea quàm fuerint cooptati, adipiſci ſperant. Cum tamen ſciant, aut certe ſcire debeant; facere hoc, eſſe facere ſe religioſos, ut in præfata rubr. de ſtat. monacho. & ſupra quæſt. 1. monit. LVI. & LXII. probauimus, ſecuti Thom. Sec. 2. q. 188. artic. 3. Eſſe prauſfacere quoddam opus adeo hæroicum & ſublime, quòd recte factum, quoddam martyrium eſt, remiſſionemque a culpa & pœna præſtat. authore Thoma. Sec. 2. q. 189. artic. 3. ad 3. Eſſe omnibus uoluptatibus uenereis renunciare, excepta coniugali; idque per diſpenſationem, eodem authore, eadem Sec. 2. quæſt. 186. artic. 4. Eſſe refutare omnes honores, & omnia bona ſæcularia, fierique illorum incapaces, etiam

etiam eodem authore, ibidem. Eſſe uoluntatem ſuam omnino abnegare, & eam alienæ ſubmittere. c. Nullus. cap. Religioſus, de elect. lib. 6. Eſſe grauiter peccare, cum uel honores, uel reditus in præcipuum ſcopum & finem tanti operis appetant. Quandoquidem, non ſolum hoc tam grande opus, uerum & quodlibet cuiuſque uirtutis, cui pro fine præcipuo præfiguntur temporalia bona, eſt pra-uum & peccatum, ſaltem ueniale: cum non liceat maiora in minora ordinare, ut nuper probauimus in cap. Cum miniſter. 23. q. 5. nu. 30. & olim probaueramus in repet. c. Inter uerba. 11. q. 3. nu. 150. ſecuti Adrian. in Quodlib. 10. col. 4. Eſſe item uelle ſibi contraria ſecumque pugnantia, contra. l. Vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Eſt enim uelle per paupertatem ſæcularem, magnas diuitias ſæculares acquirere; & per ſubmiſſionem mundanam, ſublimitatem mundani honoris quærere. Eſſe liberam facultatem ſibi tam

tam in uita, quàm in morte diſponendi adimere, ad maiorem & liberiorem conſequendam. Eſſe mille ſeſe implicare ſcrupulis, qui ſibi oborientur in utendo alienis, perinde ac ſi eſſent ſua. Eſſe denique abuti quodammodo religionis ſtatu, omnium (excepto Epiſcopatu) perfectiſſimo; docēte id Thoma. Sec. 2. q.184.art. 7. Imo, & nonnullam dare anſam murmurandi Lutheranis, qui dum abuſus religionum damnare, eas uero ipſas laudare deberent, damnant has propter illos impudenter. Adde, quòd religiones militares non fuerunt inſtitutæ ad indulgendum genio, neque ad diuitias & honores ſæculares, quibus ſui profeſſores renunciant, quærendos; ut late Thom. docuit. q. 188. art. 3. ad 4. Inſtitutæ enim fuerunt, ut fidem catholicam armis defenderent: quod fieri poſſe probat idem author ibidem art.3. uiuentes in caſtitate, quæ ſalutem & uires auget. Eſt enim caſtitas, ut quidam ait, omnium uirtutum uiror, & ſmarag-

dus,

dus; ſicut è contrario uenus ſquallor & mollities eneruis, quę ut alius ait, ui res eneruat: utque utentes abſtinentia & ſobrietate, quæ ingenia exacuunt, ſtratagemata bellorum acrius, & altius penetrarent. Sicut enim cæcitas mentis naſcitur ex luxuria, docente Thoma ubi ſupra. q. 154. art. 5. & hæbetudo mentis ex gula, ſecũdum eundem ibidem. q. 148. art. 5. ſic ex caſtitate, abſtinentia, & ſobrietate naſcuntur claritas, acumen, & ſerenitas mentis: quia contraria operantur contraria. c. Sciendum. 8. q. 1. & l. Et ſi contra tabulas. ff. de uulg. & pupill. Vtq; efficerent corpòra laboribus, cæteriſque malis bellicis perpetiendis habilia. Equidem, ipſe, ut iudico miſeros eos, qui præcipue ob caducos honores, diuitiaſque fallaces, ſeſe præfatis ordinibus ingerunt, & addicunt: ita fęlices arbitror illos, qui iuxta CHRISTI conſilium, abnegãtes ſemetipſos, & ſpretis uenereis aliiſque bonis temporariis, eius Maieſtati ſe, ſuaq; omnia cum

cum uita deuouentes, in præfatos hæroicos fines religionũ militarium, cruces & inſignia obtinere procurant; conanturque plus coram Deo & hominibus, ſanctum ſemperque duraturum honorem, æternaque bona quærere, ob clara geſta, & uitam Euangelicam; ad quod cruces quas geſtant in pectoribus obligant: quàm caducum, diuitiaſque fugaces, quæ earum ſola uana geſtatio parit. Idque in gloriam

D. N. IESV CHRISTI,
qui nos omnes ſua miſericordia ſeruet æternum, Amen.

ADMONITIO CONFESSARIORUM, & conſultorum ſuper peccato malę impenſę redituum eccleſiaſticorum.

SVMMARIVM.

Confeſſarios, & conſultores beneficiariorum, quæ animaduertere oporteat ad abſoluendum, uel damnãdum peccati mortiferi ob impenſam redituum ſuorum. nu.1.

Beneficiarij & laici impenſa omnis inordinata, peccatum: ſed illa clerici regulariter mortale; hæc uero laici regulariter ueniale, nu.1.

Beneficiarij prodigalitas & auaritia, qua parte peior quàm laicorum. nu.1.

Beneficiarij regularis impenſa, quomodo reſarcienda. num.2.

Beneficiarij impenſa quibus caſibus iudicanda ordinata; & quibus cenſenda inordinata. nu.3.

DEcimo quarto & ultimo, Moneo ex oĩbus in hac Apologia deciſis, ĩferri; admonẽdos 1
eſſe confeſſarios & conſultores beneficiariorũ, ne facile peccati mortalis, & reſtitutionis dãnent, uel abſoluãt beneficiariũ confitentem malam bonorum ſuorũ impẽſam: imo mature cõſiderẽt,

Primum,

Primum, omnẽ impenſam quorũcun-
que bonorum, a quibuſcunque quo-
cunq; modo factam, ſi eſt inordinata,
hoceſt, contra rectam rationem natu-
ralem, diuinam uel humanam; omnem
item retentionem inordinatam, eſſe
peccatum, ſaltem ueniale; quia illa eſt
prodigalitas, hæc auaritia: hæc eſt cõ-
tra uirtutem liberalitatis per defectũ,
illa contra eandem per exceſſum; &
ita utraq; mala, & peccatum, ſaltem ue
niale. Quod probat Thom. Sec. 2. q.
118. art. 1. & 119. art. 2. Inter impen-
ſam autem prodigam, & retentionem
auaram beneficiariorum de reditibus
eccleſiaſticis ex una parte, & ſimilem
de reditibus laicis ex altera, hoc di-
ſtare; quòd hæc regulariter eſt ueniã-
1 lis, illa uero mortifera, ut diximus
ſupra quæſt. 1. monit. XXXIX. poſt
2 Thom. in d.q.119. art.2. Deinde, ani-
maduertant; an ſit regularis, uel ſæcu-
laris. Et ſi eſt regularis, eadem cenſu-
ra cenſeant impenſam factam ex aliis
bonis, quoquomodo quæſitis ante,
uel

uel poſt profeſſionem, ac de reditibus eccleſiaſticis: quia illa omnia ſunt eccleſiaſtica, eo ꝙ quicquid habebat ante profeſſionem, fit per eam monaſterii uel ordinis. Auth. Ingreſſi. C. de Sacroſ. Eccleſ. c. In præſentia, de probat. & quicquid poſt eam quærit, acquirit eiſdem. c. Cum olim. 2. de priuil. & dictum eſt ſupra. q. 1. monit. X. & tribus. ſeq. & LVI. & LXII. & modum reſtituendi male impenſa, ponô ſupra. q. 2. mon. XX. Si autem eſt ſæcularis, conſideret cuius ſpeciei ſint bona illa, quæ impendit; & non cenſeat eum mortaliter peccare magis q̃ laicum, ſi bona illa erant patrimonialia, uel quaſi patrimonialia, per poſi- 3
ta in monit. XXII. Quorum de numero ſunt etiam ea, quæ ratione dignitatis clericalis miſſando, prædicando, confeſſiones audiẽdo, & alia ſacra miniſtrando quæſierit; ut ibidem, & in monit. LXXIX. probatur. Idem ſi erãt eccleſiaſtica, ſed reliquata ex illa eorum parte, quæ illi ad decentem uitam

erat

erat conueniens, per monit. XXX. & duo ſequentia. q. 1. & mon. LXXVII. ead.q.etiam ſi auare fuerint reliquata, ſiue reſidua facta; præfato mon.XXXI. & ſeq. Idem ſi ea beneficiarius ipſe ſit cōmeritus ex obſequiis Eccleſiæ præſtitis; ultra ea quæ tenebatur præſtare inſeruiēdo mediocriter ſuo beneficio, per poſita in q.1. monit. LXXVIII. uel ſi tantundem dederit Eccleſiæ ſuæ, uel pauperibus ex bonis patrimonialibus, uel quaſi patrimonialibus, quantum de reditibus eccleſiaſticis impenderit, mon. LXXVII. Ita ꝙ tantundem poteſt pro patrimonialibus habere de reditibus beneficii, quantum in eleemoſynas & alia opera pia impenderit, poſtquàm beneficium fuit adeptus, per idē monitum: quod eſt maxime notandum. Iudicet etiam bene impenſum, quod datum fuerit pauperibus quibuſcunque etiam alienigenis, & locis piis extra ſuam parochiam, uel epiſcopatum ſitis, per d. monitum LXXVII. etiam ſi non fuerint data in neceſſita-

tem naturæ, ſed tantum decentiæ perſonæ, per mon. LXXVII. Idem faciat, ſi fuerit impenſum in decentiam, aut utilitatem Eccleſiæ immediatam, uel mediatam, hoſpitio ſuſcipiendo Regem, proceres, & iudices eius; litteratos item, & alios amicos, & etiam aliquando inimicos, ut loco & tempore opportunis proſint, uel non noceant Eccleſiæ, uel iuribus eius, uel litigando, pro iuribus Eccleſiæ, uel pro ſua electione uel prouiſione, per, mon.LXXVII.& mon.LXXVIII.quæſt. I. Idem ſi fuerit impenſum in remunerationem obſequiorum a cognatis, amicis, uel famulis ei præſtitorum, per mon. LXXXI. ead. q. Idem iudicet, de uere irreuocabiliterq; donatis ad quęuis opera pia, etiam in articulo mortis, per d. mon.LXXXI.& ſeq.d.q. I. Idem etiam de illo ſuperfluo beneficiarii, quod ſeruat in pia opera etiam futura, modo probabiliter ſperentur, per mon. LXXVI. Nec putet male impenſum, eo quòd beneficiarius male ui-

 uat,

uat, & ob id perdat fructus, modo aliàs canonice poſſideat, per monitũ. LXXIX. Idem item iudicet de quæſitis, per diſtributiones, quod de aliis reditibus, per monitum. LXXIX. & de quæſitis per penſiones, per monit. LXXX. Pro male uero impenſo, iudicet retentionem ſuperfluorum, ſine iuſta cauſa, & ſine propoſito impendendi piis operibus, ſaltem futuris probabiliter ſperatis, per monit. LXXV. Beneficiarium autem, qui fuerit confeſſus, ſe impendiſſe notabilem quantitatem de reditibus eccleſiaſticis male, uane, aut profane, extra caſus, & modos ſub prædictis comprehenſos, peccaſſe mortaliter, tenerique ad reſtituendum, qua parte poterit, illam piis operibus. Iudicet item diuitem, qui gratuito contractu recipit a beneficiario aliqua, ſciens non eſſe patrimonialia, uel quaſi patrimonialia, neque ob cauſas prædictas largita, peccare mortaliter; tenerique ad reſtituendum uel procurandum,

dum, quòd donans reſtituat; & reſtituere, ſi ille id non fecerit, iuxta monitũ LXXXI. quæſt. 1.

QVoniam ſubſequens S. D. N. PII PAPAE. V. Bulla, nondum erat typis excuſa, quando excudebatur Monitum LXXIX. Quæſtionis primę, nō fuit in eo tenor eius inſertus. At quia ſub finem excuſſionis huius Apologiæ fuit excuſa, & illius cognitio atque lectio plurimum eſt utilis & neceſſaria beneficiariis, ac penſionariis: ideo hic eam duximus ſubiiciendam.

PIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EX proximo Lateranenſi Concilio pia & ſalubris ſanctio emanauit; ut quicunque habens beneficiū eccleſiaſticum, cum cura, & ſine cura; ſi poſt ſex menſes, quàm illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit; beneficiorum ſuorum fructus

fructus pro rata, omiſſionis officii & temporis, ſuos non faciat; ſed eos tamquàm iniuſte perceptos, in fabricas ipſorum beneficiorum, uel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius atque expreſſius prouidere uolentes: Statuimus, ut qui horas omnes Canonicas uno uel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficii ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi uel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur: qui uero matutinum tantum, dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat: tametſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis, cum aliis præſens adſit, fructuſque & diſtributiones forte aliter aſſignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, uel alias ſibi lucrifeciſ-

ſe

ſe prætendat:Is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Item, ille qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas ut clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum; & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, declarationis, & decreti infringere; uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

curſurum. Dat. Romæ, Apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Duodecimo Kalend. Octobris. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

INDEX

PRAECIPVARVM MATERIARUM, quæ in præſenti opere continentur: in quo, q. quæſtionem, m. monitum, n. numerum, p. paginam ſignificat.

A

ABſtinentia continentiæ nutrix. q. 1. m. 30. n. 5. p. 115.
Academia Caturcẽſis a Io. 22. erecta. q. 1. m. 50. n. 3. p. 133.
Actione ſubſidiaria qui tenetur ad tantam reſtitutionem tenetur ad quantam, qui principaliter. q. 2. m. 5. n. 2. p. 438.
Actio uel officium iudicis datur quoties æquitas id ſuadet. q. 2. m. 6. n. 1. p. 444.
Alfonſus Caſtrenſis laudatus. q. 2. m. 5. n. 1. p. 438.
Aliena quærens ſua perdit, ut totũ, qui quærit totum. q. 1. m. 38. n. 6. p. 152.

Alienum capere,& retinere parum differunt. q. 1. m. 39. n. 4. p. 176.
Alternatiuam proferens, cuius altera pars eſt uera, non eſt carpendus. q. 1. m. 3. n. 1. p. 11.
Apoſtolos non habuiſſe dominium in ſpeciali, eſſe cōtrarium Extrauag. Cum inter, incaute dixit Aduerſarius. q. 1. m. 8. n. 1. p. 26.
Apoſtoli ſi uouerunt omnia neceſſaria ad perfectum ſtatum, uouerunt & paupertatem cōtra Aduerſarium. q. 1. m. 9. n. 1. p. 26.
Argumentum a contrario ſenſu inualidum ad probandum id, cuius contrarium iure exprimitur. q. 1. m. 44. n. 2. p. 214.
Argumentum a ſimili ſoluitur per diſſimile datum in propoſito in quo ſit. q. 2. m. 13. n. 3. p. 476.
Auare quærenti frequenter licet, quod non licet nolenti ſic quærere. q. 1. m. 33. n. 1. p. 128.
Auaritia, quæ non eſt ſpeciali uirtuti iuſtitiæ cōtraria, nec acquiſitionem impedit,

impedit,nec ad rēſtitutionem obligat. q. 1. m. 33. n. 1. p. 129.
Auarus deterior eſt prodigo. q. 1. m. 75. n. 6. p. 327.
Auaritia non eſt, partem aliquam cōgruam redituum neceſſitatibus uериſimiliter futuris obſeruare, q. 1. m. 76. n. 5. p. 335.
Neq; uel numos paulatim congerere magnis & piis operibus: & quid tunc fieri debeat, Ibidem nu. 6. Ne mors inopina nobis īteręcedat. n. 7.
Author huius epiſt. an fuerit Hieronymus, q. 1. m. 1. n. 1. p. 2.
Author Salmāticenſem cathedram canonum primariam regebat, cum non dum N. eos audire cœpiſſet. q. 1. m. 5. n. 1. p. 15.
Author putat non fuiſſe animum N. minuendi nomen eius, q. 1. m. 5. n. 2. p. 16.
Authoritatem externis bonis augeri, q. 2. m. 6. n. 1. p. 17.
Authori conſultum ne nudus externis cum ornato eiſdē in arenam aſcendat:

dat:& quibus ſe ornare poſſet. m. 6. n. 2. p. 18.

Authorē audiuit totū unū annū canones Emanuel a coſta īſignis doctor quē inſigniter laudat aduerſarius, cū gymnaſta magno ſalario ius ciuile interpretaretur. q. 1. m. 6. n. 4. p. 20

Author ꝑteſtatᷓ obſeruaturū ſe ſēp me rito Aduerſariū. q. 1. m. 6. n. 5. p. 20.

Authoritas ſummorū pōtificū neceſſario obſeruanda. q. 1. m. 2. n. 3. p. 75.

Author commentarium de ſpoliis clericorū unà cum hac Apologia cōponit in C. Non liceat papæ. 12. q. 2. q. 1. m. 50. n. 4. p. 235.

B

Beneficiarios nō eſſe uſuarios nec uſu fructuarios ſed maiore facultate q̃ illi & minore quàm hi. q. 1. m. 24. n. 13. p. 85.

Beneficiarius pōt ſe honeſte alere de reditibus ſui beneficii etiā ſi habet patrimonium ſeruādo illud, & eius reditus quibus uoluerit. q. 1. m. 30. n. 1. p. 112.

Beneficiarii

Beneficiarii Eccleſiaſtici lege naturali tenentur operibus piis erogare ſuperflua. q. 1. m. 75. n. 1. p. 322.

Bñficiarii minimè retineant auare, quę eis ſupſunt. q. 1. m. 75. n. 4. p. 325.

Beneficiarii quę parce uiuendo de ſuo honeſto uictu detrahunt, faciunt ſua. q. 1. m. 77. n. 1. p. 337.

Beneficiarii ſatisfaciũt erogãdo ea quę ſibi ſuperſunt quibuſcunq; pauperibus, aut piis operibus, quæ delegerint. q. 1. m. 77. n. 2. & ſeq. p. 338.

Beneficiarii de prouẽtibus eccleſiaſticis inſumere poſſunt pro libito tantum quantum in eccleſiam ſuam ac pauperes de patrimonialibus impenderint. q. 1. m. 77. n. 7. p. 344.

Beneficiarii nequeunt inſumere ob ſolam liberalitem nec humanam amicitiam. q. 1. m. 78. n. 1. p. 345.

Poſſunt tñ in colligendos honeſtè hoſpites, qui eorũ Eccleſiæ, uel beneficio prodeſſe ualẽt. nũ. 2.

Beneficiarius ſęcularis põt cuilibet largiri id quod meret ob maiora obſequia

ſequia quàm quę ſuum beneficium requirit. q. 1. m. 78. n. 3. p. 349.
Beneficiarius non amittet ſuos fructus eo ſolo quòd male uiuit, contra Adrianum: nec etiam non celebrando, horas amittebat, uſq; ad Concilium Lateranen. q. 1. m. 79. n. 1. p. 353.
Beneficiarii minores, mediocres, & Epiſcopi quò ad hoc æquales. q. 1. m. 79. n. 2. p. 355.
Beneficiarius pro uoluntate ſua diſponit de rebus quæſitis ſui ordinis ratione, puta, per confeſſiones & cæt. q. 1. m. 79. n. 4. p. 357.
Beneficiarius de ſuo beneficio uiuere poteſt, & alia ſua bona ſeruare cuicũq; uoluerit. q. 1. m. 80. n. 2. p. 360.
Beneficiarius & penſionarius quò ad hoc non differunt. q. 1. m. 80. n. 3. p. 361.
Beneficiarius tam ęgrotans, quàm bene ualens donandi facultatem habet, & ſi teſtari nõ poteſt. q. 1. m. 81. n. 1. p. 370. & lepida ratio, quare benefi-

beneficiarii teſtari prohibētur,&nō donare. q. 1. m. 81. n. 2. p. 381.
Beneficiarius religioſus qui ægrotat, an donare poſſit pauperibus, & piis operibus. q. 1. m. 81. n. 3. p. 381.
Beneficiarius remuneret famulos. q. 1. m. 82. n. 6. p. 384. & quantū. n. eodē.
Beneficiarius non ſolum poteſt expendere id quod eſt ei opus, quatenus eſt beneficiarius; ſed etiam quatenus eſt nobilis, aut graduatus. q. 1. m. 82. n. 7. p. 388.
Beneficiarius prius poteſt ſibi prouidere quàm Eccleſiæ, quò ad unum finem, & non quò ad alium. q. 1. m. 82. n. 8. p. 389.
Beneficiario ab aliquo qui recipit, an peccat. q. 1. m. 83. n. 4. p. 397.
Beneficiarius impendendo uane, uel profane beneficii reditus, nō ſolum peccat mortaliter; ſed etiā tenetur ad reſtitutionē. q. 2. m. 7. n. 1. p. 444. quod etiam tenuit Tho. n. 2. p. 448.
Beneficiarius, ſecundum omnes, tenetur magis quàm laicus ad eleemo-
 ſynas

ſynas, ergo alia lege quàm laicus. q. 2. m. 7. n. 8. p. 457.

Beneficiarius, qua lege mortaliter peccat abutẽdo ſuis reditibus, eadẽ tenetur reſtituere. q. 2. m. 7. n. 6. p. 454.

Beneficiarius qua lege ante diuiſionẽ tenebatur reſtituere profane impenſa, eadẽ & poſt eam tenebitur, quia diuiſio quò ad hoc nihil nouauit. q. 2. m. 7. n. 10. p. 460.

Beneficiarii prodigitas etiam de parte ſibi a cõi ſeparata ſacrilegiũ dicitur a S. Bernardo. q. 2. m. 7. n. 13. p. 462.

Beneficiarii nõ ſunt ſuorum redituum domini abſoluti, quoniam habent onus dandi ſuperflua pauperibus. q. 2. m. 8. n. 1. p. 469.

Beneficiarii reditus, non æquari ſtipendiis præſidum probat concil. Trid. q. 2. m. 9. n. 1. p. 469.

Beneficiarii propter diuiſionem bonorum olim uel recens factam nõ eximuntur ab onere ſuperflua pauperibus erogãdi. q. 2. m. 11. n. 1. p. 470.

Beneficiario non eſt tam lata facultas utendi

utendi reditibus ſui beneficii quanta marito reditibus dotis. q. 2. m. 12. n. 1. p. 472.
Beneficiario non eſt tantum iuris in rebus beneficii quantum marito in rebus uxoris: nec ſuſtinet onera tam grauia quàm maritus. q. 2. m. 13. n. 3. p. 476.
Beneficiarius facit ſuos fructus a ſolo ſeparatos etiam nondum recondi-tos. q. 2. m. 14. n. 1. p. 476.
Beneficiarius quantum pro ſe ſuſtentando egeat Arbitrarium eſt. q. 2. m. 18. n. 1. p. 488.
Beneficiarii magis obligantur ad largiendas eleemoſynas quàm laici. q. 2. m. 19. n. 1. p. 490.
Beneficiarius non ſoluitur ab obligatione reſtituẽdi male impenſa propter impotentiam, & poteſt illo & illo modo reſtituere, etiam ſi ſit monachus. q. 2. m. 20. n. 1. p. 492.
Beneficiario ab aliquo accipiens aliquid de reditibus eius, an & quando peccet. q. 2. m. 26. n. 1. p. 564.

Beneficiario

Beneficiario ab aliquo dotatam, qualis ducens peccet, & teneatur reſtituere. q. 2. m. 26. n. 2. p. 504.
Beneficiario ab aliquo qui aliq̃d male accipit, cui reſtituet. q. 2. m. 26. n. 3. p. 512.
Beneficiarii debita an ſolui poſſint ex debitis eius non perceptis ante mortem. q. 2. m. 26. n. 4. p. 513.
Beneficiarios non eſſe liberos a legibus iuſtitiȩ, per dicta ipſius N. probatur. q. 2. m. 27. n. 1. p. 514.
Beneficiarii nec pro libito, nec ad pia poſſunt teſtari de ſuperfluis redituũ beneficiorum. q. 3. m. 1. n. 2. p. 530.
Beneficiarii cur in uita poſſunt erogare ſuperflua pauperibus, & non per ultimas uoluntates; ratio aptiſſima, cuius inaduertentia multi errant. q. 3. m. 1. n. 2. p. 530.
Beneficiarii minores Epiſcopis, etiam ſimplices, qua ratione nõ teſtantur q. 3. m. 4. n. 3. p. 555.
Beneficiarius etiam Epiſcopus, poteſt relinquere teſtãdo cui uoluerit tantum

tum quantum de patrimonialibus dedit gratioſe.q.3. m.4. n.3.p.556.
Beneficiarii diuina lege prohibētur teſtari de reditibus beneficii ad profana, humana uero ad pia.q.3. m.5. n. 1. p. 558.
Beneficiarii & laici impēſa omnis inordinata, peccatum: ſed illa clerici regulariter mortale, hæc uero laici regulariter ueniale. q. 3. m. ultimo n. 1. p. 605.
Beneficiarii ꝓdigalitas & auaritia quā parte peior quàm laicorum.q.3. m. ultimo. n. 1. p. 605.
Beneficiarii regularis impenſa quo modo reſarcienda.q.3. m. ultimo. n.3. p. 606.
Beneficiarii impēſa quibus caſibus iudicanda ordinata, & quibus cenſenda inordinata. q.3. m. ultimo. n.3. p. 607.
Beneficium aut Epiſcopatū idoneum relinquere ob alium maioris reditus ſine aliqua cauſa, peccatum eſt. q. 1. m. 76. n. 3. p.331.

Beneficiũ regulare nunquam ſæculari collatum eſt, neque ſæculare regulari in titulum, ſed in Commendam ſic. q. 1. m. 80. n. 4. p. 365. Tantũm tamen authoritatis habẽt Cõmendatarii quàm titulares. nu. 5.
Beneficia regularia ſolis regularibus conferenda. q. 1. m. 56. n. 2. p. 250.
Bonum quod ob finem eſt tale, non eſt ſuapte natura malum. q. 1. m. 32. n. 1. p. 132.
Beneficii fructus dari ad pauperes ſuſtentandos multis in locis Thom. affirmat. q. 2. m. 7. n. 5. p. 451.
Bona clericorum bona ſunt pauperum q. 1. m. 1. n. 2. p. 5.
Bona externa uix eſſe noſtra. q. 1. m. 6. n. 3. p. 19.
Bona quæ nullius ſunt, poſſe occupari a quibuſuis, de quibus intelligendum eſt. q. 1. m. 17. n. 2. p. 53.
Bonorum eccleſiaſticorum quædam principaliter deputata miniſtris, quædam aliis piis. q. 1. m. 20. n. 3. p. 58.

Bona

Bona eccleſiaſtica iterum duplicis generis. q. 1. m. 20. n. 4. p. 59.

Bona patrimonialia clericorum æque libera eſſe illis, ac ſua laicis. q. 1. m. 22. n. 1. p. 62.

Bona quęſita eccleſiis antequam cõferantur beneficiariis non ſunt eorum diſpoſitioni ſubiecta. q. 1. m. 22. n. 2. p. 62. Et idem de bonis principalius ad ſuſtentanda pia, q̃ miniſtris deputatis, niſi &cæt. nũ. 2.

Bona quaſi patrimonialia annumeranda potius patrimonialibus quàm eccleſiaſticis. quæſt. 1. m. 22. n. 3. p. 64.

Bona ex penſionibus quæſita, an cenſeantur patrimonialia uel Eccleſiaſtica. q. 1. m. 23. n, 2. p. 69.

Bona quæſita ex penſionibus temporariis quę in ſubſidium impenſarum dantur Cardinalibus a Papa cenſentur patrimonialia. q. 1. m. 23. n. 2. p. 69.

Bona ut cenſeantur eccleſiaſtica, non ſufficit ut dentur eccleſiaſticis ab eccle-

eccleſiaſticis de bonis eccleſiaſticis. q. 1. m. 23. n. 3. p. 79.

Bona quęſita ratione actuum eccleſiaſticorum etiam de reditibus eccleſiaſticis alia ratione q̃ iuris perpetui percipiendi reditus eccleſiaſticos, non cenſentur bona eccleſiaſtica. q. 1. m. 23. n. 5. p. 71.

Bonorum eccleſiaſticorum uerum dominum eſſe Chriſtum Deũ irrefragabiliter tenendum. q. 1. m. 24. n. 1. p. 64.

Bona omnia ſacra ſunt Dei, & omnia ſacrorum ſuſtẽtationi deputata ſunt ſacra; & qui ea furatur aut rapit ſacrilegus. q. 1. m. 24. n. 4. p. 75.

Bona cur, & quo ſenſu dicuntur nullius, cũ ſint Dei. q. 1. m. 24. n. 5. p. 76.

Bona eccleſiaſtica ſunt Dei quò ad uerum dominium, eccleſiæ & prælatorum quò ad adminiſtrationem, pauperum & piorum quò ad ſuſtentationem. q. 1. m. 24. n. 8. p. 78. & n. 11. p. 82.

Bona omnia eccleſiæ ſacra, licèt conſecrata

ſecrata benedictione aliis ſacratiora;& quo ſenſu aliqua non ſint in hominum cõmertio.q.1, m.24.n.9.p.80.
Bona donata Deo fieri eius iure naturali perinde ac alterius donata illi. q. 1. m. 24. n. 13. p. 85.
Bona eccleſiaſtica eſſe Dei,& non ullius hominis concilio Tridentino diffinitum. q.1. m. 24. n. 14. p. 86.
Bonis ſecundi generis quartę ſpeciei utendi facultas liberior facultate utendi bonis primi generis: ſed nõ adeo ut facultas utẽdi patrimonialibus. q. 1. m. 25. n. 2. p. 9.
Bona beneficiarii præmortui deuoluta in ſucceſſorem, an ſint primi generis, an ſecundi quartæ ſpeciei. q. 1. m. 26. n. 1. p. 91.
Bona eccleſiaſtica ſubiecta eſſe oneri & modo, ut ſuperflua piis operibus erogentur. q.1. m. 27. n. 1. p. 92.
Bona non eſſe data eccleſiaſticis, ut primogenia diuitibus inſtituantur: nec ut cognati augeãtur.q.1.m.27. n. 6. p. 98.

Bona omnia eccleſiaſtica tam tempore Apoſtolorum, quàm poſtea donata; ſunt eiuſdem conditionis, quia ſunt unum patrimonium Chriſti. q. 1. m. 74. n. 1. p. 315.

Bona beneficiorum nouorum, non eximuntur onere antiquo eo ſolo quod ſupponantur alicui nouo. q. 1. m. 74. n. 4. p. 318.

Bona deſtinata immediate pauperibus ad quem modum differant à deputatis immediate beneficiariis. q. 2. m. 24. n. 1. p. 500.

Bona etiam immobilia cõparata per beneficiarium ex reditibus beneficii non fiunt ipſo iure Eccleſiæ niſi nomine ipſius quærantur. q. 1. m. 37. n. 1. p. 135.

Bona eccleſiaſtica eſſe uere Chriſti, & ex mente eius ſubiecta oneri tribuendi ſuperflua pauperibus. q. 1. m. 38. n. 9. p. 157.

Bona eccleſiaſtica eſſe Dei, eſſe danda pauperibus & non diuitibus: Ideoque nõ eſſe ęque libera atque laica

concilium

concilium Trident. definit. q. 1. m. 38. n. 14. p. 167.
Bonorum eccleſiaſticorum impēſa uaria & profana, non ideo mala quia prohibita; ſed prohibita quia mala. q. 1. m. 38. n. 14. p. 167.
Bonis in eccleſiaſticis plus poteſt Chriſtus, quàm prælati: ſicut in bonis Ciuitatis plus poteſt illa quàm decuriones. q. 1. m. 40. n. 4. p. 181.
Bona eccleſiaſtica iuſta de cauſa poſſunt concedi laicis. q. 1. m. 54. n. 3. p. 243.
Bona eccleſiaſtica non eſſe iuſte applicata ordinibus militaribus, male infertur ex ſententia communi. q. 1. m. 58. n. 1. p. 266.
Bona eccleſiaſtica fiunt profana per alienationē iuſtam in laicos, & tunc eorum reditus fiunt adeò liberi ac aliorum profanorum. q. 1. m. 58. n. 2. p. 266.
Bona empta ex reditibus eccleſiaſticis fieri Eccleſiæ; empta uero ex patrimonialibus beneficiarii, non

fieri eius neceſſariò infert non eſſe eiuſdem rationis utroſque. q. 1. m. 66. n. 1. p. 290.

Bona eccleſiaſtica qui dicit eſſe iure naturali diuino in opera pia dicata, cogitur fateri, quòd conſuetudo im pendendi ea in profana, eſt contra illud & inualida. q. 1. m. 67. n. 1. Quidquid ineptè reſpondeat Aduerſarius. n. 2. p. 291.

Bona eccleſiaſtica non ſolum intentione, ſed etiam præcepto, & traditione Chriſti, Apoſtolorum, & Eccleſiæ ſunt operibus piis deputata. q. 1. m. 68. n. 1. p. 299.

Bonum publicum pręferendum priuato. q. 1. m. 71. n. 2. p. 311.

Bonorum Eccleſiæ uerus dominus eſt Chriſtus non ſolum generali ratione, quia omnia ſunt eius; ſed etiam ſpeciali: & ita beneficiarii ſunt quidam eius procuratores. q. 3. m. 2. n. 1. p. 528.

Bona Eccleſiæ expreſſè, uel tacitè oneri dãdi ſuperflua operibus piis ſubiecta.

iecta. quæſt. 3. m. 2. n. 4. p. 533.
Bulla S. D. N. Pii. V. Pontif. Max. in fine libri.

C

CArdinalatus eſt beneficium eccleſiaſticum. m. 23. n. 1. p. 68.
Cardinalis illuſtriſſimus Vermiēſis etiā ante purpurā, nomine Hoſius, toti orbi clariſſimus Petrū Sotum feliciſſime cōtra Brentium defendit. q. 1. m. 38. n. 3. p. 146.
Chriſtiani Eccleſię primitiuę ei pretia bonorū dabant Apoſtolis ad ſuſtentandos egenos. q. 1. m. 27. n. 2. p. 94.
Chriſtum non eſſe minus liberalem nunc, quando eſt ditiſſimus, quàm cum eſſet pauperrimus. q. 1. m. 27. n. 5. p. 97.
Chriſti menti conformius, reliquare aliqua ex his quæ decenter inſumi poſſunt in aliqua opera uirtutum, quàm inſumere omnia in uoluptatem, etiam honeſtam. q. 1. m. 30. n. 3. p. 114.
Clerici tria genera bonorum habent,

ſcilicet patrimonialia, eccleſiaſtica, & quaſi patrimonialia. q. 1. m. 21. n.1. p.90. Quantũ eà differãt. nu.2.
Clericorum bona eſſe pauperum, ut intelligendum. quæſt.1. m. 27. n. 3. p. 95.
Charitate ſola obligatũ ad aliqd, poſſe ad id compelli. q.2. m.6. n.144. p.
Charitatis lex ex æquo ligat laicos & clericos habentes ſuperflua. q.2. m. 10. n. 1. p. 469.
Commendatores S. Iacobi de Spata Calatrauæ, & Alcantaræ ac ſimiles, ſunt eccleſiaſticę perſonæ. q. 1. m. 55. n. 1. p. 244.
Commendatores ordinum militarium ſancti Iacobi Calatrauæ Alcãtaræ, & ſimiles eſſe uerè religioſos, latè probatur. q.1. m.56. n.1. & ſeq. p.248.
Commendatores prædicti quotannis ſe expropriant. q. 1. m. 56. n. 3. p. 257.
Commendatores iniuſtè poſſidere bona eccleſiaſtica, non infertur ex ſententia communi, cum contrarium

potius

potius inferatur. q. 1. m. 60. n. 1. p. 271.

Cõmendatores reditus ſuarum Commẽdarum regularium malè uel profanè ultra ſuam decentiam impendentes, peccare late probatur. q. 1. m. 61. n. 1. & ſeq. p. 273.

Commendatores militarium ordinum æquiparari clericis ſæcularibus quò ad bona temporalia, latè probatur. q. 1. m. 62. n. 1. & ſeq. p. 278.

Commendatores ordinum militarium caueant ab aſſentatoribus cõtra receptiſſimas ſententias. q. 1. m. 63. n. 1. p. 281.

Commendatarii profeſſi perpendant periculum male inſumendi ſuos reditus. q. 1. m. 83. n. 3. p. 411.

Communio rerum, ſolet parere diſcordiam. q. 1. m. 41. n. 3. p. 193.

Communi re poteſt quis uti ad uſum deſtinatum inuito conſorte. q. 1. m. 72. n. 2. p. 377.

Cõcilium Trident. tacite ſenſit beneficiarium lege iuſtitiæ teneri ad dan-

dum ſuperflua pauperibus. q. 2. m. 7. n. 14. p. 464.
Concilium Tridentinum quomodo tacitè ſentit beneficiarios teneri ad reſtituenda male impenſa. q. 2. m. 21. n. 1. p. 495.
Conſilia ſeruare ſecundum præparationem animi, & ſeruare mentaliter longe differunt. q. 1. m. 7. n. 4. p. 23.
Confeſſarios & cõſultores beneficiariorũ, quæ animaduertere oporteat ad abſoluendum, uel damnandum peccati mortiferi ob impenſam redituum ſuorum. q. 3. m. 14. & ultimo. nu. 1. p. 605.
Conſilia pro tempore quo ad ſui obſeruantiam ligant, præcepta fiunt. q. 1. m. 7. n. 5. p. 24.
Conſiliorum cõtraria uolens ſine cõtemptu eorum non peccat. q. 1. m. 7. n. 6. p. 21.
Cõſuetudo, ut beneficiario poſt mortẽ cedãt fructus primi, uel ſecũdi anni, nõ infert poſſe illũ de illis ꝓ libito diſponere. q. 1. m. 2. n. 48. p. 223.
Conſue-

Conſuetudo ut beneficiarii diſponant in uita & morte de reditibus eccleſiaſticis pro libito, nullibi gentium eſſe uidetur;& ſi eſſet, non ualeret: nec hoc debet uideri durum. q. 1. m. 50. n. 1. p. 229. & ſeq.

Conſuetudo ut legi deroget,debet eſſe maioris partis. q. 1. m. 50. n. 2. p. 231.

Conſuetudinem libere teſtandi de reditibus beneficiorum,non eſſe clericis in Italia,cõſtat ex litteris multorum Rom. Pontifi. recentiorum. q. 1. m. 50. n. 4. p. 285.

Conſuetudo beneficiariorum diſponendi ad libitum de reditibus, non eſt nota Papæ, imo contrariam eſſe in Italia, ipſi Pontifices teſtantur. q. 1. m. 51. n. 2. p. 237.

Conſuetudinem diſponẽdi ad libitum de reditibus beneficiorum nec eſſe, nec induci poſſe. q. 1. m. 53. n. 1. p. 241.

Conſuetudo non poteſt contra hanc concluſionem. q. 2. m. 22. n. 1. p. 49.

Corona clericorum & monachorum quid ſignificat. q.1. m. 1. n. 4. p.6.
Concordia negantium,& aſſerentium conſuetudine poſſe induci, ut beneficiarii teſtentur. q. 3. m. 5. n. 2. p. 560.
Commendatores ordinum militarium non poſſe teſtari,niſi ad hoc,& hoc modo. q. 3. m. 12. n. 1. p. 592. Et clauſulæ Bullę Pii.V. per quam adimuntur militaribus ordinibus, & quibuſdam aliis facultates teſtandi. nu. eodem.
Commendatoribus nõ licet ita primogenia ſiue maioratus teſtando inſtituere ac clericis ſæcularibus.q.3. m. 13. n. 1. p. 598.
Conſuetudo ut beneficiarii prolibito teſtentur de reditibus eccleſiaſticis,nullibi eſt; & ſicubi eſſet, nõ ualeret. q. 3. m.11. n.3. p.530. Quia contra legem naturalem eſſet.nu.3.
Cõſtitutio interpretans,in terminis interpretatę intelligenda. q. 3. m.11. n. 7. p. 537.

Conſue-

Cōſuetudo ut beneficiarius percipiat fructus unius, uel alterius anni poſt mortem, ualida. quæſt. 3. m. 3. n. 1. p. 543. Et quomodo intelligenda remiſſiue. nu. 2.

Cōſuetudo derogat legi quatenus eſt humana, non quatenus eſt naturalis, uel diuina. q. 3. m. 3. n. 3. p. 543.

Conſuetudo clericorum teſtādi ad libitum, à Papa non toleratur in Italia, nec alibi. q. 3. m. 3. n. 4. p. 543. Nec approbari poteſt ab ulla poteſtate humana, cum eſſet contra diuinam authoritatem. nu. eodem.

Conſuetudo teſtandi etiam ad pia, non eſt in Hiſpania Epiſcopis: uidetur autem eſſe inferioribus, quæ tamen nec illis eſt in Italia, nec in multis partibus Galliæ, ſine facultate Epiſcoporū. q. 3. m. 3. n. 6. p. 551.

D

Decentia ſtatus non eſt poſitā in pręcepto indiuiſibili, ſed habet latitudinem, alia maiorem, alia minorem. q. 1. m. 32. n. 2. p. 122.

Decimas ante Lateranenſe Cõcilium laicis conceſſas, & alias quas principes habent, non poſſe iuſte ab eis teneri, non inferri ex communi ſententia, late probatur. q. 1. m. 64. n. 1. & ſeq. p. 282.

Decimarum fructus, bonaq; alia eccleſiaſtica iuſta cauſa per Sedem Apoſtolicam concedi poſſunt laicis ita, ut eis tanquàm profanis utantur. q. 1. m. 64. n. 2. p. 284. Quàmuis Thomas, cui ſua tribuit Aduerſarius expreſſe dixerit, ius percipiẽdi decimas nõ poſſe illis dari q. ead. nu. 3.

Decimę uel fructus beneficiorum, & alia bona eccleſiaſtica iuſte data in ſolutum, uel in pretium damnorum impenſarum, uel laborum ſubitorum, uel ſubeundorum nobilibus, uel aliis, libera eſſe uidẽtur ab onere dandi ſuperflua pauperibus, ſicut erant bona perdita, uel damnificata, impenſæ & pretium laborum, pro quibus ſunt data. q. 1. m. 65. n. 1. Licet nõ illa quæ alias ob cau-

ſas

ſas conceduntur. q. 1. m. 65. n. 2. p. 288. & 289.

Decimæ licèt quò ad ſuſtentationem neceſſariam miniſtrorum debeantur iure naturali diuino, tamen quò ad quotam debentur iure humano: & ideo Eccleſia iuſta de cauſa poſſet illam augere, & diminuere. q. 1. m. 69. n. 1. p. 300.

Decimæ non debentur etiam ſi petantur, extante cõſuetudine pręſcripta ne ſoluantur. q. 1. m. 69. n. 2. p. 301.

Decimas, primitias, & alia innumera bona habet deputata chriſtiani cultui diuino, & pauperibus. q. 1. m. 75. n. 3. p. 331.

Decimæ, & alia bona eccleſiaſtica, onus pauperum alendorum habet. q. 2. m. 7. n. 12. p. 467.

Diſpoſitio ſecundum materiam intelligenda. q. 3. m. 9. n. 2. p. 575.

Diſpẽſatio ſuper uoto paupertatis nõ eſt neceſſaria religioſo quò teſtetur. q. 3. m. 11. nu. 3. p. 587.

Diuiſionẽ bonorũ eccleſiaſticorũ inter

ter prælatos & capitula, & alios beneficiarios, non efficere eos liberiores ſuarum partium dominos, quàm erant prælati omnium ante diuiſionem, latè & euidẽter probatum. q. 1. m. 41. n. 1. p. 192.

Diuiſio iuſtus titulus ad transferendum dominium illius ſpeciei, qualis erat ante diuiſionem, non tamen alterius. q. 1. m. 42. n. 21. p. 205.

Diuiſio fructuũ beneficii inter præceſſorẽ & ſucceſſorẽ faciẽda eſt, ut fit inter uſufructuariũ, & nõ ut fit inter maritum & uxorẽ facto diuortio, attento iure cõi. q. 1. m. 13. n. 1. p. 473. Licet in Hiſpania in Epiſcopatibus, etiam in aliis beneficiis aliquarum diœceſum contra fiat. nu. 4.

Diuiſio fructuum inter fideicõmiſſarium & eum cui reſtituẽdum eſt fideicõmiſſum, fit eodem modo quo inter dominum & uſufructuarium. q. 2. m. 13. n. 2. p. 475.

Diuiſio fructuum inter præceſſorem & ſucceſſorem in primogenio, facienda

da eſt,ut inter uſufructuarium,& dominum. q. 1. m. 15. n. 2. p. 484.

Didacus a Leyua, ſiue Couarruuias datus. q. 1. m. 38. n. 8. p. 154.

Dominus ſuarum ueſtium, an eſſet Petrus poſt apoſtolatum,non eſt uana queſtio, contra Aduerſarium. q. 1. m. 12. n. 1. p. 35.

Dominium bonorum temporalium, eſſe neceſſarium prælatis omnibus, falſum.q.1. m. 13. n.1. p.39. Quia ſufficit adminiſtratio. n. 2.

Dñium immobiliũ rerum tpalium Eccleſiæ, penes prelatos eius eſſe, nullus catholicus uſque ad Aduerſarium dixit. q. 1. m. 13. n. 3. p. 41.

Dñium rerum Eccleſiæ penes quẽ ſit, cõfuſè tractatum hic, & inſolenter alibi. q. 1. m. 18. n. 1. p. 55.

Dominium unius & eiuſdem rei, non poteſt eſſe plurium inſolidum, & nõ tranſit ipſo iure in extremè egentem. q. 2. m. 4. n. 1. p. 438.

Dñicus Sotus palinodiã tacitè canere uidetur. q. 1. m. 38. n. 10. p. 159.

Diſpo-

Diſpoſitio ad minuendũ nõ operatur augmentum. q. 1.m.41.n.3.p.193.
Dñicus Sotus magna ordinis Dominicani gloria. q. 1.n.39. n. 1. p. 171.
Dñs Franciſcus a Nauarra ſtirpe Regiã prognatus. q. 1. m. 41. n. 4.p.194.
Donatio beneficiariorum ad pia ante traditionem ualida. q. 1. m. 82. n. 4. p. 383.
Donationes nõ omnes tempore mortis factæ ab eccleſiaſticis ius teſtandi non habentibus ſunt, nec pręſumuntur fraudulentę. q.1.m.82.n.1. p.379.& tribus modis firmãtur.n.3.
Donatio a Rege filio facta, ualet etiam ſi non exprimit ſe in id poteſtatis plenitudine uti.q.3.m.7.n.4.p.570.

E

Eccleſiaſtici etiam Epiſcopi menſa ſimplici & apparatu paupere utãtur. q.1. m.38. n.11.p.162.
Eccleſiarum prælati & Ciuitatum decuriones qualiter in hoc ſunt pares, uel impares. q. 1. m.48. n. 3. & 5. p. 179.

Eccle-

Eccleſiarum reditus non erant tempore S. Thomæ tam grandes ſicut nunc : & cur Epiſcopatus Italiæ & Galliæ non ſunt adeo opulenti ac Hiſpaniæ. q. 1. m. 40. n. 6. p. 198.
Eccleſia non fouet peccata eo ſolo, ꝙ ex cauſa relinquit ea impunita. q. 1. m. 51. n. 1. & 3. p. 236.
Eccleſiaſtico ſtatui non repugnat bigamia nec irregularitas; licet ordini ſuſcipiendo, uel eius uſui obſtet. q. 1. m. 57. n. 1. p. 265.
Eccleſiaſtica perſona ſine ordine ullo eſſe poteſt. q. 1. m. 58. n. 2. p. 266.
Eccleſiã erraſſe cõcedendo bona militaribus ordinibus, nullatenus ex communi ſententia infertur. q. 1. m. 59. n. 1. p. 269.
Eccleſiaſtici reditus magni, quare minus boni eos habẽti, q̃ pauci uictui ſufficientes. q. 1. m. 76. n. 1. p. 328.
Eleemoſyna ut plurimum liberius datur quàm reditus beneficii. q. 1. m. 34. n. 2. p. 131.
Eleemoſynarius cũ facultate ſe alendi
rẽſtituere

reſtituere debet pauperibus quę uane impendit, & talis eſt beneficiarius. q. 2. m.7.n.11.p.461.
Elogium uerũ, quod probatur alicuius dictis, tribui poteſt etiam ſi non concipiatur ab eo eiſdem uerbis. q. 1. m.3. n. 2. p. 12.
Epiſcopi qua ratione in Hiſpania non teſtantur. q. 3. m. 4. n. 1. p. 558.
Extrauagans Cum inter nõnullos. incaute ad hoc applicatur ab Aduerſario. q. 1. m. 15. n. 1. p.48.

F

FActa non præſumuntur. q.1.m.41. n. 2. p. 192.
Falſa octo ex undecimo argumento Aduerſarij colliguntur. q. 1. m. 53. n. 1. p. 242.
Falſum eſt, communem ſententiam conſequi reditus eccleſiaſticos, & bona unde illi redeunt nullatenus poſſe tribui laicis. q. 1. m. 54. n.2. p. 243.
Fide digni uiri dicto credens, non peccat. q. 1. m. 3. n. 3. p. 12.

Finis

Finis præcepti non eſt in præcepto, nec mortificatio carnis in pręcepto ieiunii ad eam præcepti. q. 1. m. 73. n. 2. p. 313.

Franciſcanos habere dominium rerum temporalium donatarum, ut illis ueſcantur & induantur, dicere; eſt quiddam inſolens. q. 1. m. 14. n. 1. p. 42.

Fratres minores de obſeruantia ſoli, & Cappuccini hodie, temporalium incapaces in communi. q. 1. m. 15. n. 2. p. 46.

Frater Michael Medina laudatum. q. 1. m. 36. n. 3. p. 146.

Frater Alphonſus Maldonadus nomine, re ipſa optimè donatus. q. 1. m. 84. n. 1. p. 415.

Fructus beneficiario poſt mortem cedentes, in quæ impendendi. q. 1. m. 48. n. 2. p. 223.

Furtum admittit, qui re aliena in alium uſum quàm conceſſum, utitur. quæſt. 2. m. 7. n. 5. p. 451.

cc Gratia

G

Gratia facta non expirat morte illam facientis. q. 3. m. 8. n. 1. p. 571.

I

Impenſa minor fit in uictu, cum reliquiæ cedunt impendenti, & cæt. q. 1. m. 30. n. 4. p. 115.
Intellectus illius dicti; Stultus non debet eſſe melioris conditionis quàm ſapiens. q. 1. m. 33. n. 3. p. 13.
Intellectus iurium, quibus ſignificatur comparata ex reditibus Eccleſię, fieri ipſo iure eius. q. 1. m. 37. n. 2. p. 140.
Intellectus pulcher c. fin. de his quæ fiunt a mai. par. cap. q. 1. m. 41. n. 8. p. 200.
Intellectus optimus c. Peruenit, de fideius. q. 1. m. 46. n. 2. p. 223.
Intellectus nouus, & aptus c. Quod quibuſdam, de fideius. q. 1. m. 47. n. 1. p. 222.
Intellectus Extrauagantis, Suſcepit. tit. Ne ſede uacante, inter cõmunes. & de

de elect. inter.Io.XXII. q.1. m. 48. n. 1. p. 223.
Intellectus c.fin.de his quę fiũt a mai. par. cap. q. 1. m. 72. n. 1. p.311.
Intellectus illius Pauli; Presbyteri qui bene præſunt,& cæt. q.1. m.78.n.4. p.350.
Intellectus c.Ad hæc, de teſta. q. 1. m. 81. n. 2. p. 381.
Intellectus concilii Trident.q.2.m.17. n. 1. p. 483.
Ingratitudo ſemper peccatum. q. 1. m. 82. n. 6. p. 384.
Intellectus c. Relatum 2. de teſtam. ab N. datus, refellitur. q.3. m. 2. n. 7. p. 537.
Interpretatio in dubio facienda ita, ut actus ualeat. q.3. m. 7. n. 2. p.569.
Indulgentia morte concedentis eam, non moritur. q.3. m. 8. n. 2. p.573.
Iudicis ſententia fundata in cauſa minus ſufficienti, ſuſtentatur per aliam ſufficientem. q.3. m.7. n. 3. p. 568.
Iuſtitiæ legem infringens, peccat mortaliter; non autem infringens legem libera-

liberalitatis. q. 1. m. 39. n. 2. p.17.
Iure diuerſo non eſt eadem res cenſenda. q. 1. m. 74. n. 3. p. 327.
Iuſtitia ſpeciali non tenetur, quicunq; per iudicem cogi poteſt. q. 1. m. 1. n. 2. p. 425.
Iuſtitiæ ſpecialis legem frangens, tenetur ſemper ad reſtitutionem faciendam. q. 2. m. 2. n. 1. p. 431.
Iuſtitiæ ſpecialis debitum quãtum differat a debito aliarum uirtutum. q. 2. m. 2. n. 2. p. 429.
Iuſtitię ſpecialis legẽ frangens, tenetur ad reſtitutionem; nõ autẽ frangens charitatis legẽ. q. 1. m. 7. n. 6. p. 454.
Iudex fungens duplici poteſtate, præſumitur uti efficaciore. q. 3. m. 7. n. 3. p. 569.

L

LAus in debitum finem relata, ſanctè quæri poteſt. quæſt. 1. m. 5. n. 2. p. 16.
Legem mentaliter ſeruare, quid? q. 1. m. 7. n. 2. p. 21.
Lege naturali ad pacta, & onera tenemur.

mur. q. 1. m. 34. n. 3. p. 132.
Legem naturalem & diuinam, qualis eſt de ſacrificando Deo, de puniendis delictis, & de cõfitendo presbytero, poteſt iuuare & determinare lex humana; cui ſatisfaciens, ſatisfacit naturali. q. 1. m. 67. n. 3. p. 293.
Legem naturalem non iuuat, ſed deſtruit lex humana, quæ contrarium eius quod illa intendit, ſtatuit. q. 1. m. 67. n. 4. p. 294.
Leges generales nõ ſolũ ueræ & ſpecialis iuſtitię, ſed etiã charitatis & aliarum uirtutum determinari poſſunt, imo re ipſa determinatę ſunt legibus ſpecialib. q. 2. m. 27. n. 2. p. 514.
Lege pactorum, quia naturalis eſt, obligantur etiam Papę, & Reges. q. 3. m. 2. n. 4. p. 533.
Lex non obligat ad finẽ quem intendit, ſed ad illud quod in illũ præcipit; nec legis fine uel cauſa ceſſante, ceſſat lex. q. 1. m. 68. n. 1. p. 296.
Lex ſecundũ rationẽ & intentionẽ legiſlatoris ligat. q. 1. m. 73. n. 1. p. 32.

Leges de omnium uirtutum actibus feruntur, & ita tam de actibus uirtutum theologarum, quàm moraliũ, cardinalium, & eis contributarum. q. 2. m. 1. n. 3. p. 425.
Leges de alendis parentibus, uel liberis, non ſunt leges iuſtitiæ ſpecialis. q. 2. m. 2. n. 2. p. 429.
Lex quæ iubet ſuccurrere patienti extrema, non eſt lex iuſtitiæ ſpecialis, ſed charitatis pietatis miſericordiæ, uel iuſtitiæ generalis. q. 2. m. 3. n. 1. p. 431.
Liberalitas chriſtiana erga pauperes, maxima totius mundi nationum. q. 1. m. 1. n. 3. p. 6.
Licentia eligendi Confeſſarium, non expirat morte illam concedentis. q. 3. m. 8. n. 1. p. 571.
Licentia non reſidendi, morte concedentis non moritur. q. 3. m. 8. n. 4. p. 575.
Ludolfus, & Dionyſius magnum Cartuſiani ordinis decus. q. 1. m. 75. n. 5. p. 335.

M

MAla ſuapte natura, nullo fine bono fiunt bona. q. 1. m. 32. n. 4. p. 126.
Materia ſuperbiendi, ambiendi, &cæt. tollenda. q. 1. m. 38. n. 7. p. 153.
Maior pars non præiudicat minori, in rebus cõmunibus ut ſingulis, &cæt. q. 1. m. 41. n. 8. p. 200.
Mutationes dignitatum dæmonium, & mundus inquirendas nobis procurant. q. 1. m. 76. n. 4. p. 333.
Monaſterium ſanctæ Mariæ a Paulari laudatum. q. 1. m. 78. n. 2. p. 346.
Monachus factus Epiſcopus, non teſtatur. q. 1. m. 1. n. 2. p. 32.
Monachus ĩcapax beneficiorũ tpaliũ, nõ aũt ſpũalium. q. 1. m. 2. n. 4. p. 34.
Monachus, & ſeruus in hoc pares. q. 1. m. 2. n. 2. p. 36.
Monachus & ſeruus in hoc æquantur; & ut hic domino, ita ille quærit monaſterio. q. 1. m. 14. n. 2. p. 43.
Monachus, cum certum quid impendendum deſignatur, poteſt largiri eleemo-

eleemoſynam de reliquatis. q. 1. m. 30. n. 6. p. 116.

Monachus, quicquid acquirit, monaſterio, uel beneficio acquirit. q. 3. m. 11. n. 1. p. 584.

Monaſterium. S. Crucis Conimbricenſis omnium ordinis canonicorũ regularium olim opulentiſſimum, nũc autem etiam reformatiſſimum q. 1. m. 41. n. 4. p. 194.

Moniales tot debent excipi in monaſterium, quot ali poſſunt de reditibus monaſterii, & non plures. q. 1. m. 84. n. 1. p. 415.

Moniales iuſte ſuſcipi poſſunt ultrà eas, quæ ſuſtentari poſſunt de illius reditibus, modò deferant dotes ſuæ ſuſtentationi ſufficientes. q. 1. m. 4. n. 2. p. 425.

Mandatum morte mandantis re integra moritur. q. 3. m. 8. n. 3. p. 574.

N.

NArte rhetorica captauit beneuolentiam, falſa ſuggerendo. q. 1. m. 4. n. 1. p. 13.

Nouitates, præſertim relaxantes mores, uitandæ. quæſt. 1. m. 38. n. 4. p. 150.

O.

OBligatus ad uolendum facere, tenetur facere ſi poteſt. q. 1. m. 7. n. 3. p. 22.

Opinionum uarietate confundit ueritatem diſputandam Aduerſarius. q. 1. m. 19. n. 1. p. 56.

Opinio communis, in quam cõſenſus omnium catholicorum cõcurrit, periculoſè in materia fidei & morum relinquitur. q. 1. m. 23. n. 2. p. 75.

Opinio N. apud omnes fere catholicos male audit. quæſt. 1. m. 38. n. 5. p. 151.

Onus, & modum inducunt dictiones ut, ad, ob, pro, in, ne, & cæt. quæ adduntur diſpoſitionibus, quibus bona data ſunt Eccleſiis. q. 1. m. 27. n. 7. p. 101.

P

PApatus eſt beneficium eccleſiaſticum. q. 1. m. 23. n. 1. p. 68.

Papa

Papa non eſt uerus rerum Eccleſiæ dominus, & cõſequenter nec alius Prȩlatus : & ratio quare aliquando eas alienat. q. 1. m. 24. n. 6. p. 77.
Papa, licet nulli legi humanæ quò ad uim coactiuam ſubiiciatur, tamen non permittit ſibi uſum opinionis N. q. 1. m. 38. n. 5. p. 151.
Papa non ſolum laicorum, ſed etiam clericorum peccata frequenter relinquit impunita. q. 1. m. 52. n. 1. p. 239.
Papa per Papatum ab obedientiȩ uoto ſoluitur, ſed non deſinit eſſe religioſus. q. 1. m. 56. n. 5. p. 255.
Papa ſuper uoto caſtitatis ſolemni diſpẽſare poteſt. q. 1. m. 56. n. 7. p. 258.
Papa non poteſt iuſtè ſine iuſta cauſa deſtinata in unũ uſum pium, conuertere in alium, & nunquàm etiam ſine iuſta cauſa ſtatuit, ut bona eccleſiaſtica in pios uſus deſtinata, cõuertantur in profanos. q. 1. m. 70. n. 1. & ſeq. p. 305.
Papa teſtari nequit. q. 1. m. 83. n. 3. p. 413.

p.413. & latius infra. quæſt.3. m.2. p.537.
Papa legibus humanis exemptus, legi de nō teſtādo pro libito, quomodo ſubiicitur. q.3. m.2. n.8. p.539.
Papa, quātō difficilius poteſt facere facultatem teſtandi ad profana, quàm ad pia. q.3. m.6. n.1. p.562.
Papa, an & quomodo teſtari poſſit pluſ q̃ alii clerici. q.3.m.6.n.2.p.563.
Papa diſpenſare poteſt cum iuſta cauſa ſuper uoto ſubſtantiali monachi. q.3. m.11. n.2. p.586.
Paupertatis a uoto, nec Apoſtoli per apoſtolatum, nec monachi per Epiſcopatum abſoluuntur. q.1. m.11. n.1. p.31.
Pauperum appellatione in hac materia omnia pia contineri. q.1.m.28. n.1.p.105.
Pauper ditatus iuſtè eleemoſynis liberè ei factis, non tenetur ad eleemoſynā lege iuſtitiæ, magis quàm alius diues. q.1.m.34.n.1.p.130.
Pauperibus nulla lege ita conſultum, ac

ac chriſtiana. quæſt. 1. m. 75. n. 2. p. 323.
Pauperes, qui a teſtamẽtario deligendi. q. 1. m. 79. n. 3. p. 339.
Pauper eſt in hoc, cui pro ſua decentia neceſſaria deſunt. q. 1. m. 77. n. 4. p. 341.
Pauper efficitur aliquis nimia patrui ſiue fratris felicitate. q. 1. m. 77. n. 5. p. 341.
Pauper liberius expẽdere poteſt quæſita per eleemoſynam, quàm beneficiarius quæſita per beneficium. q. 2. m. 25. n. 1. p. 501.
Petrus per Apoſtolatum non fuit ſolutus a paupertate. q. 1. m. 12. n. 2. pag. 36.
Petrus Sotus magnũ Dominicani ordinis ornamentum. q. 1. m. 38. n. 3. p. 140.
Permiſſio duplex impunitatis, & approbationis. quæſt. 1. m. 51. n. 1. p. 236.
Permiſſio duplex, Altera quæ probat, Altera quę tantum non punit. Hu-
ius

ius ſpeciei eſſe illã, qua permittitur alicubi conſuetudo clericorum teſtandi ad libitum, & qua de cauſa. q. 3. m. 3. n. 5. p. 549.

Perſona hominis eſt eccleſiaſtica, uel laica. q. 1. m. 55. n. 1. p. 244.

Penſio non eſt ſoluenda ei, qui ante diẽ ſolutioni a Papa prçfixum, moritur. q. 2. m. 16. n. 1. p. 486.

Pia opera, quæ radicitus definita & exemplis illuſtrata. quæſt. 1. m. 29. n. 1. p. 106.

Pia quædam in ſe coram Deo, quæ coram Iudice ſunt profana, & èconrario. quæſt. 1. mon. 29. nu. 2. pag. 109.

Pietatis uirtutis opera non dici pia in propoſito. quæſt. 1. mon. 29. nu. 3. p. 111.

Pius Quintus Pontifex Max. ſanctiſſimum, rariſſimum, & amirabile parſimoniæ, modeſtiæ ſimplicis, & religioſæ menſæ liberalitatiſque in pauperes exemplum. q. 1. m. 32. n. 3. p. 123.

Pium

Pium in uſum datum non eſt commutandum in alium ſine iuſta cauſa; neq; cum illa ſine Papæ authoritate. q. 1. m. 41. n. 5. p. 196.

Pius Quintus Papa mirificum hac in re dedit exemplum. q. 1. m. 77. n. 6. p. 343.

Præcepta non poſſe ſeruari ab eo qui conſilia mentaliter non ſeruat, dure dictum. q. 1. m. 7. n. 1. p. 21.

Præcepta Decalogi ſunt leges naturales; & cõſequenter præceptũ de non furando. q. 3. m. 2. n. 3. p. 532. Quod multis modis infringitur. n. 4. & 5.

Præcepta Decalogi ſunt leges naturales, & iuſtitiæ. q. 1. m. 39. n. 2. p. 173.

Pręceptum ſeptimum Decalogi infringit, qui furatur, qui rapit, qui utitur re aliena in uſum alium a conceſſo, qui pactum onus iniunctum non implet. q. 1. m. 39. n. 3. p. 174.

Prælatus quidã magnus huius concluſionis magnum dedit exemplum. q. 1. m. 80. n. 1. p. 359.

Præſumptio omnis ceſſat in foro conſcientiæ,

ſcientiæ, & præualet ueritas. q. 1. m. 82. n. 2. p. 387.
Præcepta omnia Decalogi ſunt iuſtitiæ: ſex quidem poſtrema uerae & ſpecialis; quatuor uero primæ partium potentialium eius. q. 2. m. 77. n. 7. p. 455.
Priuilegia, licèt ita interpretanda ſint, ut aliquod contrà ius cõmune operentur: dato tamen aliquo tali, quò ad alia reſtringuntur. q. 1. m. 41. n. 10. p. 204.
Princeps regulariter non præſumitur in dubio uti poteſtatis plenitudine, niſi cum aliàs actus non ualeret. q. 3. m. 7. n. 2. p. 568.
Princeps reſpondẽs ad cõſultationem, ſecundum ius præcedẽs uidetur reſpondere. q. 1. m. 46. n. 3. p. 218.
Primogenia oĩa, ſiue maioratus ſunt dignitates. q. 2. m. 15. n. 2. p. 484.
Priuilegium ita interpretandũ, ut operetur aliquid contra ius cõmune; ſed dato aliquo tali effectu reſtringendum, ne alia præſertim maiora operetur.

operetur. q. 3. m. 6. n. 3. p. 564.
Prouentus item diſtributionum & alii. q. 1. m 79. n. 5. p. 356.
Prodigalitas laicorũ uenialis, clericarũ aũt mortalis.q.2.m.19.n.2.p.491.
Puteum quis iuſtè aperit in ſuo, cum aliena iactura nõ intenta. q.1.m.5. n. 3. p. 16.

R

RAtiones N. enerues ſunt contra communem de reliquatis ex iis quæ honeſte impendi poſſunt. quæſt. 1. m. 31. n. 1. p. 118.
Ratio efficax a nemine hactenus reddita, cur beneficiarius male utẽs reditibus eccleſiaſticis peccat mortaliter, non autem habẽtes primogenia & maioratus. q.1.m.39.n.1.p.171.
Ratio unica legis habetur pro expreſſa. q. 2. m. 21. n. 1. p. 495.
Reditus tituli Cardinalatus ſunt bona eccleſiaſtica. q. 1. m.23. n. 4. p.71.
Regula. l. Boues.§.Hoc ſermone.ff.de uerb. quomodo intelligitur. q. 3. m. 9. n. 3. p. 578.

Religioſus habens beneficium eccleſiaſticum, tam latè poteſt impendere de ſuis reditibus, quàm ſecularis de ſuis. q. 1. m. 10. n. 2. p. 29.
Religioſo ab aliquo poſſe auferri uiolenter panes ei donatos, ſi non ſunt ſui, malè infertur ab Aduerſario. q. 1. m. 17. n. 1. p. 55.
Regularis omnis eſt perſona eccleſiaſtica, & gaudet priuilegio canonis, &cæt, q. 1. m. 55. n. 2. p. 245.
Religioſus, an teſtari poſſit cum Papæ priuilegio. q. 1. m. 2. n. 2. p. 586.
Religioſo cui iuſtum morale, ut conceditur ultimæ uoluntatis diſpoſitio. q. 3. m. 2. n. 5. p.
Religioſus uerus eſt, quicũq; tria ſubſtantialia uota in religione approbata emittit, regularis item omnis. q. 1. m. 56. n. 2. p. 250.
Religioſus ordo non deſinit eſſe talis propter ſolam facultatis contrahendi matrimonium conceſſionem: neque propter trãſgreſſiones eius profeſſorum. q. 1. m. 56. n. 4. p. 254.

Religioſus uerus non eſt, qui nō emittit tria ſubſtantialia uota, licet aliquē uiuēdi modū ad religionē pertinētē uoueat. q. 1. m. 56. n. 6. p. 256.
Religiones ob religioſorum uitia non eſſe damnādas. q. 1. m. 56. n. 8. p. 260.
Religioſus ſi, & quid dare poteſt de eo quod parcius uiuendō reliquum facit. q. 1. m. 80. n. 6. p. 367.
Religioſus donare poteſt conceſſione ſeu conſuetudine iuſta. q. 1. m. 80. n. 7. p. 368.
Remediū ordinarium utilius q̄ extraordinarium. q. 1. m. 80. n. 3. p. 361.
Rex Hiſpanię qui ſuperat oēs prǽlatos, excepto Papa; in reditibus eccleſiaſticis, pōt de illis ſuſtentare ſuū regale decus; & quantū debeat abſtinere à diſpendēdis illis in diuites, & malos uſus. q. 1. m. 83. n. 1. p. 392.
Rex Philippus ſecundus Hiſpaniæ rex, tardè per authorē cognitus, tardius eius heroicæ, ac rariſſimę uirtutes cæteris gētibus agnitę, parumq; per indigenas uulgatę, quę propriæ ſunt ei,

ei, uel in eo maximè preminent, ſine aſſentatione ulla inſinuãtur ab Authore: quia id è Repub. chriſtiana in publicũ omnium Regũ & Regulorũ exemplũ eſſe uiſum eſt; paucis quæ bello paceq; geſſit, temporaria & æterna gloria incomparabili digna, recenſitis. q. 1. m. 83. n. 2. p. 394.
Reſtituere tenetur quis ea quæ extrema patiens accepit; lapſo illius neceſſitatis articulo, niſi &cæt. q. 2. m. 4. n. 2. p. 435.
Reſtituere tenetur, q ex cõibus minus q̃ debet tribuit ſingularibus. q. 2. m. 7. n. 3. p. 446. Et qui onus uel modũ iniunctum nõ adimplet. n. 4. p. 450.
Ridiculũ eſſe, dicere Monachũ nõ eſſe dñm eorum que edit, & ueſtit, malè ait Aduerſarius. q. 1. m. 16. n. 1. p. 48.
Ronceuallis monaſterium illuſtre. q. 1. m. 41. n. 4. p. 194.

S

SAcrorum ſpecies tres, & rerũ ſacrarum quatuor. q. 1. m. 20. n. 1. p. 60.
Sacrarũ rerũ ſpecies, & quæ, & quat

tæ ſpeciei duo genera,& aliæ aliis ſa cratiores. q. 1. m. 25. n. 1. p. 87.
Sententia, Præceptum ſine cognitione latum,moritur morte ferentis. q. 3. m. 8. n. 3. pag. 571.
Seruus nõ eſt dominus eorũ quæ conſumit,& ueſtit. q.1. m.14.n.2.p.43.
Similis ſimilem quærit. q. 1. m. 74. n. 2. p. 316.
Simonia frequẽter admittitur a prælatis in ingreſſu monaſteriorũ,ſimiliter & a ſubditis. q.1. m.84. n.3.p.422.
Soluens alii quid alii debet,non ſatiſfacit. q. 1. m. 46. n. 1. p.217.
Status perfectionis duplex, alter ad alios, alter ad ſe perficiendum.q.1. m. 9. n. 2. p. 27.
S. Thomas ſapientiæ & ſanctitatis pelagus,dux cum primis authoris.q.1. m. 20. n. 2. p. 58.
Stipendium militi datur liberũ ab one re largiẽdi ſuperflua pauperibus; nõ autem Epiſcopo, uel beneficiario pars deputata ei per diuiſionem. q. 1.m. 49. n. 1. p. 226.
Teſtandi

T

TEſtandi facultas de reditibus eccleſiaſticis intelligit ad uſus pios etiam,& cæt.q.3. m.6.n.3.p.562.

Teſtamentum teſtãtis per priuilegium ualet, nulla de tali priuilegio facta mentione. q. 3. m. 7. n.1. p. 568.

Teſtandi facultas nõ moritur morte illam cõcedentis.q.3.m.8.n.1.p.571.

Teſtandi facultas nõ finitur per primũ teſtandi actum. q.3.m.9.n.1.p.576.

Teſtamẽto nil iuris quæritur ante mortem. q. 3. m. 9. n. 4. p. 580.

Teſtari qui poteſt, poteſt codicillari, & donare cauſa mortis. q. 3. m. 10. n. 1. p. 581.

Teſtari multominus poteſt religioſus, quàm clericus ſæcularis. q. 3. m. 2. n. 1. p. 584.

Thomas Aquinas pro communi eſſe opinione multis oſtenditur. q.1.m. 40. n. 1. p. 178.

Thomas a communi non facile recedit, canones ſuſcipit. q. 1. m. 40. n. 2, p. 179.

Traditiones

Traditiones Apoſtolicę perinde ac diuinę ſeruandę. q. 1. m. 38. n. 13. p. 161. item. q. 3. m. 2. n. 6. p. 529.

V

Verba de primo actu tantum eſſe intelligenda, quomodo limitatur. q. 3. m. 9. n. 3. p. 578.

Verbum, reditus, ſcribendum cum ſimplici, d. q. 1. m. 2. n. 1. p. 8.

Vicarium poteſtate ſibi tradita uti debere, iuxta mentem tradentis. q. 1. m. 27. n. 4. p. 96.

Votum ſolemne paupertatis tollit habilitatem quærendi dominium rerum temporalium, non autem administrandi ea. q. 1. m. 10. n. 1. p. 28.

Votum caſtitatis relaxari poſſe monacho, non autem uotum paupertatis. q. 1. m. 11. n. 3. p. 33.

Votum caſtitatis tam facile poteſt ſeruari, ac præceptum ſextum Decalogi extra matrimonium, q. 1. m. 56. nu. 9. pag. 292.

Votum paupertatis nō tantum ſolēne, ſed etiam ſimplex, efficit ne uouens licite

licite aliquid ſibi quęrere, uel quęſito uti poſſit. q. 1. m. 61. n. 2. p. 275.
Votum paupertatis ſimplex, non uidetur impedire acquiſitionē rei, ſicut nec uotum caſtitatis acquiſitionem uxoris: quis utrūq; impediat uſum iuris quęſiti. q. 1. m. 61. n. 3. p. 266.
Votum paupertatis nō tantum ſolemne, ſed etiam ſimplex, facit illicitam uoluntatem acquirendi temporalia eā uouenti. q. 1. m. 62. n. 2. p. 279.
Votum de aliquo dando alicui Eccleſiæ, uel altari, poteſt commutari per Papam ſine ullius conſenſu. q. 1. m. 71. n. 1. p. 308.
Vſum & facultatem utendi lege humana inuentam, aliam eſſe a lege & facultate utendi lege naturali. q. 1. m. 15. n. 3. p. 47.
Vſusfructus cauſalis quid? & quod is nullatenus pertinere poteſt ad beneficium in bonis beneficii. q. 1. m. 36. n. 1. p. 134.

F I N I S.

AMOR

Errata, ſic corrigito.

In Epiſtola nuncupatoria l. 16. in allegatione Innocentii pro excogitata lege exagitata. Item circa principium Epiſtolæ ad Lectorem pro cauſas uero, lege Cauſa uero.
Pag. 19. linea.4. lege ſiue, pro ſuis. p. 22. l.4. lege infringere, pro infingere. p.65. l.3. lege.27. pro 29. p.66. l.4. lege 27. pro 28. p. 67. l. 2. lege 27. pro 28. p. 68. l. 12. lege 27. pro 28. p. 75. l. 18. lege ſi Romanorum pro ſi Romanos. p. 78. l. 9. lege. q. 43. pro q. 3. p.96. l.11. lege, domeſticos, pro eccleſiaſticos. p.118. l.11. lege pro libito pro prælibito. p. 119. l. 5. lege ſq. 185. pro q. 85. & art. 7. pro nu. 7. p. 148. l. 7. lege idem qui pro idemq;. p.236. l. 24. lege 24. pro 23. p.309. l.2. lege §. pro ff. p.311. l.5. lege q. 1 pro q. n. p.313. l.16. lege C. tua pro C. in tua. p. 325. l. 8. lege reditibus pro redibus. p. 519. l.11. lege de charitatis q. 44. pro de charitate q. 84. p. 341. l. 15. lege C. pro ff. p.400. l. 12. pro 1587. lege. 1557. p. 403. l. 8. pro occido lege occidio. p. 505. l. ultima pro pareat, lege parcat. p.508. l.16. lege porrigitur. p.513. l.4. lege ductus. p.581. lin.8. lege qui poteſt teſtari, poteſt hæc facere pro qui poteſt hęc facere. p. 585. l. 15. lege c. filius, de teſtam.

REGISTRVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

aa bb cc dd.

Omnia ſunt integra folia, pręter b. Qq, dd, quæ ſunt ſemifolia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE